1.

HERMOGENIS

TARSENSIS,

PHILOSOPHI, AC RHETORIS
Acutiſsimi, de Arte Rhetorica pręcepta.

De inuentione, Libri quatuor.
De formis orationis, Tomi duo.
De Methodo grauitatis: ſiue virtutis commode dicendi.
Aphthonii clariſsimi Rhetoris præexercitamenta.
Antonio Bonſine Aſculano interprete.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



*H

AD D. MATTHIAM VNGARIÆ, BOEMIÆQVE. REGEM ANTONII BONfinis Aſculani, in traductionem Hermogenis præfatio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ALEXANDER Cum aduerſus Perſas traiiceret in Aſiam, ſimulachrum Orphei, quod in Libetris erat, ſudoris multum emiſiſſe ferunt. Quo quidem portento, vt mox experientia docuit, ſempiternæ memoriæ illius geſta futura: maximumq; laborem Muſarum cultoribus allatura eſſe portendebatur. Reſudarent hoc quoq; tempore, ſiqua colerentur diuorum ſimulachra ſcriptorum, ſereniſsime princeps, cum non minorem Latinorum ingeniis præbeas quotidie de te ſcribendi materiam. Nunc autem cum vbiq; illa defuerint, creberrimi rumores, qui in dies quæq; fauſtiſsima & feliciſsima de maieſtate tua è Septentrione ad nos deferunt, talem ſudorem non modo ſignificant, ſed humana ingenia rapiunt ad ſcribendum: Quinetiam quidquid ſcripſerint, ſerenitati tuæ dedicare cogunt: ac iure quidem. Nam cum duo ſint quibus cæteris animantibus præſtare uideamur, Ratio inquã, & Oratio, quæ & illis interdictæ, & nobis naturæ priuilegio elargitæ ſunt: quibus Rex quiſq; munitus eſſe debet: vtranq; ita in ſerenitate tua excellere nouimus, ut veteribus & iunioribus principibus illuſtriſsimis, quod i Herodiani pręfatione diſcuſſimus, iure debeas anteferri. Ex ratione ſapientia ꝓuenit: quę cũ aut in actione, aut in contemplatione uerſe

tur,tu ita vtranq; complexus es,ut Alexandrum gen-
tilem tuum, vt alibi oſtendimus,cuius magnanimita-
tem,& gloriam à pueritia ſemper æmulari contendi
ſti,æquare,& ſuperare videaris. Nimirū te illi conſimi
lem natura finxit. Statura nanq; corporis vtriq; medio
cris,ſpecioſa membra,eximia forma,tereti brachio,la-
tis humeris,patenti pectore,obductis ſuperciliis: item
venuſtiſsima facies,ſubnigris oculis ac liberè intuenti
bus,ornata in leonis ſpeciem: ex oculoꝝ lineamentis
& lenitate Alexādro perſimilis: formoſum deniq; cor
pus,ac omni ex parte decens,cui color albus æquè ac
illi cū rubore: atq; ingens à iuuentute celeritas. Aſpe-
ctus autē vſq; adeo ſerenus, & gratus,ut non ſine di-
gnitate, & pergrata humanitate adeuntes ſtatim in
amorem alliciat: omniumq; ſpectatoꝝ ſolo obtutu gra
tiam ſibi conciliet. Pectori immenſa magnanimitas cū
ingenti gloriæ cupiditate coniuncta: item tantū robo
ris & uirtutis, vt neq; animi, neq; corporis laboribus
ſuperari poſsit. Accedit ſumma ſcientiarum omnium
cognitio adeo exacta, vt ſiue de diuino & humano
iure, ſiue de cœleſtibus mortalibus'ue rebus diſſeraſ,
de quoq; diſciplinaꝝ genere poſsis acutè, & compoſi
tè diſputare. Alexander Homerum cōmilitonem ha-
bebat: contrà tu ſacra cum Ariſtotele monumenta. O
rem ſumma admiratione digniſsimam: te nullo belli
ardore,nullo hoſtium tumultu, nulla deniq; mole re-
rum gerendarum à ſanctiſsimis literarum ſtudiis alie-
nari potuiſſe. Auget etiam illud ſplendorem maieſta-
tis,& ſpectantium admirationem, quod & regiam illā
magnanimitatem,ſapientiā,celſitudinē, magnificen-
tiam,decus,gloriamq; tuam non ſuperbia, non animi
elatio,non difficultas aditus,non cuſtodū improbitas
ambit. Sed tanta manſuetudo,benignitas, & clemen-
tia circumuenit, vt nemo ſanctiſsimā maieſtatem tuā

adierit, qui non modó gratia, ſed ſolo aſpectu ſe non beatū profiteatur. Quis liberalitatem, profuſamq́ munificentiā ſatis poterit admirari? Templa ædificatorē, ædificia vetuſtate collapſa inſtauratorem, calamitoſa paupertas maximum erogatorē; literarum ſtudia indulgentiſsimum parentē, ſacerdotum collegia profuſum datorem, hominum uota piiſsimum ſeruatorē te habent, noſcunt, & adorant. Nunquā virtutem paſſus es extingui: nunquā viros doctos, & bonas artes mendicare. Ad te præclariſsima quæq; in remotiſsimas terras ingenia confluunt, tanquā ad vnicum optimarū artium parentem, tutumq́; præſidium. Et quicunq; re aliqua impediti remorantur, audita profuſiſsima liberalitate & beneficētia tua, tuū nomen domi colere, & adorare coguntur. Dices ad hæc, has mediocres in te eſſe virtutes, ſi de aliis ratio habeatur. Ego vero virtutem eam potiſsimā reputarim, quæ deo propius accedit, diuinamq́; probitatem magis imitatur: quæ cū ſit ipſa beneficentia, quæ ex nimia probitate promanat, hac q̄ maximè meremur Deum fieri propiores. Symō Athenienſis, ne mediocre quidem exemplar bonitatis, ſola liberalitate meruit adorari. Et Lucullo ob id ipſum ſtatua dicata. Alexander etiā, qui non maiorē teipſo æmulatorem ſortitus eſt, non parum inde venerationis accepit: quippe qui non modo qui armis claruere, ſed qui floruere literis de his omnibus non modo bene mereri, ſed iiſdē eximias venerationes, ac ſacra perſoluere uoluit. Nā captis Thebis, cæſis ferè ſex millibus hoſtiū, venundatis autem triginta millibus, Pindari poetæ ſtirpem, hoſpitiaq́; Macedonum ſeruauit Theodecti ſub Ariſtotele condiſcipuli, viriq́; doctiſsimi ſtatuam in foro erectā ueneratus, inſignibus coronis, religioſaq́; ſaltatione ornauit. Ad tumulum quoq; Achillis ritè parentauit. Quid enim maieſtati

tuæ gratius accidere poteſt, quàm ſi vir quiſpiam lite/
ratiſsimus offeratur, aut ſi præclara opera dedicentur?
tatæ nullas imagines; ac monumenta illis eſſe diutur/
niora Ineſt præterea tibi tanta pietas, religio, & diui/
ni ſolicitudo cultus, ut domi, militiæq́; non ſecus, ac
Alexander dextera, ſiniſtra haſtam feras. Glorioſiſ/
ſimus, ac clementiſsimus ille ſeruator mundi, ne talẽ
quidem principẽ poſt tot ſecula, niſi ad Chriſtianę rei
publicæ ſalutem reuocaſſet. In hęc te ſecula produ/
xit altiſsimus, ea quidem ſapiẽtia præditum, ut ſcires:
ea probitate refertum, vt velles, ea deniq; fortuna mu/
nitum, ut poſſes & tueri fidem Chriſti, & de humano
genere bene mereri Dedit conſiliũ, ad egregia quęq;
facinora promptum: item conſilio induſtriam, auda/
ciamq́; adiecit, ut nulla te pericula, nulla incommo/
da corporis, quæ cæteros remorari, & à gerendis re/
bus reuocare ſolent, inuictum animum deterrerent:
Adiecit peruigil ſtudium & diligentiã, & miram feſti
nationem cum celeritate, ut cuncta facilè obeas, quæ
aut ſtrenuo milite, aut ſummo digna ſint imperatore.
In ſubeundo labore incredibilis tolerantia: mira in
oſtendendis viribus fortitudo: & in quoq; cõſilio acu
tiſsima mentis acies: propitia deniq; fortuna, quæ ita
cõſiliis vbiq; tuis fauet, vt ea nunquã detrectarit: quæ
quidem omnia te conſumatiſsimum imperatorẽ red/
didere. Quis illud ſtratagema pręterierit, cum multæ
aduerſus te Turcarum copiæ cõueniſſent, tu uno tan
tum fidiſsimo comite, pagano amictu indutus, inter
eos, qui cõmeatus in hoſtium caſtra conferrent, te cũ
iumento inſinuaſti, prodiiſti in caſtra hoſtium, totum
diem apud ducis tabernaculum ordeũ uendidiſti: in/
gruente nocte, te incolumem in propria caſtra recipi
ſti. Scripſiſti ad hoſtem, te priore die eius caſtra peni/
tus exploraſſe, ad ſuum tabernaculũ ſub perſona ru/

ſtici ordeum vendidiſſe: adiecisti ferculoꝝ numerū, epularum genera, quæ barbaro & immitiſsimo hoſti fidem facerent. Quibus quidem cognitis, protinus hoſtis aufugit: neq; eo anno, aſtutiam tuam admiratus, in Meſiam redire auſus eſt: ratus te nō modo illi ad uallum occurſurum: ſed in medio quoq; tabernaculo inuaſurum. Ad hęc non regius ille faſtus te delectat, qui alios noſtri ſeculi reges occupauit: non purpuræ, non aureæ trabeæ ſplendor aſsiduus, non continuus tricliniorum & ſellarum apparatus aduenientiū lumina ab aditu deterrent: nō lictorum, aut ianitorum turba, non ſcribarum, amanuenſiumq; multitudo, qui diu, multumq; rogati, uix tamen per literulas reſpondere dignantur, adeuntes tuo limine ſummouent. Sed domeſtico ſæpe habitu te venientibus offers. Audis benignè ſupplicantes: comiter, & perhumanè loqueris: ac omniū petitionibus clementiſsimè ſatisfacis. Nunquā elatus inuentus es: iocoſis ſermonibus libentiſsimè vteris: colis amicitias: ſemper hilaris inuentus, & tam ſuauē ubiq; retines cum affabilitate comitatem, ut nemo à te triſtis abeat, & infeſtus. Nihil tibi gratius quàm aut amicis, cum opus fuerit, præſto adeſſe: aut de Chriſtiana republica bene mereri: aut regno bene conſulere Fauere doctis, & alienę miſeriæ mederi ſtudes. Illam auream ſæpe ſententiam dictitas, Præclarū eſſe regi inſuperabilia hoſtium mœnia expugnare: ſed hoc multo præclarius, ſe pecuniæ cunctis uoluptatibus, & timori inſuperabilem præſtare. Solent pleriq; nunc reges, Perſarum exemplo, in hoc ſibi nimium placere, ſi raro conſpiciendi exeant, & clàm omnia gerant. Contrà Matthias noſter inuictiſsimus in propatulo & oculis omnium aſsiduè verſari: publicè aures benigniſsimas accommodare, conuiuàri quoque publicè, ac loqui, putās obſcœnis actionibus tenebras

conuenire: honeſtę contrà vitę lucē maiori ornamēto fore Facilè oēs intro admittere, & admiſſos continuo voti cōpotes reddere, non diſtrahere ſpes ſupplicantium, neq; per varios aulicorꝫ ordines expedire: ſed ipſe ſolus omnia dare, gerere, ac erogare. Itē regnum excolere, & officioſa gubernatione benignum reddere. Hoſtes vindicta, & excellentes amicos beneficio ſuperare. In ſecunda fortuna nō efferri: ſed deo gratias agere: Plura confidendo in proſperitate ſacrificare, q̃ reformidando vouere: In metu hilaritatem præferre, in felicitate benignitatē. Nō iraſci libere loquentibus: deridere iactatores: diſsimulatores mentis æquè ac inſidiatores aſpernari. Calumniatores maiore odio, q̃ fures habere: maiorem dicens eſſe iacturā, vt Ageſilaus quoq; Lacedæmonius dicere ſolebat, amicis q̃ pecuniis orbari. Priuatorꝫ errata æquè ferre, contrà regum intolerabilia reputare: dicens, ex illorum peccatis pauca, ex horum erratis multa mala prouenire. Poſt hæc nullā cupere gloriam, niſi propria opera & virtute natā. Sapientiā re magis, quàm verbis exercere: Amicis ſe benigniſsimū præſtare, inimicis horribilem. Rei bellicę, ac equitationis peritiſsimus, non deſtinato ſolū ſed ex itinere, occaſione, & ſpurciſsimis tēpeſtatibus, cū hoſtis tutum ſe fore putaret, prælium ſæpe ſumpſiſſe: Curuli prælio, velut in bello Troiano certare: ſæpe carris circumuenire hoſtē, q̄bus & pro vallo uti: item in arte militari ea cōmentari, que aliis hactenus ignota fuerint. In obeundis expeditionibus dubium cautior, an audentior: itinera incredibili celeritate conficere, & centena in ſingulos dies rheda millia paſſuū percurriſſe: laboris, & vigiliarum patientiſsimus: pro tēpore ac loco æquè ſeuerus & indulgens in milites: à deſertoribus & inſidioſis ſeuerius pœnas exigere: conniuere in cæteris. Ad iracundiam difficulter irritari, &

nõ ſine magna cauſa: & irritato nihil ardẽtius & acer bius eſſe: in prælio acerrimum pugilẽ: in victoria facilem, & exorabilem imperatorem: contemnere ſuperbos, ſe mediocrib⁹ humilẽ præſtare: amicorũ fidei credere, ab hoſtibus difficillime decipi: in ſtabiliendis rebus, & delendis hoſtibus aſsiduo laborare: nihil denegare petentibus: de ſe bene merentibus memorem, & periclitantibus ſe adiutorẽ dare: ipſe quoq; neminẽ abſq; triſtitia rogare, & ſine alacritate nemini obſequi: ad augendam eius gratiã, nihil cũ faſtu dare, nihilq́; niſi amplè ſuſcipere: Regiæ deniq; dignitati putare non aſtutiã, ſed bonitatis excellentiam conuenire: &, vt Porus ille rex inquit, dignitatem regiam oĩa contiñere. Hęc igitur omnia, quæ ad ſanctiſsimum, ſereniſſimumq́; regem pertinent, ſapientia tua tibi peperit ex animi ratione profecta, qua primũ à cæteris animantibus ſeperamur. Reliqua eſt oratio, quæ dignitatẽ hominis maiorem in modum exornat: eaq́;, ne quid tuę ſerenitati deeſſe videatur, plurimũ decoris attulit, & ornamenti. Hæc comitatem tuã auxit, & affabilitatẽ vehementer excoluit, & in concione militari ſæpe mirifice profuit. Nos aũt, cum perfectiſsimo dicendi genere ſerenitatem tuam magnopere delectari ſentiremus, quo Meſſala Coruinus, & cæteri maiores tui tantopere delectati ſunt, Hermogenem Græcum Rhetorem, qui cuncta antiquorum huiuſce artis documenta collegit, ac miro ordine, & acuto mentis acumine tradidit: multaq́; de formis orationis adiecit, à Cicerone, Quintiliano, cęteriſq́; Latinis Rhetoribus omiſſa, nuperrime traduximus, tuoq́; numini, veluti cæteros labores noſtros dicandum eſſe ſtatuimus: vt cũ immortali tuo nomine, nos quoq; aliquã immortalitatem inueniremus: Ennii poetæ exemplo nimirum inuitati: qui vt in Scipionis Aphricani ſepulchrum benignè

ab eius manibus admiſſus eſt, vnde diuturniorem ſibi
vitam inuenit: ita meũ humile nomen, ſi his quę edi/
dimus tuo nomini, monumentis per operis indicem
apponatur, poterimus fortaſſe per diuinitatem maie/
ſtatis tuæ, quam nulla ſecula conticeſcent, nos quoq;
fieri immortales. Hermogenes igitur iſte, ne uita homi
nis penitus ignoretur, Tarſenſis Philoſophus fuit Xy
ſter cognominatus: & à Muſonio, Marcoq; Imperato/
re olim auditus: de quo hæc Philoſtratus Lemnius:
Hermogenes, quem Taſſi tulerant, quinquaginta na
tus annos, ita profuſo nomine ac gloria claruit, ut Mar
co Imperatori audiendi cupiditatem incitarit: ad quẽ
quidem audiendum cum Marcus acceſsiſſet, Rheto/
rem honorificentiſsime donauit. Hic aliquando in pu
blicum prodiens, cauſa ac morbo nullo manifeſto in/
uitatus, habitum depoſuit, vnde ſalſum quandoq; ſer
monem inuidis tribuit. Dicebant enim verba (ut in/
quit Homerus) ſine arte uolantia eſſe, per Hermogenẽ
autem pennas amſiſſe. Item Antiochus Sophiſta
quandoq; mordens ita dicebat: Hermogenes inter
pueros ſenex, inter ſenes puer. Idea autem quam exer
cebat talis erat, Vide tibi. Cum Marco autem diſpu/
tans dicebat, Vide tibi Imperator. Rhetor pædago/
go indigens ætatem finiuit profunda ſenectute
perfunctus. Clarus fuit etiam, unus ex mul
tis legum lator. Multi eo defuncto, &
exeterato, cor inuentum eſſe pi
loſum, magnitudine ſupra
naturam humanam
longè maiore
prodide
runt.

HERMOGENIS PHILOSOPHI TARSENSIS RHETORICA, ANTONIO BONFINE ASCVLANO INTERPRETE.

DE STATIBVS, LIBER PRIMVS.

CVM MVLTA ſint & magna, quę Rhetoricen cõſtituunt, artemq́; faciunt: hæc à principio * relinquenda: & ea in tempore exercitanda, quæ nobis in vita, ſenatu, ac foro vtilitatem afferunt, profecto duximus. Nam id nobis videtur eſſe maximum, quod circa horum diuiſionem demonſtrationemque verſatur. Dico autem non eam, qua genus in ſpecies, ac totum in partes diuidere oportet: quæ quidem rhetorices pars eſt non mediocris: verum nunc non de his agitur: ſed de ciuilium diuiſione * cauſarum in dicta capita ſermo fiet. Eſt hic e de inuentione proximus: quamuis quæ circa inuentionem uerſantur, nõ continet omnia. Itaq; ciuilis cauſa quid ſit, in primis dicendũ eſt. Eſt igitur cauſa, uerborum * diſceptatio de iis, quæ legibus ac moribus ſubiacēt. Vt, de legitimo, iuſto, honeſto, utili: uel de omnibus ſimul, vel de quibuſdã. Sed q̃ uerè, quam'ue vniuerſaliter, honeſtum, & vtile, & cętera id genus quærere non eſt rhetorices. Hanc aũt de perſonis & rebus

* καταληπτά. percipiẽda cognoſcendaq́;.

* ζητημάτων. Definitio rhetorices.

* ἀμφισβήτησις λογικὴ ἐπὶ μέρους.

diſceptationē fieri neceſſe eſt: quippe quarū maxima eſt differentia: quam quidem qui nouerint, diuiſiones in cauſarum capita, & quęcunq; omnino diuidi poſſunt, facile proſpicient.

De perſonis.

PErſonarū igitur aliquæ tales ſunt, ut de his quęri poſsit, aliquę non: alioqui vero locum perſonæ retinent. Earum de quibus quęri poteſt, quę finitæ ſunt, et propriæ, magnā vim habent: vt, Pericles & Demoſthenes. Secundo loco ſunt quæ ad aliquid: ut, pater & filius, ſeruus & dominus. Tertio quę infames, vt * deperditi, adulteri, aſſentatores. Quarto quæ morales: ut agricolę, guloſi, & quæ huius ſunt generis. Quinto cum duo appellatiua vnā iunguntur, vt iuuenis diues. Horum autem unumquodq; per ſe poſitū, vel paruam vel nullam vim habet: ſimul poſita in iudicium venire queunt. Sexto in quibus res cum perſona coniungitur: vt fucatus adoleſcens proſtitutæ pudicitiæ accuſatur. Septimo quę ſimplicia ſunt appellatiua: ut imperator, Rhetor. Manifeſtum eſt aūt quo pacto hęc, aut ſecundum vnum aūt ſecundū plura in inquiſitiones veniāt. Protinus Demoſthenes pater fuit, Rhetor eſt Legatus, quinetiam & miles. Quare quæ finitæ ſunt & propriæ perſonæ, maiorem uim habēt. Verum qui recte perſonarū proprietatem noſcit, prout tempus poſtulabit, eū ui cuiuſq; vti oportebit. Hę igitē ſunt perſonę de quib⁹ quęri oportet. In quibus quidē quę ex demōſtratiuis locis inciderint, iis uti opus erit.

*ἄσωτοι, i. nepotes, hoc ē, gulæ & intēperantiæ deditī.

De perſonis quæ non admittunt quęſtionē.

PErſonæ infinitæ, ut quis, quæſtionem non admittunt: nec quæ omni ex parte ſeſe æquiparant: vt ſi diuites duo iuuenes alicuius rei ſimul ſeſe accuſent. Quod enim in alterum alter dixerit, hoc ſibi oberit. Proinde ſicut perſonarū, ita & rerum erit diffe-

rentia. At uehementem quidẽ hæ quęſtionem admit tunt, quibus aliquis, tanquam ipſe qui fecerit, accuſatur: ut q corpus *nuper interfectũ in deſerto, ſepeliẽs deprehenditur, homicidii accerſitur. Item quando altero agente, apertè in ipſum refertur quæſtio: ut uiro fortisſimo ſtatuam hoſtes ſtatuerunt, & proditionis accerſitur. Item quod interdũ tale eſt: ut cum ſcripſit in rationibus Pericles, ſe in re opportuna quinquaginta talenta impẽdiſſe: & Archidamus à Lacedęmoniis largitionis accuſatur: hęc quinquaginta talenta aperte in ipſum nullatenus referuntur. Per alia quidẽ hoc in quæſtionem venit, tanquam relatum. Diſtat etiam hoc nihil ab iſta quæſtione: Prodigus in patrem obſcuro genere natum parricidii accuſatur. Non ignoro, vt plerique putarunt, non eſſe rem hic iudicialem. Admiror autem, niſi iudicialis rei cauſæ colorem quis reddiderit Defendetur enim, ut puto, prodigus, & aliquid dicet. *νεοσφαγής.

De Rebus.

Res autem, vt mea fert opinio, non venit in iudiciũ: vt, pauper ac diues vterq; pulchras vxores iam habentes, ſimul in crimine deprehenſi ſunt. Cum ex vtraq; domo prodirent, mutua criminatione vnà ſe ipſi adulterii accuſant. Hic cõmutatæ perſonæ quæſtionem recipiunt: res autem non, eò quod ſint æquatæ. Poſt hæc igitur, ex his ſunt quę ſtatũ faciunt, & q̃ diuidi poſſunt quęſtiones: & quęcunq; ſtatũ non faciunt. Sed hæc ambo quæ perſonam & rem iudicialem habent, vel omnino alterum: & verba habent ex altera parte à veriſimilitudine differentia, cum difficultate fidem faciunt. Item iudicationis quodcunque apud iudices eſt obſcurum, quod non *præſumptum ſit, ſed finẽ capere poſsit, id ſtatum facit. Quodcunq; vero non tale eſt, ſtatum non admittit. Interrogabi-

*μὴ προειλημμένον τῇ κρίσει nõ opinione uel iudicio anticipatũ.

tur enim ſecundum ſpeciem. Et prima ſtatum non recipientium ſpecies, vnius tantum partis eſt, cui nō ex vtraq; parte oratio valida; ut, Leno *petulantes decē iuuenes domi *ſuſcepit: quibus interfectis, homicidii accerſitur. Secundum autem quod vbiq; ſe adæquat: vt, Diuites duo iuuenes, quorum vtriq; domi pulchra erat vxor, ſimul in crimine deprehenſi, domibus ſuis prodeunt, mutuaq; ſeſe accuſatione ſollicitant. Tertiū ſecundum * oppoſitum: vt, Quærit quis debitum & fœnus: qui depoſitum fatetur, dicit ſe fœnus nō debere Interim populus * debitorum deciſiones ſanxit: & hic, ut depoſitum quærit: hic, ut debitum ſe non debere reſpondet In hoc enim nec diuerſa, nec ualida fides: ambo enim ſe habita oratione *fruſtrātur. Quartum quod ex difficili ac dubio conſtat, cui non eſt ſolutionem, nec definitionē inuenire: ut Alexander in ſomniis habuit: ſomniis non credendū. Suos cōſulit, vbi quod quiſq; decernet, ſtatim ei contrarium erit. Quintum quod imperſuabile eſt: vt ſi Iſocratē quis fingat lenocinium exercentem: aut Ariſtidem dicat iniuſtum Sextum quod impoſsibile: ut Siphnios, uel Maronitas de Græcorum imperio decernere, ac Pythium mentiri quis referat. Septimū quod *admirabile, ut qui vxorem ſuā locauit, & non exacta locationis mercede, conductorem vxoris in iudicium uocauit. Octauū quod ſine ſtatu eſt: vt qui non iure filium exhæredat. Hæc igitur oīa, quæ dixi, in quęſtionem non ueniunt. Pręter hæc ſunt alia genera quę *ſtatū non recipiunt. De his igitur quæ ferè ſtatum faciunt, breuibus uideamus. Primū eſt, quod heteronrepes eſt: ut ad Harmodii Ariſtogitoniſq; ſtatuas ɔfugiente Critia. an ipſum euelli oporteat Athenienſes decernunt, Quod non vnius tantum partis eſt, ſed heteronrepes, ideſt, *alterius, Deinde eſt maleficiū: ut poſt Niciæ epiſtolam ſcri

* κωμάζοντας.
* ὄρυγμα ποιήσας. addit in Græco codice .i. foſſam ſtruens.
* ἀντίγραφον.
* χρεῶν ἀποκοπάς. hoc eſt, nouas tabulas.
* περιπετὴς γίνονται.
* ἄδοξον, quod aut turpe aut īfame cōmodè interpreteris.
* ἐγγὺς μὲν ἀσυστάτων, μελετώμενα δ' ὅμως quę etſi uicina ſint his quæ ſtatū nō recipiūt, meditatione tñ quadā hūc ipsū recipere uidētur.

bit quis Cleonem exercitui præeſſe: vel rurſus poſt cõflictũ, apud regem redeunti Mardonio defenſio proponitur. Fictio enim pariter in ambobus errat: quandoquidem Cleon & Mardonius, hic quidẽ pro Siculis, & ille in Platæis obiere: priuſquàm redirẽt qui Perſas fugarent. Eſt enim in his quod iudicio præripitur, hoc modo: Cum nemo ad tyrannũ aditum ſcire poſſet, mulier conſcia virũ edocuit: Hic cognito aditu, tyrannum aggreſſus, interfecit: mox vxor adulterii accerſitur: miror aũt ſi quis eam damnet, qua tyrannus occiſus eſt: quàuis mihi impudicitię arguatur. Multa his ſimilia inueniri poſſunt. Sed quando de eoꝝ diuiſione, de quibus quęri poteſt, nunc dicendũ eſt de illis dicere ſuperſedeamus. Nunc problematũ modorumq́; cauſa, genera dicere, ſuperuacaneũ eſt. Ipſa quidem genera cum modis idcirco dicimus, ut domeſticis ac ꝓpriis verbis utẽtes, propoſitas cauſas agamus, & iudiciali iudiciale genus, & deliberatiuo deliberatiuum, & demonſtratiuo demonſtratiuũ, modo, & vnũquodq;, ut ſubiecta materia poſtulat, ſcite cõmodeq́; tractemus. Qui autem nequaquam hanc tenuẽ quæſtionum in ſupradicta capita diuiſionẽ conſiderauit, neq; hos cauſarum ſtatus ſciuerit, impoſsibile eſt eoꝝ, quę dicta ſunt, aliquid bene cognoſcere. Ante illa uero, de proprietate verboꝝ docere, penitus rude & abſurdum eſt. Alioqui ſi de his nunc aliquid dicere inceperimus, de pluribus rebus & materia nobis eſſet oratio * Laboris autem proprii & non parui eſt, licet neq; maximi neq; abſolutiſsimi, de cuiuſq; orationis proprietatibus & uſu abunde dicere Nunc aũt de illa in ſua capita diuiſione, dicamus. Rectè profectò diuidet, qui perſonarum ac rerum differentiam ac * vires, quiq; ſupradictũ quęſtionis ſtatum nouerit. Vnde aũt dicatur ςάσις, ſiue ἀπὸ τῶ ςασιάζειν τοὺς ἀγωνιζομένους,

*Ideſt, ad alteram partẽ uergens.

* πραγματείας γὰρ ἰδίας. peculiaris autẽ hoc commẽtationis.

* δυνάμεις

Status vnde dicitur.

ſiue aliunde, in aliis quærendũ relinquo. Non en quidem hoc cõmune, & omnibus quæſtionibus accõmodatum eſſe aſſero. Quamobrem vt ſtatuũ introductiones agnoſcamus, principiũ diuiſionis capitũ à coniectura neceſſario faciemus: vt ipſa primum innoteſcat. Deinceps de reliquis omnibus ſuo ordine dicemus.

Diuiſio & introductio ſtatuum, ſiue conſtitutionum.

*τὸ κρινόμενον, Coniectura quid.

PRopoſita quaq; quæſtione, ſi ſtatum habet, conſiderare oportet, an obſcura, an aperta ſit* iudicatio. Si obſcura & dubia, coniecturalis erit: quia coniectura dubię rei argumentum eſt, quod à manifeſto aliquo ſigno, vel perſonæ ſuſpitione procedit: vt qui corpus nuper mortuum in ſylua inuenit, & in ſepeliendo deprehenſus, capitis accerſitur. Hic à manifeſta ſepulturæ coniectura dubiam rem arguimus: hoc eſt, quis eũ interfecit. Si aũt aperta eſt iudicatio, rurſus conſiderandum, ſi finita eſt, vel infinita. Dico autem infinitã, vbi appoſito aliquo tanquam relicto, nomen iterum oritur, & poſt hæc nullam ipſa res vlterius quæſtionẽ habet. Si enim talis eſt, finitiuum facit ſtatum. Quoniã finitiuus ſtatus nil aliud eſt, niſi, de imponendo rei nomine controuerſia. Cuius quidem rei aliquid factum eſt, & aliquid relictum ad ipſam nominis perfectionẽ.

Status finitiuus.

Vt, è templo priuatam quis pecuniam ſurripuit. Sacrilegum lex mori iubet: furem duplum reddere coercet. Si tanquam ſacrilegus * ſuccumbit, hic non ſacrilegii, ſed furti ſecum agi dicit oportere. Si aduerſarius ſacram dicat eſſe pecuniam, manifeſtus erit hic ſacrilegus: & nullam vlterius hęc res quęſtionẽ habet. Si aperta erit, & finita iudicatio, controuerſia de rei qualitate naſcitur: vt, ſi iuſtum, vtile, legitimum, uel aliquid his contrarium. Et nomen huic eſt qualitas, quæ aut rei, aut ſcripti quęſtionem habebit. Si ſcripti, legalem facit

*ὑπάγεται. defertur, & ad iudicium exhibetur.

lem facit ſtatum: de quo poſtremo dicemus. Si rei, rationalem, cui diuiſio duplex. Nã aut de futura re, aut præterita quæſtionem habet. Si de futura, negocialis erit. Negocialis enim eſt, futuræ rei diſceptatio: Vt ſi quid tale fieri oportet, vel non fieri: aut quid dare, vel non dare. Vt ſi conſulant Athenienſes, an'ne barbaros in Marathone cæſos ſepeliri oporteat. Si autem factum eſt id, de quo quæritur, cõmune quidem nomen huic eſt, *iuridiciale: ſicut illi qualitas. Rurſus & huius duplex eſt diuiſio: aut enim dicit reus quid feciſſe, vt iniquum & prohibitum: aut non. Si nullo modo prohibitum fatetur eſſe factum, Antilepſim facit. Eſt enim Antilepſis, *laudabilis accuſatio, quę tamen improbari poſſe uideatur: ut agricola philoſophantem filium abdicat. Si fatetur quid feciſſe vti iniquum, nomen huic erit Antitheſis. Ita autem hoc diuidas, aut enim in ſe ipſum vniuerſum factum refert reus, aut in aliquid eorum, quæ ſunt extrinſecus. Si in ſe ipſum, facit Antiſtaſin. Fit enim Antiſtaſis, quando reus qui ſe aliquid male feciſſe fatetur, ex ipſo malo facinore ſubſecutum aliquod optimum facinus in comparationẽ adducit. Si autem in aliquid eorum, quæ ſunt extrinſecus: tunc aut in eum qui paſſus aut in aliud quippiã culpa refertur. Si in eum qui paſſus eſt, facit *antenclima: hoc eſt, recriminationem. Fit autem Antenclima, quando reus qui fatetur ſe aliquid male feciſſe: eum qui paſſus eſt è contrario accuſat, vt oſtendat iure factum id eſſe in eum, qui paſſus eſt. Si autem in aliquid aliud à reo culpa refertur rurſus diuidendum eſt: aut enim in rem, quæ culpabilis eſſe poſſit, uel perſonam, à reo recriminatio referetur, qui aliquid ſe male feciſſe fatetur: & ſic facit Metaſtaſin: aut in id quod culpabile eſſe non poſſit. Quod autem omnino inculpabile eſt, deprecationis ſtatum facit. In Metaſtaſi exemplum

*δικαιολογία.

*Antilepſis. ἐςὶ γὰρ ἀντίληψις ἀναιτίου πράγματος αἰνου δοκοῦντος ὡς ὑπαιτίου κατηγορία. hoc eſt, accuſatio rei cuiuſdã tanquã obnoxiæ, ꝗ tamẽ oĩ noxa ſoluta uideri poterat.

Antitheſis.

Antiſtaſis.

*ἀντέγκλημα.

Metaſtaſis.

quidem tale eſt: legatus quem triginta dierum ſpatio, cum mille drachmas pro viatico à quæſtore acceptu rus eſſet, redire oportebat: cum non accepiſſet, non rediit: deinde accuſatur. Deprecationis exemplum eſt. Decem præfecti exercitus, cum propter tempeſtatem caſtra non mutaſſent, accuſati ſunt. Siquis apud nos de his dubitet, dico hæc Deprecationis & Metaſtaſis eſſe. * Breuiſsime hactenus de Antitheſi dictum eſt.

* ἀκριβέστερον.

De rationalibus ſtatibus.

Nunc rationales ſtatus cognoſcamus: qui quidem rurſus legales ſunt. Sed in primis de ſcripto neceſſe eſt hic inquirere: Scripta autem appello, ut leges, teſtamenta, decreta, epiſtolas, edictaq́; terminata: quæ quidem omnia in ſcriptis cõtinentur. Hãc igitur quæſtionem vel circa vnũ, vel plura ſcripta fieri contingit. Dico autem plura, ſi unum ſcriptum in duas partes diuidatur: & parte quidem hic, parte alter aduerſariorũ niti videtur. Si de vno ſcripto quæſtio fiat: vel de ſcripti ſententia tantũ, uel de altera parte ipſorum ex ſcripto & ſententia ſtatus erit.

Ex ſcripto & ſententia ſtatus quis.

Fit autem ſtatus ex ſcripto & ſententia, cum ſcriptum proponit vnus, & vt plurimum accuſator: alter ſententia utitur: Vt hoſpes qui mœnia aſcenderit, capitalis eſto. In obſidione vrbis aſcendens aliquis, de republica bene meritus eſt. * Num iſte legi ſuccumbit? Siquis autem ſcripto rem comparet, & in hoc non ſcriptum cum ſcripto confert, Ratiocinationem facit. Eſt autem * Ratiocinatio, rei non ſcriptæ cum ſcripta comparatio. Non ſcriptum cum ſcripto conferes: vtputa, ex adultera natum non concionari: ex meretrice natum ſententiam dicere prohibet quiſpiam Si autem circa duo ſcripta, uel plura, uel vnum in duo diuiſum fiet quæſtio, Antinomia eſt: ideſt, ex cõtrariis legibus. Eſt enim Antinomia duorum vel pluriũ ſcriptorum, vel vnius diuiſi quæ non natura ſint contraria: at ſecundum

* καὶ ὑπόκειται τῷ νόμῳ.

* συλλογισμός

Ratiocinatio.

Antinomia.

Periſtaſin erit controuerſia. Et omnino duplex eſt ſcripti & ſententiæ quæſtio: Vt exhæredatus nequid patrimonii participato. Et naufraga naui qui remanſerit, dominus eſto nauis. Exhæredatus in naufraga naui remanſit, & cuſtodit eam ut rem patris. Cum ſcriptum ex diuiſione facit Antinomiam, hoc erit exemplum: Stuprata, uel nuptias ſtuprantis, uel mortem eligito. Duas vnus ſtuprauit: hæc quidem nuptias huius, altera vero mortem elegit. Amphibologia, ſuo nomine manifeſta eſt. Eſt enim Amphibologia, de ſcripto controuerſia, è proſodia vel ſyllabarum diſtinctione procedens. È proſodia hoc modo, ἑταῖρα χρυσία εἰ φορoίη, δημοσία ἔσω. idest, adultera, aurea ſi ferat,* plebeia eſto. Deprehenſa eſt quædam dum ferret, & illa dicit aurea oportere eſſe δημόσια: tonum in antepenultima recognoſcens. Hi uero non aurea, ſed ipſam eſſe δημοσίαν: & in penultima accentum recognoſcunt. De diſtantia vero ſyllabarum, ſæpe oritur controuerſia: hoc modo: Leon & Pantaleon fratres erant, & pater moriens ita teſtatus eſt: * Habeat mea Pantaleon. Vterque de hac dictione πάντα litigat. Alter enim Panta leon per ſubunionem conuertit: alter per diſtinctionem diuidit panta & Leon. Has igitur cognoſcemus. Sed Metalepſin non hoc modo, quę quidem tunc eſt, ſi quæſtio fiat, an oporteat in litem deſcendere: In Metalepſi enim, ſi * quid eſt primarium, neque quæſtio eſt, quemadmodum in coniecturali, neque quid eſt, vt in definitione: nec quale quid, ut in reliquis. Sed hoc tantum quæritur, * an ſub hoc iudice, an hoc tempore litigandum. Paragraphe enim eſt. Et duo ſunt huius genera. Alterum enim in ſcripto ex ſcripto aliquo ſumens controuerſiam. Alter ſine ſcripto. In ſcripto eſt ſecundũ Paragraphen, æquitatis deductio ab

Amphibologia.

* δημοσία, publica.

* ἐχέτω τὰ ἐμὰ πάντα λέων.

Metalepſis.

* οὔτε εἰ ἔστι προηγουμένως ζήτησις.

* ἀλλὰ ζητῆσαί τι τούτων. i. ſi aliquid hoc inquirendũ.

Paragraphe.

aliquo ſcripto, de quo ſit quæſtio: vt duplici pœna eundem pro eodem crimine puniri non oportere. Homicidii quis accuſatur, aufugit. Poſtremo ei conſulenti reſpondit Deus: Homicidis non do oraculum. Hic rurſus accuſatur. Ex ſcripto & ſententia, prima quæſtio: deinde coniecturalis ſequitur, ſicubi interfecerit. Sine ſcripto eſt, cum deductio æquitatis ſecundum Paragraphen à ſcripto eſt: ſed non de ſcripto quæſtionem habet, verum de aliquo eorum, quæ cum negotio coniuncta ſunt. Vt de re, loco, tempore, perſona, cauſa, & modo: quod accidit, quando nobis cum re conuenit: ſed aliquid horum quærimus hoc modo: Adulterum adulteramq; impune interficere licebat. Vnus adulterum interfecit ſolum, paulo poſt tempore cum vxorem ſupra mortui ſepulchrum lachrymantē offendiſſet, eam interfecit: & capitis accerſitur. Hic enim de loco & tempore quæſtio fiet. Supradictos igitur ſtatus ita inſpiciemus. De diuiſione autem ſecundum quenq; dicendum eſt: & uidere oportet, quæ de coniectura dicenda ſunt: de qua idcirco in primis duximus eſſe dicendum, cum hæc non parum adiumenti cæteris afferre videatur. Quare non immerito cæteris hæc longior erit.

De coniectura.

Coniecturalis diuiditur ſtatus, quando perſona & negocium ueniet in quæſtionem. Paragraphicus eſt argumentum requiſitione, voluntate, potentia, ab his quæ ſunt à principio vſq; ad finem: Antilepſi, Metalepſi, trāſpoſitione cauſæ, veriſimili defenſione, qualitate communi. Paragraphicus quatuor modis fit. Primo ab aliquo deficiente, hoc modo: * prodigi pater cū non appareat, parricidii accerſitur. In primis enim petet oſtendi, ſi mortuus eſt. Secundo modo ab excedente: hoc modo: decem iuuenes coniurarunt, ne

* ἀφύτου

vxores ſumerent, & malæ vitæ accuſantur. Quiſque enim ipſorum petet priuatim accuſari. Tertio, quod non oportet ab his accuſari, quorum aliqui hæc ipſa fecerunt: Vt vir fortiſsimus, cui ſtatuam hoſtes ſtatuere, proditionis accuſatur. Quarto modo ſecundũ tempus: Vt * calamitoſi filius locupletatus, adulterii vxoré accuſat. His igitur temporibus dicit accuſari non oportere. Id autem ſi à ſcripto aliquo procedat, validũ eſt, & perfecta ſit Paragraphe: Alioqui infirmum eſt, & imbecille. Suppetit enim aliquid parui vtenti. Huius autem quod à ſcripto prouenit, & quod perfectã dicimus eſſe Metalepſin atq; Paragraphen, exẽplum eſt hoc modo: accerſit⁹ quis capitis, aufugit: deinde huic oraculũ conſulenti reſpondit Deus: Homicidis reſpõſa non reddo Hic rurſus accuſatur. Bis eiuſdẽ facinoris pœnas dare leges vetant. Eſt igitur hæc Paragraphe: & legitima prima quęſtio, è Paragraphe naſcitur.

* δαλοῦ παι/ οῦς κρίσαι

Argumentorum requiſitio.

Argumentorum * requiſitio duplex eſt: aut enim ſunt teſtes, aut nõ Deſponſanti cuidam puellam, mater puellæ dicebat: ſe potius morituram, quàm illi paſſuram dari. Veneficii ſigno moritur puella. Mox pater rem inquirens, ancillas excruciat. De veneficio nil plus audit. Adulterii cum proco commiſsi, & veneficii vxorem accuſat. Hic teſtes ſunt ancillæ. Non igitur requiret hic teſtes, ſed calumniabitur, quod ancillis credere non oportet Serui enim dominis ſuapte natura inimici ſunt. Et quoniam non omnes liberos fide dignos ſuſpicamur, nullo modo ſeruis fidẽ adhibendã cenſebimus. Et plura in hanc ſententiam inuenies. Oportet etiã teſtibus teſtes opponere: & qui ſunt fide digniores diligenter videndum, & teſtes cũ teſtibus inſtructa acie congredi: ut in oratione contrà Cononem Demoſthenes fecit, Hæc autẽ tibi de teſtibus

* ἀπαίτησις.

vbiq; ſit artificioſa contemplatio. Vel calumniari, quod propter amorem, vel inimicitiam, uel aliquam familiaritatem, uel propter lucrũ aliquod teſtimonia ferant: vel quo'd propter ætatem adhuc non ſint fide digni. Si autem non eſſent teſtes, reus ex his teſtimonia aucupabitur: A' perſona, ut quis: A're, ut quid: A' loco, vt ubi: A' modo, ut quomodo: A' tempore, ut quãdo: A' cauſa, ut quare. Et his omnibus utetur, & aliis quæ in hęc incident. Accuſator reſpondet, argumentum à negotiis plus fidei habere debere, quàm teſtimonia. Negotia enim neq; ſuaſione, neq; gratificatione aliqua, ut ſæpe teſtes, labefactare & ſubornare poſſumus. Quare quæcunq; talia ſint, ingeremus.

Voluntas & potentia.

Voluntas & potentia, ab his quæ perſonã ſequuntur prouenit: ut à laudatiuis. Quãdo perſona finita eſſet, omnia ferè ꝯcident. Si qua vero aliarũ erit, ſecundũ inuenta utemur: ut iuuenis diues. Potes hic ætatẽ & fortunã inquirere: & quæ hęc ſequuntur. Laudatiua hęc ſunt: genus, uita, diſciplina, ætas, natura animi & corporis, exercitatio, actiones, & quod plurimũ ualet, fortuna: ut diues uel pauper, & ſimilia. Hæc autem in potẽtia & uoluntate nimiũ ualent, ex utraq; parte quæſita: magis uero quædã in altera. Quemadmodũ enim quæ ſunt fortunæ, familiaria ſunt potentię: ſic & quę ætatis ſunt, uoluntati ſunt amica. Qui igitur hęc nouit, ibi plurimũ immorari debet, ubi aliquid eoꝝ, quę diximus, magis uidetur eſſe familiare. Perſonarum uero quę in controuerſia ſunt, non ſolũ uoluntatem & potentiã quærere opus eſt, ſed quęcũq; *propoſita cauſa continet, hoc modo: Exhæredatos iuuenis diues nutrit. & fouet. Hic tyrannidis accerſit. Hic quæſita exhęredatorum qualitate, accuſatoris Epithesis & intentio magis ualet. Quamobrem in conie-

*πρόβλημα.

cturalibus cauſis de omnibus perſonis cōſiderandum eſt, quæ accuſationem recipiunt.

De his quæ ſunt à principio uſque ad finem.

EA quę ſunt à principio ad finem uſque, ut plurimum ad accuſatorem ſpectant. Fiunt hę & augentur iiſdem, quibus argumentorum requiſitio conſumatur. Sunt autem hęc: ut quis? quid? ubi? quo modo? quando? quare? Hęc quidem, etſi accuſatoris ſunt, tamen capita omnia, pręter Metalepſin rei ſunt: & ſi contingit, oībus utetur. Cum communia ſint quę ſunt à principio uſq; ad finem (inuenitur enim quandoq; ſic ſe habens cauſa conie cturalis) erunt reliqua capita ambobus profecto communia. Huius autem quod communia habet quæ ſunt à principio uſq; ad finem, exemplum tale eſt: Quidam affectatæ tyrannidis accuſatur. Quod cum pœne ingentis eſſet, frater huius, ob rem pro republica optimè geſtam, pro pręmio accuſationis abrogationē petiit: & aſſecutus eſt. Ille tyrannidem agebat. Frater eum cædendo depoſuit, & conſcientię accuſatur. Hac accuſationis abrogatione, & quę ſunt circa ipſam, accuſator vtetur. Simili modo homicidii reus his utetur, quę circa homicidiū uerſantur. Et ab utroq; alterius argumenta ſolui oportet. Quare quę ſunt à principio uſq; ad finem, ad ſolū reum ſpectare eſt impoſsibile.

De Antilepſi.

ANtilepſis nō ſemper incidit. Sed cum eorum quę ipſe fecerit quis accuſatur, omnino incidit Antilepſis. Cum autem quę alii fecerint, nō quidem. Eſt hoc tale, quando aliquid licet, & non prohitum eſt. Exemplum eſt: Iuuenis diues omnes exhęredatos nutrit, & affectatę tyrannidis acceſitur. Dicit enim quod cuiq; quos uult nutrire licet.

De Metalepſi.

SEmper Metalepſis contraria eſt Antilepſi: non in coniectura ſolum, ſed ubicunq; inuenitur. Et cum aduerſariorum pars altera harum potiore utetur, ſiue Antilepſi ſiue Metalepſi: altera omnino pars, altera utetur. Sed Metalepſis fit per intentionẽ & depulſionem. Intentio uiolentum quid eſt: dicet enim, nõ licere. Depulſio diſſuadet & dehortatur, quo'd licet, ſed non in his: Vt adoleſcens fucatus proſtitutę pudicitię accuſatur Intendet aduerſarius quo'd non licet hominibus fucari. Deinde quo'd ſi licet, non hoc modo, neque in his. Vtra autem prius utendũ eſt, an intentionem an depulſione, haud facile dici poteſt. Aliquãdo enim ſecundũ rerum naturã capit inſtitutionẽ. Eſt autẽ operępretiũ uidere, ne à principio fateri nõ licere in pleriſque nimiũ ſit impudẽs: ſecundũ uero poſitũ magis ualere, & ut uſus poſtulat, introducere poteſt.

De tranſpoſitione cauſæ.

TRranſpoſitio cauſæ, ante ea quæ ſunt à principio uſque ad finem fit. Ea eſt aut in uerbis, aut in rebus, aut in affectibus. Si in uerbis: ſecundũ ſcriptũ & ſententiã, cauſæ tranſpoſitio inducetur, hoc modo: Iuuenis diues noctu laſciuiendo, ad carcerẽ exclamauit: Proſilite captiui, ne diu ſingultus ducatis. Hic affectatę tyrannidis accuſatur. In hoc enim loco, qui dixiſſe fatetur, qua mente dixerit, conſiderare oportet. Si in rebus ſunt quę à principio uſq; ad finem, cauſę tranſpoſitio poſitiuè quęretur. Vt deprehenſus in ſylua inter ſepeliendum recens interfectum corpus, capitis accerſitur. Poſitionẽ enim perficit, quo'd bonũ eſt inſepultos ſepelire. Si uero in affectibus: p deprecationẽ, cauſæ trãſpoſitio inducetur: hoc modo. Iuuenis diues cum arcẽ cõtinuo aſpiceret, plorat: & tyrãnidis accuſatur. Eos enim qui imperarũt miſeratus* ita transferri.

*αὐτῶ ἀντί/

Hinc lachrymãdi materiã ſumpſiſſe dicet. Videre igitur oportet quod hęc oĩa in omnibus inueniũtur cõiecturalibus In eo autẽ ſuperabũdat unumquodq;, qđ ſibi magis eſt familiare. Pręterea cauſę tranſpoſitio, ſi de his fit quęſtio quæ alii fecerint, & falſa & ſibiipſi contraria quoquo modo erit. Vt uiro fortisſimo ſtatuã poſuere hoſtes, & proditionis accuſatur. Dicit enim illos iccirco eam ſibi ſtatuiſſe: uel quia ſe admirabãtur: uel quia ſe ad ipſos cõuerterent: uel quia ipſi conuerſi eſſent: uel quod aliquo pacto ſibi inuidiã commouere uellent. Hæc enim omnia uera eſſe non poſſunt. Proinde dicimus falſos colores in huiuſcemodi cõiectura inueniri oportere. Cum uero de his erit controuerſia quæ ipſe fecerit, aut unum quid dicet, aut plura, ſed inuicem cõſequentia: hoc modo: Nocte quis dũ domũ repetit, latrocinii accuſatur. Dicet enim quod iccirco noctu, quia & pudet, & quia non uult obuiis interdiu eſſe augurabilis: & quod magis talia timent homines diſſoluta quidem ſententia: & ſi quid tale. Hæc enim quæ multa ſunt, non inuicem aduerſantur. ſw. ita erat affectus, uel ſic afficiebat

De uerisimili defenſione.

Verisimilis defenſio, quæ ſunt à principio uſque ad finem, in ea refertur. Quibus enim tanquã ſignis alter utetur, ut aliquid eſſe oſtẽdat, iiſdem tanquã ſignis alter utetur, ut aliquid nõ eſſe probet: hoc modo: Vbi arcem reſpicis & cõlachrymas, tyrannidẽ affectas. Equidem ſi futurum erat me gerere tyrannidẽ, nõdum arcem reſpexiſſem; ne me proderẽ, ſuſpectũq; facerem Hoc autẽ caput eſt, quando relinquitur. Relinquitur autẽ, quãdo ſigna, à quibus accuſatio neceſſario ſequitur, negotio ſunt adiuncta, in quo accuſatio ineſt. Vt aggredienti tyrannidẽ neceſſe eſt arma comparaſſe, Conſideret igitur, deſcendẽte fulmine in Periclis domum, infinita ibi arma fuiſſe inuenta, & tentatę

tyrannidis accuſatur. Non poteſt in hoc loco dicere, ſi futurum erat gerere tyrannidem, nondũ arma comparaueram. In talibus quæ ſunt à principio uſque ad finem, accuſator finitiuè inquiret: ut in fucato iuuene & proſtitutæ pudicitiæ accerſito, Ipſam enim fucationem ſuapte natura accuſator impudiciſsimam dicet eſſe proſtitutionem. Hic enim uerisimilis defenſio relinquitur. Contrà uero in hoc caput quod ſecundum ipſum eſt, inducendum eſt quod non negotium conuertat: hoc enim ſolo corroboratur hoc modo: Qui futuri ſunt tyranni, neceſſario arma parant: nondum paratis armis, hi tyrannidem aggrediuntur. Eſt enim alius cuiuſdam gratia arma parare. Et rurſus, qui proſtituta pudicitia meretricantur, ſe ipſi fucant: nondum fucati paſsim ſe proſtituunt. Contigit igitur propter aliquid aliud ſæpe fucari. Et aperte dicet quæcunque tranſpoſitioni cauſæ accommodata ſunt.

De qualitate communi.

Communis qualitas epilogi ſunt & iterationes: quę quidem non ſolum in coniectura, ſed in omni quæſtione fiunt Ab accuſatoribus quidem topicè, cũ accuſationem pręcurrunt: ut contra tyrannum, uel lenonem, uel quæcunque fuerit accuſatio Vel cũ quęq; opportuna repetunt, ut à Demoſthene factum eſt: hoc modo: Quæ mihi obiiciuntur, concludere uolo, Ipſũ nil ueri renunciaſſe demonſtraui. Et alia quæ ſequuntur. Item à reis, quorum alii repetunt: ſed non pari modo utuntur: Quoniam commiſerationem excitant, affectuſq; mouent, ubi puerorum, uxorum, amicorum cæterorumq; ſimilium inductiones, magno his adiumento eſſe ſolent. Quæ quidem accuſator ab utili labefactabit, Communia utriſque ſunt, quę finalia capita dicuntur, ut legitimum, iuſtum, utile, poſsibile. & honeſtum. Vniuerſaliter quidem epilogi ab his ſumun-

tur, à quibus & procemia: atq; eandem uim habent. Affectus, animi cauſa utrinq; inducuntur: ut timoris, iræ, miſericordiæ, inuidiæ, & quæ huius ſunt generis. Contrà uero differunt, procemia quidem uel ad admittendum, uel deponendum aliquem affectum, auditoris animum parant. Epilogi uero per extrema capita, uel augent, uel extenuant: quandoque in fine ſuſcitant. Item differunt, quod epilogi ſolutis ex numeris conſtant: & ut plurimum inuenta producunt, & nō ut in procemiis, breuiter exequuntur. Sed de procemio exactius infra, ubi de eo tractabimus, dicetur.

De coniectura ſimplici & finita.

Finitæ ſimplicisq; coniecturæ diuiſio hęc eſt. Aliquæ infinitæ ſunt: & rurſus duplices, finitę & infinite: in quibus duplici diuiſione utimur. De quibus quidem dicendum eſt. Infinita ex ſolis rebus conſtat, quando non de perſona re una exiſtente quęritur. Vt quis in ſepeliendo cadauere in deſerto deprehenſus, capitis acceſſitur. Iſte uoluntatem & potentiam non habet. Et ab omnibus aliis pari modo finitis diuiditur. Infinita ex ſolis perſonis ſimplex non fit, ut opinor, coniectura. Et qui paulo prius dicta de rerum iudicationibus bene inſpexerint, his manifeſtum hoc eſſe arbitror. Plerique igitur tanquam infinitę ſimplicis exemplum poſuerunt: dicentes ſolam perſonam hic accuſari. Vt * furioſi pater latuit, & mortis accuſatur. Primum eos interrogabo, ſi hic non ſunt quæ à principio uſque ad finem? num eſt ſine impedimento eſſe patrem? hoc non perſonę, ſed rei eſt. At ipſam cauſæ tranſpoſitionem non requiram? * uerum & hoc. Si autem non: quę eſt defenſio? quo igitur pacto certabit qui rem non habet? cur ueriſimili defenſione nō utetur? puto & hoc. Quomodo igitur infinita talis eſt? At hic minus res

* ἀσώτου πατὴρ ἀφανὴς γέγονε. guloſi pater è medio ſublatus.

* ἀλλὰ, ſed.

valent, quàm ibi, vbi de ſepeliente cadauer agitur. Et enim in omnibus coniecturis, minus valent quæ ſunt à principio vſq; ad finem, quando de his quæ alii fecerint, quis accuſatur. Aliter eſt, quãdo non in ipſum è contrario refertur iudicatio: vt in Archidamo largitionis accuſato, poſtquàm pro re oppcrtuna Pericles, quinquaginta ſe talenta expendiſſe in rationibus ſcripſit. Itaq; ſimplex coniectura, vt mea fert opinio, non ex ſolis perſonis conſtat, dupla profectò eſt. Primum quidem de finita, dupla dicendum.

Finita dupla

Finita dupla fit, quando duæ res duæq; perſonæ ſunt in cõtrouerſia. Vt Aeſchines ac Demoſthenes, è Philippi legatione redeuntes, largitionum inuicem ſe accuſant: cum * aurum ſub foſſa terra includere viſus ſit Demoſthenes, Æſchines vero malè geſtę legationis ſcribere defenſionem. Hic argumentorum coniecturarumq; requiſitio, quoniã æquiparantur, relinquitur. Reliquis capitibus vtrinq; duplici modo vtendũ: hoc modo: Ego nolebam ob id ipſum, legatione abuti: tu autem volebas. Et in aliis ſimili modo vnum vni opponentes ſcrutabimur. Proſequi enim, & ſeorſum ſe per tota capita defendere: rurſusq; ſeorſum per eadem capita accuſare, non certare eſt, ſed longe eſſe inferiorem. Proinde conſerta manu pugnandum.

* χρυσίον ἀρω του κατορύττον

De coniectura dupla & infinita.

Coniectura dupla & infinita, ex rebus conſtat: quãdo res ſolæ ueniunt in quæſtionem: hoc modo: Duo rhetores ad tyrannum legati, mox reuerſi mutua criminatione ſeſe largitionis accuſant: cum alter humi aurum infodere, alter de mala legatione defenſionem ſcribere inuentus eſſet. Hic æquatæ perſonæ quęſtionem non admittunt: diuerſa autẽ negotia in quęſtione ueniunt. Rurſus igitur voluntas & potentia relinquitur. Item aliis capitibus diuideretur, quibus &

finita dupla ſecundum mutuam quæſtionem. Rurſus ex ſolis perſonis dupla fit coniectura, quando de ſo/lis perſonis fit quæſtio: hoc modo: Primarius in ciui/tate ſignis veneni defunctus eſt: cui nouerca erat, & captiua pellex Hæ mutua criminatione ſeſe accuſant, Hic ſola voluntas & potentia quæritur, quę ipſa natu ra perſonæ propria ſunt: cætera vero omnia ſeſe æqui parant. Præter has ſunt & aliæ tres coniecturarũ du/plarum ſpecies, quas coniugatas vocamus. Vt*inci/dens, præparata, & cõparata. Incidens fit, quando in tranſpoſitione cauſæ integra quædã quęſtio incidit, & eam perfecte exequi neceſſe eſt. Vt oportebat pro proditione captum apud præfectũ exercitus coerce/ri, donec proditionis cõſcios diceret. Captus pro pro/ditione quidam præfectus apud collegam coercetur. Hic eum interfecit perinde ac ſi in vxoris concubitu deprehendiſſet, & conſcientiæ accuſatur. Hic poſt ea quæ ſunt à principio vſq; ad finem, ſi reus ea cauſæ tranſpoſitione vtatur, quod mœchũ interfecerit: hæc alia de reo quæſtio orietur: Si congruum eſt illũ vin/ctum mœchari: ſi uerisimile eſt uxorem ſeſe illi trade re ſupponendum. Et poſt diuiſionẽ rurſus, ſupra prio rem*coniecturam veriſimilem defenſionem reus in/ducet. Pręparata fit, quando ante quæſtionem, aliquã aliam neceſſe ſit rem coniecturaliter præparari, ut/ſit uel non ſit, utputa, Diues præfectus exercitus, pau/peris inimici tres pueros, tanquam proditores cepit: Duos qui nihil confitebatur*in eculeo inter maximos cruciatus interfecit: Tertium ante cruciatus dum pro/ditionem confitetur, vnà mori coegit: & patrem non prodeuntẽ conſcientiæ accuſat. Ab vtroq; enim opor tet primum intendi. A' diuite quidem illos eſſe pro/ditores: à paupere uero, non eſſe. Poſt hoc contendet diues, illos proditionẽ feciſſe: pauper è contrario de/

*ἐμπίπτων, προκατασκευαζόμενος.

Προκατασκευαζόμενος.

*ἐν τοῖς βασάνοις.

συγκατασκευαζόμενος. *μοιχείαν ὑπονοήσας τις. cū ſuſpicatus eſſet adulteriū

fendet. Comparata autem cōiectura fit, quando ſigna negotii inuicem comparantur: hoc modo: Oportebat captiuos à theſmophoriis ſolui. Quidam *adulterio ſuſpectus, ad ſeruum uxoris appulit, ut eum in uincla coniiceret: quod cum feciſſet, ille uinctus à theſmophoriis ſoluitur: & ab uxore abiit ſeruus: uir poſt hæc mortuus eſt inuentus. Vxor cōſcientię accuſatur. Hinc à ſeruo propter adulterium eum interfectum eſſe probabitur: illinc adulterium negabitur, cuius cauſa à ſeruo mortuus aſſeratur. Et ſic alternatim intendetur: Manifeſtū autem quod cum aliis, tum ſuſpitione uiri eum ab uxore ſolutum: & ſi quid ſit aliud. Differt à præparata, quoniam ibi diuiduntur quæſtiones inuicē hic uero inuicem parantur omnia. A' ſententia præter has eſt alia coniectura, quæ tenui ſententia quæritur manifeſta exiſtente re, & eo qui commiſerit: hoc modo: In opinionem inſaniæ, nouerca filium perfodit: priuignū interfecit, & delata capitis accerſitur. Differt à deprecatione hic coniecturalis ſtatus: quoniam ibi quod cōmittitur, cōfitetur: ut miſericordia, uel cruciatus, & ſimilia. Hic ſi inſana fuerit, quæretur. Præter has aliæ coniecturalium ſtatuum ſpecies inuenirentur: ſed ingrati laboris eſt, in infinitū nimia ſedulitate ſuperſtitioſa moliri. Puto enim quodcunque fiet aliud, cum his quoquo modo complicitum inuenietur. Et ſimul manifeſtum, quod his qui hęc bene inſpexerint, non difficilis erit & in illis diuiſio.

De definitione

DEfinitio diſtinguitur, propoſitione, definitione, contraria definitione, ſyllogiſmo, ſententia ſcriptoris, quantitate, & in eo quod ad aliquid. Vna cum oppoſitis ſtatibus eſt, quando ſi qua incidit, inuenientur metalepſis, & antilepſis continuo ſequentes. Deinde qualitate & ſententia. Propoſitio ſunt ea ipſa, quæ

ſunt à principio uſque ad finem: hoc modo: Tyranno perſuaſit philoſophus, ut tyrannidem deponeret: prę mium hic petit Propoſitio eſt, Ademi tyrannidem, oportet me præmio ornari Hoc quidē qui exaggerat, ea ponet, quæ ſequuntur ex his, quæ ſunt à principio uſque ad finem. Definitio rem diuidit: & fit ex his quę ueniunt ab eis quæ ſunt à principio uſque ad finem. Definitio non eſt de interficiendo tyranno: ſed definitur hoc, eſſe interficere tyrannum, quod nuper accidit. Contraria rurſus definitio ex factis eſt: hoc modo: Minime quidem, ſed ceſſare tyrannidem Syllogiſmus utrique conducit. Nihil enim inuicem differre iſta contendit qui præmium petit. Et omnino quo modo dicimus antilepſim cum metalepſi congredi: eodē profecto modo ſyllogiſmus cum definitione certabit. Atque ubi potiore ipſorum prior pars utetur, reliquo pars altera omnino utetur. Sententia ſcriptoris ab utroque ad conueniens commodū exquiretur. Quantitas, quia magnum factum oſtendet. Ad aliquid, quod maius eſt ſine cęde, tumultu, & perturbatione, quàm armis auferre tyrannidem. Antitheſis hic non incidit: in aliis quæſtionibus ſæpe inuenitur: hoc modo Eunuchum quis inuentum cum uxore, ęquè ac mœchū interfecit: capitis accerſitur. Poſt hęc quæſtionem per ſupradictos terminatam, contrà in iudiciū defert: accuſatq; eum tanquā dignū pati, quę paſſus eſt. Hinc neceſſario ſequitur metalepſis hęc: quis ē, accuſare oportebat. Metalepſis inuentio eſt, quis erit: & antilepſis eſt, quia licebat Qualitas autem ex his, quæ ē perſona prouenjunt, ſumitur. Si perſona finita fuerit, ab ombibus planè laudatiuis capietur. Si aliquando infinita, & in quæſtionem ueniet, ut pater, uel aliquid prædictorū in his quæ de perſonis dicta ſunt ſequentia cōſiderantes, dicemus. Si omnino infinita: de ipſo

iam facto coniecturaliter quęremus Quis erat ſuperio/ri tempore,& quis erit in poſterum, ſi dimittatur, uel captus ſeruetur. In vtriſq; qualitatem quęremus. Sen/tentia vel mens pariter in vtriſq; exquiretur: quali mē te quid fecit, & quali mente accuſat vel defendit: & ſimilia. Communis autem qualitas complexe hic ex qualitate perſonæ & mente quæretur. Quemadmo/dum coniecturarum plures ſunt ſpecies, ſic & defini/tionum. Supradicta autem definitio ſimplex eſt: aliæ duplices ſunt. Prima ex contrariis nominibus conſtat: quando nomen nomini reus opponit: hoc modo: E templo quis pecuniam priuatam ſurripuit: & lex ſacri legum mori iubet, furem uero duplū reddere. Hic ſe furem fatetur, duplum deponere dignum putat. Hanc vt in duplis coniecturis, ita in duplis capitibus diui/des: caput capiti oppones: hoc modo: Sacrilegus eſt, non fur: fur enim talis eſt, ſacrilegus uero talis: & ſimi lia. Reus oppoſita oratione vtetur. Secunda vero, ſe/cundum comprehenſionem nomen aſſumit, quando reo contrà nominante, accuſator eodem illo nomine, crimini obnoxium dicit eſſe reum. Hęc cōtra definiē ti & nominanti conuenit. Vbi differt, exemplum po/nemus. Legatorum quidā apud pręfectum exercitus uirginem depoſuit: cui ille uim intulit, ac publicarum iniuriarum à redeunte patre acceſitur: ab eoq; decem millia ſoluere debere cenſetur Hoc enim uiolēto de/finitum eſt. Dicente hic reo, quod uiolentię, nō publi/carum iniuriarum ſecum agi oporteat. Vtrique crimi ni obnoxium accuſator eſſe dicit. Si non aperte uio/laſſe fateatur, publicis iniuriis liberabitur. Nam ſi non ſit aperte uiolentia, neq; publica erit iniuria: iccirco implicitū erit utrunque. Aliter non poteſt eum publi/carum iniuriarum accuſare, ſi uiolentia eum liberet. Quod Demoſthenes ī oratione cōtra Median feciſſe videtur.

uidetur. Media enim cõfitente incõtinentiã iniuriãq;: non publicã, ſed priuatam, quæ circa feſta uerſetur: utraq; Demoſthenes inducit: ne ſi incontinentia liberarit, ſacrorum iniuria ſoluere uideatur. Incontinentia enim non præſubſtituta, ſacrorum iniuria non conſtituitur. In contraria nominatione alterum tollitur: non eſt fur, ſed ſacrilegus. Et differentia eſt, quoniam ibi res ſuapte natura ſequitur accuſationem. Vt ſacrilego neceſſe eſt eſſe furi. Sacrilegus enim, ſacrarum rerum fur eſt. Qui publicam iniuriam commiſit, non ſequitur eum eſſe uiolentum: aliter enim eſt, publicam iniuriã perpetrare. Quare accuſator hic utraq; dicendo comprehendet, ibi uero alterum ſeparabit. Huius igitur cauſa, iſta maius caput in contrariæ nominationis diuiſione habet: & aperte differet, ac icciro in contrariã nominationem fit diuiſio. Tertia ſecundum perſonas duplex eſt: etenim fit quando tota res à duobus perpetrata eſt: uel aliter quando duæ, perſonis quibuſdã adſunt: hoc modo: In ſacerdotia pueri ſucceſſere. Puerum quis habens * melius egit: & ſacerdotium à quodam capere quæſiuit, cui etiam puer erat, & accepit. Cum ambo hi è uita deceſſiſſent, pueri de ſacerdotio litigant. Et cum in controuerſia ſit, uter ſit ſacerdotis puer: huic quidem principium eſt, natum eſſe in ſacerdotio: huic uero finis, ſacerdotem adhuc exiſtentem ſibi patrem, deceſſiſſe. Et hoc pari modo diuides, & caput capiti oppones. Quarta autem incidens appellatur, quando ſicut in coniectura, inter alia capita, alia integra quæſtio intercidit: hoc modo: Quidam * in ſomniis ineffabilia & ſecreta myſteria uidit: quendam interrogauit dicens, quæ uiderat, ſi ita ſeſe haberent. Cum ſibi commiſſa effudiſſet, quod arcana reuelauerit accerſitur. Quamuis quid ſit reuelare in controuerſia ſit, eaque uſque ad aliquid procedat: tamen &

* ἱερίσκαι.

* ἀμύκτος. prophanus.

* τίς ὁ ἀμύητος rudis, nondū initiatus.

alia quæſtio intercidit: quis *eſt hic, cui uiſa myſteria effari nō licet. Et hoc oibus capitibus diuides, uſq; ad aliquid: deinde communia facies reliqua capita. Quintū genus à duabus definitionibus nomen accepit: quod fit, quādo de duobus nominibus ſuper una perſona controuerſia conſtat, ex quibus non contraria conſtituitur definitio. Vt purum, & ex puro ſacrificandum eſt. Patrem mœchum quis interfecit, & ſacrificare prohibetur. Controuerſia eſt, quis eſt purus, & quis ex puro Poſtquàm in alterum prius caput ueneris, rurſum à principio in alterum redire oportet. Et hæc de definitione dicta ſint.

De Antilepſi.

ANtilepſis diuiditur propoſitione, particula iuſti, perſona, definitione, & quæ ex definitione vſque ad aliquid ſequuntur, videlicet, ꝯtraria definitione ſyllogiſmo, ſententia ſcriptoris, quātitate, ad aliquid, ipſa antilepſi, metalepſi, antitheſi, altera metalepſi, poſitione, qualitate & ſententia. Propoſitio fit, vt in definitione. Particula iuſti, eadem eſt antilepſi. Differt autem, quoniā hic & in paragraphica portione, ſiue approbatione ſimpliciter apud principia ponitur: ibi vero vt aliter: hoc modo: Pictor quidam naufragium pinxit, ante portum repoſuit, & nemine applicante publicarum iniuriarū accuſatur Propoſitio manifeſta eſt. Particula iuſti, ſi non oportet earum rerum accuſari, quas nulla lex prohibuit. Perſona, ſi oportet publicarum, tamen non priuatos, ſed oratores, legatos, præfectos exercitus, & ſimilia Quoniam hi poſſunt de repub. male mereri, qui publica adminiſtrant: priuati vero minime. Definitio eſt, quod in aliis ſunt publicarum iniuriarum *accuſationes: ut naues, mœnia, ſocios, ſimiliaq; prodere. Sequitur igitur neceſſario ſyllogiſmus: Et hæc & illa publica iniuria, & nihil differt.

* γραφαί.

Pluribus enim exiſtentibus modis quibus aliquis maleſacit, non, niſi de omnibus quis male mereatur, propter hoc innocens erit: verum ſi de vno, pœnas tunc profecto dabit. Et aperte epicherematibus vtetur. Sententia ſcriptoris ſi incidit, vterq; ad commodum vtetur. Quantitas, quod magnum eſſe oſtendit, quod factum eſt. Ad aliquid, quod maius eſt his quæ proponuntur: hoc modo: Nemine mercatorum applicante, in ſumma rerum omnium egeſtate, quę victui neceſſaria ſunt, ciuitatem conſtituere, maius eſt facinus, q̃ naues & mœnia prodere. In his autem, ideſt, in qualitate & ad aliquid, quæ ſunt à principio vſq; ad finem neceſſario incidunt. Ad quæ antilepſis accedit, ut in cõiectura docuimus, quod licet & nulla lex prohibet. Deinde metalepſis: intentione quidẽ, ſi congrediatur, ꝙ non licet: depulſione uero, quod etſi licet, tamen non in his, neq; ſimilia. Antitheſis in his antiſtatica fit: ut ſuper nauigantibus feci: quod ſcientes q̄bus malis periclitari poſſent, ſi præter tẽpus nauigarent, in carcerẽ coniicerẽtur. Altera metalepſis, aliter oportebat ꝯſulere. Quare ſi accuſator vſus eſt metalepſi, reus & rurſus vtetur antilepſi: hoc modo: Quiſq; ut poteſt conſulit: & orator oratione, & pictor pictura non prohibetur. Et fit poſitio conſequens. Poſitio enim eſt nunc, quod quenq; pro uiribus ciuitati adiumento eſſe oportet. Accuſator ipſa in diſſuadendo vtetur: hoc modo: Niſi ad communem perniciem, artibus ſimpliciter abuti oportet. Qualitas & ſententia, ut in definitione docuimus, exquiretur. Nunc non ut diuidentes dicemus, quandoquidem multa adſunt: ſed ut capitum naturam demonſtremus. Antilepſeos plura ſunt genera. Simplices quidem duæ, item duæ duplices. Rurſus aliquæ ſunt implicitæ, ut plures inueniantur. Sed prædicta hæc ſola genera do-

cent. In recta diuiſione errare non decet, neq; in illis: de his igitur dicamus. Simplicium ergo aliqua ab ipſo facto accuſationem habet hoc modo: Alcibiades poſt ea quæ ad Cyzicum profectus perpetrauit, cũ deinde in poculis haberet, quæ circa Siciliam comparauit, publicaq; iniuriarum accuſatur. Hæc ſupradictis tantum capitibus deciditur, ſecundũ ea quæ incidunt. Aliqua vero ab ipſo facto, & ab aliquo alio ſuperueniente habet accuſationẽ vt de pictore naufragia pingente, & poſtquàm nemo applicuit, accuſato. Rurſus in eodẽ: Ad Cheroneã Philippus miſit, & optandi poteſtatẽ fecit, vt vel captiuorum duo millia, vel mortuos mille caperent. Demoſthenes perſuaſit mille eſſe capiẽdos: interficienteq; Philippo captiuos, publicarum iniuriarum accuſatur. In his igitur antilepſeos generibus, proprium caput præter ſupradicta, eſt perinde atq; paragraphicum potens: & antè alia capita ponitur. Aliquãdo inter ipſas, & omnino vt confert: eſt autem huiuſmodi: De quibus me accuſas? Si de his quæ poſtea facta ſunt, non oportet de his quæ alii fecerint alium accuſari: neq; ſi genere coniuncti eſſent, nec etiam ſi hoſtes & nulla neceſsitudine coniuncti. Si de his quę à principio conſului vel feci, tunc contradicere uel prohibere oportebat: *etiam ſi contradicens inferior violabaris. Nunc non ſolum ſententiæ meæ, ſed decretorum, & eorum quæ non prohibebant, me accuſas. Si uero non repugnaſti, neq; prohibuiſti quicquam: aut quid melius dictu factuq; habebas, quo tu, qui nos odio afficiebas, de repub. argueres: aut nihil contrà dicere poteras. Quare inſcitiæ ac ſtoliditatis à me accerſiri deberes. Quin etiam tu, eorum quæ poſtea euenerunt, & quæ nullo approbante facta ſunt, dignus es dare pœnas. Etſi me his dignũ exiſtimas. Item in huiuſmodi antilepſibus, antè antitheticum

*καὶ εἰ μὲν ἀντειπὼν ἡττήθης, τί βιάζῃ νῦν, ac ſi obſiſtẽs victus ceſsiſti, quid iam vrges?

ſtatum,ſi quando is incidit,veniali omnino vtendum eſt capite:hoc modo:Nemo futura videt:neq; ego inſcius culpa notari poſſum . Tractabit autem id ipſum ut par eſt,qui totius artis rhetorices ſcientia non carebit.Non enim ſat eſt percipere,quodcunq; ſolus hic liber profitetur:ſed exercitatione opus eſt Hæc de ſimplicibus antilepſibus dicta ſint.Rurſus,duplicium aliqua per coniunctionem,aliqua per diuiſionem fit.Per *coniunctionem,quando duabus exiſtentibus accuſationibus,altera ipſarum per ſe eſſe non poteſt.Cum alterius coniunctione hoc modo: omnium ſententiis quis contradicens, ipſe nihil demonſtrat,& publicæ iniuriarum accerſitur.Hic, quoniam duplex eſt antilepſis,manifeſtū eſt.Etenim dicere , & non dicere licet. Item duæ quoq; antitheſes:hoc modo: Contradico: quia in his ſuper quibus peccant qui dicunt,contradicere opus eſt. Rurſus,non dico:quoniā de his quę nō *ſollicitant,dicere non oportet.Sed huius proprium eſt generis defenſores quidem diuidere,& ſeparatim de vtroq; verba facere:cōtrà vero accuſatores,utrūq; complecti & commiſcere . Per diuiſionē vero duplex fit antilepſis,quando duo crimina ſeparatim alternatimq; accuſationem recipere poſſunt:hoc modo.Multas quis uxores permutauit,multosq; filios edidit: male uitæ accuſatur. Hic ſimili modo accuſator complectetur, vel coniunget:reus autem diuidet. Manifeſtum eſt quo pacto vtrunq; ſuapte natura recipit accuſationem. Auctionis quidem cauſa ab accuſatore coniungitur:contrà uero extenuationis cauſa à reo diuiditur. In priore id ipſum non auctionis uel extenuationis cauſa fit:ſed quia non aliter,ac in hunc modum inducta res accuſationem inducere poteſt. Dicebam plura antilepſium genera eſſe poſſe:ſed hoc ipſum à ſupradictis differt:hoc modo: Accuſati uiciſſim adulterii,

* συμπλοκήν.

* μὴ κατεπειγόντων. non urgent.

ut accuſationes euitarent, vxores permutarunt: & ma læ vitæ accuſantur. Primum enim duæ perſonæ quæruntur: deinde *tris antilepſis, & ipſę ad utroſq; : totidemq; paragraphę: Vt licet quęq; accuſare: rurſus abolere accuſationem: vndecunq; quis vult uxorē ducere: ſumptamq́; repudiare licet. Hæc oīa non ſunt prohibita: & harum quanq; accuſatori ſoluere neceſſe eſt. Ex prædictis patet utriſq;, & accuſatori, & defenſori, aditus. Sunt & alia genera antilepſeos, quæ in præſentia referre ſuperuacuum eſſet. Omnem igitur antilepſim, qui prædicta conſiderarit, recte diuidet.

*τέσσαρες quatuor.

De ſtatibus antitheticis.

ANtithetici oēs diuiduntur, propoſitione, definitione quandoq;, & his quæ à definitione uſq; ad aliquid ſequūtur, ſententia, ipſa antitheſi, quæ equiuoca eſt hui⁹ cauſæ ſtatui depulſiuo, uel recriminatiuo, uel metaſtico, uel ueniali, *item ſentētia, metalepſi, ad aliquid, definitione uiolenta, poſitiōe, alia metalepſi, antilepſi, qualitate & uoluntate. Propoſitio manifeſta ex his quæ acciderunt. Definitio quando incidit, æquè utemur, ac in antilepſi prędictum eſt: & poſt auctionē aperte quę à principio vſq; ad finē: in quibus ſententia ſeu uoluntate utetur reus. Exēplum tale ſit: Ariſteus lenocinantē filium interemit, & capitis accerſitur. Definitio non incidit. Poſt propoſitionē, quæ à principio uſq; ad finē accuſator ponet, poſtquā non incidit definitio Ad hæc reus ſententia utetur, dignū exiſtimans non factū duntaxat quæri, ſed qua mente factū. Primum quidē, quia neq; odio, neq; inſidijs in puerū vſus: deinde quia inuitus, imo neceſſario. Mox hic antitheſis recriminatiua incidit, quod dignus fuit: & cōtra lenocinantē dicet locū. In omni enim recriminatiua antitheſi, topica fit. Dicet etiā & quid antiſtaticon, quod talium non oporteat miſereri: quin potius è me

*ἕτερα, altera uel alia.

dio tollere decet: quemadmodũ ſuper eum qui paſſus eſt, fecit. In uniuerſum aũt, omnes antithetici ſtat⁹ ſeſe inuicem cõplectuntur: & non ſolum in his quæ ſunt inter ſeſe cõmunes, ſed in aliis profecto ſtatibus id ſeruant. Altera ſententia eſt accuſatoris, quoniã non propter hoc, ſed propter quid aliud. Oportet aũt cognoſcere, quoniam ſi non hic omnino familiare caput, in aliis tñ familiariſsimum ſimul & utiliſsimũ inuenietur Metalepſis: quoniã aliter, ſed nõ ſic facere oportebat. Ad aliquid utriſq; erit: vtrum maius *aduerſariorum ſit oſtendentium an officium, an maleficium. Violenta pariter vtriuſq; erit definitio. Apertiſsimum aũt caput in huiuſcemodi quæſtione erit, Dux exercitus in fame & obſidione decernit, ut exiretur ad pugnam: quod cum perſuadere non poſſet, occultã murorum partẽ diſcidit, hinc milites emiſit: qui cũ uictoriã retuliſſent, publicarum iniuriarũ dux accerſitur. Violenta igitur hic eſt definitio, ſi non hæc eſt victoria, ſed perditio & defoſsio ciuitatis. Et rurſus à reo aliter, ſi nõ effodere mœnia id eſt, ſed patientia ſtare. Poſitio igitur ſuccedit, quod ducem oportet quoq; conuenienti modo benefacere ciuitati: idq; ciuibus inuitis, propter melioris conſilii ignorationem: in quo ſæpe optimates lædere opus eſt Id ergo in quaq; antitheſi cõmune. Altera quoque metalepſis aduerſarii eſt. Debebat id populo, optimatibus, cohortumq; præfectis communicare. Antilepſis, Imperator erat, & licebat. Vel quia patri à filio conſilium dari non licet. Et omnino quæ incidẽt utemur. Qualitas, & uoluntas, conſiliũq;, vt ſit, in definitione edocti ſumus. Tentarunt ex his aliqui, qui de rhetorica arte ſcripſerunt, in hac diuiſionis parte aliqua antiſtaſeon, & aliorum antitheticorũ ſtatuum genera dicere: non ut diuiſionem aliquã diuerſam in his nos edocerent, quẽadmodũ in antilepſi

*ἀμφοῖν ἀποδεικνύντων. utriſq; oſtendentibus ac probãtibus.

& in aliis fecimus,ubi id fieri par erat. Dicunt enim hæc priuata,hæc publica,hæc miſta, & multa in hũc modum. Error autem hic in his eſt, quæ de proprieta tibus & modis.Quid enim vtilitatis id cõfert his, qui de publica & priuata oratione conſiderant? Miror au tem ſi inueniri poteſt, qui talem diuiſionem ignoret, eum illa uidere.Qui uero eam ignorat, quid conferet ei huiuſcemodi cauſaꝝ differentia,quod alia priuata eſt,alia publica? Item hi deprecationem à metaſtaſi, non per accuſabile & inaccuſabile,ſed ſimpliciter diuiſerunt. Hęc quæ ad aliquid eorum quæ extrinſecus ad maleficium pertinent, oĩa metaſtatica eſſe dicunt, cum,uel tempeſtas,uel cruciatus,uel aliquid aliud huiuſcemodi extiterit.Quæ uero ſola in proprium quendã animi affectum referuntur, deprecationẽ eſſe finiuerunt,ut miſericordiã, & ſiquid tale: & fortaſſe talia non male. Nihil aũt à deprecatione niſi ſolo nomine differunt: quo & in metaſtaſi ſæpe quis, & in apertis deprecationibꝰ pulchre utetur Rurſus aũt metaſtaſi è contrario utetur. Sed ſcire his in tempore uti, & recte introducere cogitata,nõ diuiſiui id generis eſſe puto.

De negociali ſtatu.

τῷ ἐκβιαζομένῳ.

NEgotialis ſtatus diuiditur legitimo,iuſto, utili,poſſibili,honeſto,futuro.* Item ex ſcripto eſt alter, alter ſine ſcripto Qui ex ſcripto eſt, à ſcripto quæſtionẽ habet.Tribus diebus de bello decerni lex iubet: Elatẽ iam habente Philippo eadẽ die Demoſthenes exire ſcribit. Qui uero ſine ſcripto eſt,non à ſcripto habet controuerſiam: hoc modo: Poſt ea quæ in Pylo geſta ſunt,Cleon dignũ exiſtimat ſe Pythium appellari.Legitimũ igitur in ſcripto ſub aliquo legitimoꝝ ſtatuũ cadet & ſecundũ eum diuidetur.In ſequentibus de legitimis ſtatibus dicemus In eo qui ſine ſcripto,mos tanquã quid legitimum exquirendus: hoc modo: Quia

noua putas,& qualia,& quot nemo iam prius. Hęc aũt rurſus intentione & depulſione introducemus. Depulſione hoc modo: Poſt ea quæ in Pylo geſta ſunt, dignũ exiſtimat Cleon, ſe Pythium appellari. Noua putas? noua puto: quia & noua geſta ſunt. Intentione aũt deinde, neq; hæc noua ſunt, quia Pericles Olympius vocabatur. Potiore aũt intẽtione uel depulſione prius vtendum, tempus id docebit, ut in coniectura definiuimus. Iuſtũ uni iuridicialium ſupponetur,& ſecundũ illud diuidetur, ut capitibus conuenit. Vtile duplex eſt, quoniam utile,& quoniã neceſſarium: hoc modo: Vtile eſt capere Olynthios, magis aũt neceſſarium: ne eo capto plus nactus uirĩũ Philippus mox nos inuadat. Hoc duplici modo exquires, & quid nobis eueniet, ſi hanc rẽ fecerimus de qua ſit cõſultatio,& quid ſi non fecerimus. Rurſus, utrunq; horum quadruplici modo tractandũ. Exemplum tale eſt: Si id elegerimus quæ nobis bona adſunt, perſiſtent: quę deſunt, pręſto aderunt. Contrà uero, quæcunq; nobis mala imminent, repellemus: & quæ nõ imminent, ea nobis non admouebimus. Si aũt non elegerimus, quæcunq; nobis bona adſunt, amittentur: quæ deſunt iã dudũ affutura nõ aderunt. Rurſus quæ mala nobis adſunt perſiſtent: quę nõ ſunt, aderunt. Poſsibile iteꝫ ſubdiuides. Primum quidẽ oſtendes, ꝙ non difficile ubi intentione utendũ eſt. Mox depulſione. Nã etſi difficile, tamẽ neceſſarium eſt: & quod pro utilibus labores & pericula ſubire oportet: & quod pro his quæ nõ ſunt difficilia, cadere non eſt operæpretium. Deinde quoniã & facile eſt. Cum aũt de bello uel aliquo huiuſcemodi poſsibile erit, quæ à perſonis ſunt, cõſiderabis: ut in ſecunda Olynthiaca Demoſthenes fecit Quomodo ſe habet Philippus? quoniã exanimatus eſt: uel ea quæ extrinſecus, ut Theſſali, Illyrii, pecuniæ: circa ipſum,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

amici, ſatellites, & quę ſequuntur. Huic obiicitur Atheniensium potētię inquiſitio. Quare tranſegit eam rhetor, qui orationē exquirens, aperte per contemplationem oſtendet. Sed ſi diuiſio poſtulat, admirabile nihil ſit, ſi accidat: cum aliorū capitum aliqua incidant, & ſecundum naturā relinquantur: nos quoq; non in negociali ſolum, ſed ubique relinquemus Viam diuiſionis ars oſtendet. Naturæ uero rei ut congruum fuerit, ars eſt omnino accommodāda. Alterum inuentionis, alterū iudicii erit. Quādoq; non quæcūq; à nobis inuenta ſunt, dicemus: ſed quæcunq; iudicamus eſſe dicenda. Honeſtum quoq; utili coniungendū: hoc modo: Quæ gloria pręſens nobis perſiſtet? & quę abſens aderit, ſi ea fecerimus de quibus eſt cōſultatio? Et quā præſentem ignominiā non euitabimus? & quā abſentem non ſubibimus? Contrà, ſi non fecerimus, quam præſentē turpitudinē nō incurremus? Et quā abſentē relinquemus? Et quę p̄ſens nobis gloria repelletur? Et quæ nō pręſens, ſed iandudū affutura aderit? * Futurum autem, & id quod euenturū eſt, ſecundum ſuppoſitionem ſumitur. In utraq; capita quę eueniēt, quoniā ſiue uincemus, ſiue nō, auxiliari tamen utile erit. Decretū autem ſolum, ut in Philippicis: hoc modo: Neq; perfecte quidē, neq;, niſi feceritis quę decerno, * bene conſultū erit: ut uel per timorē, cum nos * uerſutos uiderit, ſeſe abſtineat: uel deſpiciēs omnino inobſeruatos relinquat. Et iterum, Quia ſine nobis, ſiue uincātur egeni ſunt ſocii, ſiue uincāt, ex utraq; parte malis ſunt obnoxii. ut in eo loco ubi de optimatibus agitur.

* τὸ ἐκβησόμενον.

* ἀνκαταφρόνητον. contemnendū & aſpernandū.
*ornatos.

De Metalepſi.

Metalepſis quoq; aliqua ex ſcripto, aliqua ſine ſcripto conſtat. Quę autem ex ſcripto & finita, paragraphe eſt: & circa unū legitimorū ſtatuū prior quęſtio inuenitur, de quibus deinceps dicemus. Eſt autē

quãdo prior quęſtio definitè deciditur: qđ eſt poſt paragraphen, ſecundũ quendam alium logicũ ſtatũ diuidit: hoc modo: Legi cõtradicentẽ intra triginta dies antequã ſanciretur, cõtradicere oportebat: deinde, nõ licebat. In legatione profecto paupere, diues inimicus legem intulit, Qui quinq; talentorum cenſum non habet, neq; munera reipub. gerere, neq; concionari debeat. Exactis iam quadraginta diebus, pauper rediit: in abroganda lege intercedit. Prima quęſtio fit ſecundum ſcriptum & uoluntatem, quando & quibus intra triginta dies contradicere lex iubet: quod non his abſentibus & legationẽ agentibus, & quęcunq; alia. Secunda uero, ſecundũ negotialem: ſi legitimum eſt illã tum ſcriptum: ſi iuſtum, & quę ſequuntur. Incidit autem hic, & ſecundum alquod: qđ tanquam paragraphicum eſt: hoc modo: Non habens quinq; talenta cõcionari nõ potes. Manifeſtũ quod ad hoc, non ex epicherematibus, neq; confirmatione ſuperflua: ſed ex ipſis naturę rei ſuppoſitis obiicietur: exiſtente etiã controuerſia, ſi probari ipſum oporteat non eſſe talem, ut ſua autoritate utatur. Hæc autem quæ ſine ſcripto eſt diuiditur propoſitione, paragraphico,* & eo quod à ſcripto: præterea metalepſi, ſyllogiſmo, definitione, antitheſi, altera metalepſi, antilepſi, poſitione, qualitate, & ſententia: hoc modo: Princeps de ciuis morte quęſiuit, & cepit: inuẽtus eſt qui eum interfecit: capitis hic accuſatur. Propoſitio, homicida es. Paragraphicum, nõ faciam uerba ſuper eo, qui à populo mihi traditus eſt ad mortem. Metalepſis, nõ erat ullo modo traditus, quoniã cęſus fuit: partim enim ſecundum tempus aperte innuit, partim cum negotio conuenit, partim circa negotium accuſat in hoc, quod nõ dedit populus, ſi adfuit & cõtradixit. Syllogiſmus qđ nihil differt, aut nunc aut tunc. Non autẽ ut diuiden

* τῷ ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ.

tes,ſed ut ad naturæ capitum demonſtrationem dici/mus.quoniam multa hic adſunt diuidentibus ad di/cendum Definitio,quoniam perquàm multum differt Antitheſis,ſiquid populus in ipſum decreuit, dignus erat. Altera metalepſis, quod te qui interfeciſſe dicis, quoniam iugulari dignus erat,interficiendi tamen po teſtatem quærere oportebat.Quibus ſubſequitur anti/lepſis,quod licebat quæcunq; uolebam querere:neq; modum per quem quęrere oportebat,uos mihi defi/nire debebatis.Poſitio,ſi oportet iſta permittere:an'ne uel ſi oportet principes in ſycophantas ita ſe gerere. Pari modo qualitas & ſententia,ut in his quę ſuprà.

De ſcripto & ſententia.

EX ſcripto & ſentẽtia quæſtio diuiditur,propoſitio ne,ſcripti ſentẽtia,nõ definiẽdo,itẽ ſentẽtia legis/latoris,ſyllogiſmo,finitione,antitheſi,metalepſi,ad ali quid,finitione uiolẽta,poſitione,altera metalepſi,an/tilepſi,qualitate,uolũtate.Propoſitio,eſt id quod prę/ter ſcriptũ factũ eſt.Vt hoſpes ſi aſcẽderit mœnia,ca/pitalis eſto.Imminẽte bello aſcendẽs qs mœnia egre giũ facinus perpetrauit:hac lege ſuccũbit Igitur pro/poſitio eſt,qđ aſcẽdiſti.Sentẽtia duplici modo inqui/ritur,& legũ latoris,& accuſati. Legis latoris ſententia quęritur quãdo dicit,aſcendẽtes,& qua in re,& prop/ter qđ.Perſonę uero ſuppoſitę ſcripto:hoc modo:Nõ ſolum ſi aſcendit cõſiderare oportet:ſed qua mente,& nõ maleuolẽtia motus.Non definiẽdo, eſt quidẽ hoc eius qui ſcripto nitiť:hoc modo: Nihil horũ diſtinxit legislator:ſed ſimpliciter dixit hoſpitẽ non aſcẽdere. Altera ſentẽtia, ambobus profectò cõmunis eſt.Reus enim ad hoc,qđ nõ cętera diſtinxerit,hac utetur:hoc modo:De apertis legislator diſtingui nõ oporteř puta uit.Nam qui ꝓpter beneuolentiã aſcendũt,hos iubet, & non prohibet.Rurſũ accuſator dicet,aſcenſum ho/

ſpitibus ſimpliciter ꝓcedere abſurdũ putauit. Syllogiſm⁹, ſi nihil differt, ſiue ſcripto diſtinguat, ſiue nõ, qđ ſine illo apertũ eſt Finitio, quoniã plurimum differt, & omnino. Antitheſis eſt, id ipſum factũ: & plus habebit reus i ipſa. Metalepſis, aliter oportebat: & iuſte licebat tibi benefacere ciuitati ſi cupiebas, & nõ per legis prçuaricationẽ Ad aliquid, ut in oppoſitiuis ſtatibus. Vtrum maius ſit beneficiũ, an maleficiũ. Et eſt utriſq; cõmune, & reliqua capita, ut in oppoſitiuis exquiret.

De ſtatu ex contrariis legibus.

CONſtitutio ex contrariis legibus eſt, quum duo ſcripta, uel ſententiæ ſimul cõfligunt: ut in introductione qua ſtat⁹ cognoſcimus, abũde determinauimus Et pluribus capitibus huic ſtatui cõmunicatur: cui plura ſunt in primis capita: ſed habet aliqd propriũ, ut liquebit Sic autẽ diuides, propoſitione ſcripti, uoluntate, altera ſcripti propoſitione, & rurſus altera uoluntate: Deinde * prædictorũ capitum aliqua ut plurimum relinquet: quoniã çquãtur. Hçc quoq; * ſequitur, ut in ſcripto & ſententia, id quod eſt de nõ definiẽdo, & altera ſcriptoris uoluntas, ac ſyllogiſmus, & ad ipſũ definitio Aequari autẽ quoquo modo utrinq; uidẽtur iſta quç ſimili modo dici poſſũt. Et difficile ẽ his ipſis poſſe uti Poſt hæc reliqua capita manifeſta ſũt: ut antitheſis, metalepſis, ad aliqd, definitio uiolẽta, altera metalepſis, antilepſis, deinde qualitas & ſententia. proprium antinomiæ caput eſt circa diuiſionẽ, quç in ſcripto & ſentẽtia, quippe quæ de potiore diſcutit: & qd potius ſit, ſcriptorum quæſtio cõplectitur, hoc eſt, aliquo potiore exiſtente: neq; ſcriptũ alterũ deſtruitur. Poſt hoc caput ad aliqd ponet, ſed exẽplo patebũt hoc modo: Exhçredatus, patrimonii expers eſto. Et qui i naufraga naui remãſerit, dominus eſto nauis. Exhæredatus qui in nanfraga naui patris remãſit, ea potiri prohibe-

* ἰσάζεται.
* ὅλον ἕπεται.

tur. Propoſitio ſcripti eſt, exhęredati patrimonium nō intereſt. Sentētia tunc utiq; dicitur, quando tanquam hæreditatem ſubiturus. & in aliqua parte bonorum quæ patris ſunt ſucceſſurus quis, liberorum legibus aduerſatur: non quando tanquam alienus & nihil attinens. Deinde altera ſcripti propoſitio ſequetur: aliterq; & quando lex hoc manifeſte dabit, dominum nauis eum eſſe, qui remanſerit. Ad hanc altera ſententia: ſed tunc dabit, quando non patris illa poſſeſſio, quando aliena, quando quis nō exhæredatus eſt, & demum quando non lege prohibetur Deinde ſequitur id quod eſt non definiendo: & etiam quibus alter utetur, alteri etiam uti cōuenit, & ęquabit. Deinde quis id ipſum caute diuidendo aget. Nūc nō diuidimus, ſed capita oſtendimus: & manifeſta ſunt Cōſequenter autē huic capiti definitio & ſyllogiſmus æquabitur. Altera uero ſentētia, quę legiſlatoris ſentētia eſt, differenter utrinque ī ambabus legibus exquiretur. Cur exhæredatum legiſlator patrimonio prohibet? Accuſator quidem dicet: Quoniā indignū putauit, patri infēſtū eorum quæ ſunt patris eſſe participem. Reus uero minime, ſed ut qui apud ſeipſ[illegible]s laborē paſſi, & periculis expoſiti ſunt, poſſidere cogerētur: atq; mollitiē ſimul & deſidiā ac delitias, quibus exhęredati ſunt, expellerent: qđ quidē ego feci, qui in naui remanſi. Rurſus, cur ei dāt nauim, q in ea remāſerit? ut iam tollerarent pericula nauigātes: uel quodcunq; utrinq; inuenerint Sæpe teſtimonia adducerē, nunc dico perinde ac nō diuidens, ſed pro capitū demoſtratione hęc expono. Antitheſis autē utriſq; dupla: hoc modo. Sed exhęredatus fuit: & hic decurſio locorū. At hic in naui remāſit: & eſt ut antiſtaticon ī hoc loco: & interpretatio eorum quę circa tempeſtatē. Metalepſis rurſus dupla Exhæredatus dicet, quod nulla re iuſtius quā naui prohi

berer, ſi talis eſſem: nunc non tempus eſt de his rebus accuſandi. Hic uero dicet, in aliis & non in his te uirum præbere oportebat. Ad aliquid eſt, utram legum ſeruare oportebat: ſi dicere contingat, quod hæc eſt antiqua, hæc uero noua: & hæc à Solone poſita, hæc uero ab iſto: item hæc communis hæc uero priuata: itē quod hęc in maximis ſe habet, hæc in paruis: itē qđ ſi hic ſoluatur, magnū detrimentū ciuitas patieť: contrà alter, quod ſi ſoluatur paruū aut nullū. In his eſt antinomiæ caput magis propriū: quale continens, quale ꝯtentiū: ut alterutra exiſtēte, neutra lex deſtiuať. Hic autē etſi nō ſine difficultate natura capitis appa-ret, i huiuſcemodi tamen quęſtione apertiſſimū erit: Duas iuuenis puellas uiolauit: hęc nuptias, mortē hęc elegit ſtupratoris. Hęc enim q̄ eū morte dignū cenſet, dicet: qđ utriq; earū pœnas dabit, ſi moriať: ſi uero alterā ducat uxorem, altera pars legis antiquabitur. Violenta definitio, ſi non patris erit nauis, ergo tempeſtatis: hic autē ſi non eſt patris, non eſt alterius cuiuſquam. Poſitio & cętera capita ſi incidunt, æque ac in oppoſitiuis ſtatibus exquirentur.

De ſyllogiſmo, id eſt, ratiocinatione.

Syllogiſmus diuiditur ꝓpoſitione rei, ſcripto, ſyllogiſmo, definitione, ſentētia ſcriptoris, quātitate, deinde definitione uiolēta, ad aliqd, & * antitheſi, quādo ſi qua cadit, inuenietur & metalepſis quā omnino antilepſis ſequeť: deinde, qualitate & uoluntate: & omnino pręter quàm immutatione priorū capitum Syllogiſmus ſiue ratiocinatio ſecundū definitionē diuiditur: & exemplo magis liquebit: hoc modo: Aperte nominatimq; quēpiā carpere i comœdia lex prohibet. Eorū qui carpētur perſonā ſiquis introduxerit, legi ſuccumbit perinde, ac ſi aperte nominaret. Propoſitio rei eſt, præter legē carpis ciues. Scriptū, equidem neminē

*ἀντιθέσει ἔστιν ὅτε ἥτις εἰ ἐμπέσοι. antitheſi interdū quæ ſi qua incidit.

nominaui, quandoquidē prohibitū eſt. Syllogiſmus, ſi nihil differt hoc ab illo. Definitio, ſi multū differt. Sententia ſcriptoris cōmunis eſt. Aliquid ſibi uolens, hoc ſcriptor prohibuit. Accuſ.tor dicet, eū pmittere uelle ſimpliciter & impune, quemuis ciuium in quo uellent crimine calumniari. Reus autē nō propter hoc dicet, ſed quod ipſos per comœdiā cōuertere uoluit. Non igitur permiſit omnibus comœdiā: nec cuiuſquā è ciuibus qui probris afficerētur, poſthac poſteris aut his qui tunc fuerunt, memoriā eſſe uoluit. Nō extātibus noībus, per perſonas fit cōuerſio: poſt hęc memoria in ſeculū circūfertur, & ad alios homines calūnia perueniet Quātitas erit ut in definitione: quod magnū eſt hoc, quod cognoſcitur. Violēta definitio, ſi aperte in comœdia nominare hoc eſt Ad aliqd & cætera quæ ſequūtur, quēadmodū in definitione exquirētur. Plures ſunt ſyllogiſmorū ſpecies, quas quidē omnes pari modo diuides: unā quidē ponētur earū exēpla. Fiunt enim ab æquali, ut prædicta: uel à maiori. Vt redeūtes exules interficere licebat: cū redeuntē exulē aliquis pulſaſſet. quod præter legē fegerit, accuſatur. Hic maius ſe timuiſſe dicet: minus aūt præſtitiſſe: Vel à cōtrario: hoc modo:* Principis eſſe honorē: imperator quendam qui aciē reliquerat interfecit, & capitis accerſitur. Nō enim ſimplici recriminatione, ſed cum prædictis utetur. Vel à minori, ſecūdū id quod ab eo deſcēdit: hoc modo: Mœchos uerberare licet: uerberās quis interfecit, capitis accuſatur. Hic enim quod prius eſt timuiſſe dicet, & quod ex ipſo ſequitur, pręſtitiſſe.

*ἀριςεῖ γέρας εἶναι, ſtrenuo & optime rē gerenti.

De ambiguo ſtatu.

Ambiguū diuiditur propoſitione ſcripti, altera propoſitiōe ſcripti apud ambiguū, ſentētia ſcriptoris cōtinēte & cōtento, antitheſi, metalepſi, poſitione, qualitate, uolūtate ſiue ſentētia. Videre aūt oportet, quod

ſi circa

ſi circa finitam quæſtionem ſit ambiguum, inutilem ac ſterilem eam eſſe neceſſe eſt, & ſecundum diuiſionem omnino ſubfrigidam. Quod ſi quæſtionis pars conſtituatur, vtile circa diuiſionem ſit. In quæſtionibus autẽ omnibus ab vtilibus rationibusq́; formatis, idipſum vt eſt, inuenitur. Ad capitum cognitionem ſit quæſtio huiuſcemodi. Ἑταῖρα χρυσία ἢ φορεῖν, δημοσία ἔστω, ideſt, cõcubina, aurea ſi abſtulerit, publica eſto. Depræhenditur quædam concubina dum aurea aufert, & publicam dicet quis eam eſſe. Contra, hæc non ſe publicam, ſed publica aurea. Fit autem in accentu & tono ambiguum. Propoſitio, publicam te iubet eſſe lex. Altera propoſitio, non me, ſed aurea. Sententia ſcriptoris in vtriſq; ad commodum exquiritur: hoc modo: Pœna dignũ hoc putauit ſcriptor: hic dicet quod maxima pœna dignũ: contra hęc, quod modica pœna dignum cenſuit: vt in aliis maleficiis pœnas ordinauit. Continente & contẽto: quoniam concubina publica facta, & aurea publica erunt: quod ſi aurea ſolum publica fiant, concubina dimittitur. Athenienſis deinceps ſequitur recriminatiua: & locus communis cõtra concubinam. In omni enim recriminatiua antitheſis topica fit. Metalepſis hoc modo: ſi & concubina, ſed quæ propriam habet propoſitũ huius multam non his ſimilem eſſe, quæ liberæ ſunt, neq; his dignam exiſtimari. Quinetiam commiſeratione dignam eſſe dicet, paupertatemq́; eius, & inopiam proponet, vel aliquid huiuſcemodi, qui pro ea orationem habebit. Qualitas, & voluntas, ſiue ſententia: vt in his quæ antè dicta ſunt. Contingit autem in hac quæſtione plures eſſe ſententiæ inueſtigationes, ſi aſpernata, vel ignorata lege aurea abſtulit.

αὐτοτελές. γλίσχρον, lubricu & ancipitemq́;.

δημόσια.

τὰ χρυσία δημόσια.

FINIS.

HERMOGENIS
DE INVENTIONE
LIBER PRIMVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De Proœmiis quę ex opinione ſunt.

PRIMA & pulcherrima proœmiōrum meditatio, ex pulcherrima & efficacisſima inuentione prouenit: atque ex ipſa perſonarum rerumq́; conſideratione deducitur. Quomodo autem ſecundum quanq; partem iſta ſe habeant, expnemus. Poſita enim quaq; cauſa, in primis res ipſa cōſideranda eſt, qualis eſt: de qua iudicium ſiue deliberatio cōſtet. In problematibus enim, vel accuſamus vel conſultamus. Oportet igitur conſiderare rem, ſi honeſta eſt, ſiue turpis. Deinde non mediocris cuiuſq; perſonę conſideratio fiet: vt iudícum, accuſatorum, defenſornm, & eorum in quibus res, & crimina continentur, & eorum quę extrinſecus apparent. Apparet aūt quandoque vnum, quandoque plura. Et horum, quodque qualem habet conſiderationem, & quomodo in proœmia transferatur, apette proſequar.

Primum ig tur conſideranda eſt res qualis eſt: & qualis accipitur, an bona, an mala: & quam de ipſa iudices opinionem habent: & quomodo de re ipſa diſponant. Si bona res erit, eos lętari par eſt. Et proœmium tale fiet: Non parum vos lætari iudices his quę facta ſunt, & Deo gratias habere video. Quod & in illo problemate factum eſt. Iuuarunt quandoque exules patriam, dum bella gerunt, & victoriam illi ſæpe pepererunt. Et decernit quis ipſos eſſe reuocandos.

πολεμουμέ/νη τῇ πα/τρίδι,

Deo profecto ciues nobis aduerſus hoſtes victoriam paranti, & præſentis gaudii occaſionem afferenti, multę ſunt habendæ gratię. Poſtquàm & hi ciues, poſt diuinam opem, præſentis lætitię autoris extitere, vt mea fert ſententia, eos reuocandos & reipublicę reddendos cenſeo, quam ipſi ſeruarunt. Itaque non accurata interpretationis ſimplicitate, & doctius artes exponere ſtudui, orationis potentiam complexus: qui nuda ſenſa poſuerim, vt apertiora forent. Si res turpis fuerit, neceſſe eſt iudices vel moleſte ferre, vel commiſereri, vel vtraque in his pati, & iram & triſtitiam: proindeita exordiemur: Poſtquàm vos ego iudices eorum cauſa, quæ hic auſus eſt, graui dolore & triſtitia affici video, idcirco accuſationem inſtituam. Et primum, quis ſecundum indemnatorum legem matris filium interfecit, obiit mater: & quòd cauſa huius maternę mortis fuerit, accuſatur. Dolere vos iudices, & his quæ facta ſunt triſtari, non indecorum eſt: quando & eos qui auſi ſunt, iniquo animo fertis: qui paſsi ſunt, ſumma commiſeratione proſequimini. Huiuſcemodi autem retributio toti procœmio dignitatem affert. A' cauſa igitur præordinatio, & procœmii acuta inſtitutio ſumenda, quę in accuſatores ſæpe vertenda: ex quibus aliquo modo procœmia ſumuntur. Qui enim aliquos accuſant, vel inuidiæ ſæpe, vel inimicitię ſuſpitionem habent. Inuidiam ſiquis habet, in problemate haud facilè audiemus. Graue eſt enim odium ſemper & inuidiam profiteri Spe apparet quod glorię & diuitiis inuidemus. Vt legatus ad Philippum miſſus Aeſchines, tragœdias egit, vicit, coronatus eſt: à Demoſthene mox malę legationi accuſatur. Sic exordietur: Nemo veſtrum Athenienſes, me coronæ & victoriè Aeſchinis inuidere reputabit, eaq; cauſa in eum accuſationē intendiſſe. Vel diuitiis: hoc modo: Manci

priç bel lū gerei tiauxili fuerun

patus à patre alimenta quærit: hic illi enſem dedit, militauit, ditatus redit. Pater alimentis carens filium adit, qui huic eundem enſem reddidit. Pater ſeipſum interfecit: accuſatur filius, quod paternæ mortis cauſa fuerit. Subeſt aliqua diuitiarum obiectio. Pulchrum eſt cõfutare ac dicere, quod non ob diuitiarum inuidiam in controuerſiam veneris. Inimicitias aliquando confitebimur, quandoque negabimus: quod faciemus non quando volumus, ſed quando negatione confeſsioneue cõgredi oportet. Erit autem hoc modo: Si in perſonam præclaram præſtãtem ac laudatam, vt imperatorem exercitus, vel præclarum legiſlatorem orationem habemus, vel in aliquem de republica bene meritum, vel in aliquem præ cæteris inhumanum & crudelem dicemus: tunc non inimicitiæ vel inuidiæ cauſa fecere negabimus. In legumlatorem ſi verba fient, tunc turpe eſſe odio haberi de omnibus bene meritum referemus, vt à Demoſthene factum eſt, Nemo veſtrum Athenienſes neque priuatæ inimicitiæ neque cuiuſquam cauſa me huc ad accuſandum Ariſtocratem acceſsiſſe putabit. In perſonam præſtantem, quoniam periculum eſt & valde timendum viros probos lædere: hoc modo: Periclis ſtatua de cœlo tacta, aliquis conſulet ipſum non amplius Olympium appellandum: & ita dicet: Non inimicitiæ, ſed beneuolentiæ potius cauſa hanc in Periclem actionem inſtitui Athenienſes timens cum homo ſit, ne quid à diis patiatur. Ex ignauia, in impium & crudelem: hoc modo: Pauper & diues inimici: tenetur diues nutrire ciues, pauperem in adoptionem ſumpſit: populus approbauit. Diues pauperis filios nõ nutriuit. illi fame obierunt: is capitis accuſatur. Non priuato ſed legum ciuitatis dolore commotus, diuitem de ciuibus accuſaui. Et ſiquis infinitos optimates, vel diuites, vel præfectos inueniat, ſiue his aduerſemur, ſiue

ὠμὸν δι'ἐξουσίαν,

accuſemus: neceſſe eſt priuatas inimicitias diſſimulare, & ad ciuitatem legeſque confugere cauſamq́; inſtituiſſe, vt pro publico commodo dicere videamur. Contrà vero aliquando inimicitias confiteri opus eſt: quandoquidem haud inuidioſum eſt, de male meritis pœnas ſumere: ut in oratione aduerſus Androtionem Demoſthenes fecit. Vt optabant Athenienſes: mala ex Androtione paſſus, poſtquàm ciuitati auxiliari & pœnas de ipſo ſumi oportere putauit, id ipſum & ego facere tentabo, ſi potero. Item in oratione in Neæram. ἐνδεὲς δὲ κακῶν. Sæpe à defenſore beneuolentia lucrum ue conſiderabitur. Semper etiam quærendum vt lucri merces inſtituatur: niſi verſimiliter ab his qui ſaluti proficere mercedem habere dicamus: vt ſi pro victoribus dicamus, ſiue pro tyranni interfectoribus, ſiue quoquo modo de republica bene merentibus: hoc modo: Pueros ex xxx. tyrannis natos Athenienſes quœrebant: eos Megarenſes qui ſuſtulerant nutriebant. Hi ceſſante tyrannide re dierunt, puerosq́; ablatos reddiderunt. Scribit quis tabellam in Megarenſes quod pueros ſuſtulerint. Salutem amicorum mercedem habere, hic optimum λέγων est fateri, dicet quod ſic. Mercedem profectò magnam οὕτως. à Megarenſibus præſenti oratione capi ipſe fateor Athenienſes: & vos fatebimini omnes ob amicorum ſalutem. Beneuolentiam apertè ſine lucro fateri conueniet, quando pro optime meritis de republica dicimus. Vt cum duo fratres ad ſingulare certamen deſcendere deberent, vt lex de honore victorum poſtulabat, circumacto iam ſole: ſiquis accuſet legemq́; ſolutã dicat, ita exordiemur: Fratres meos patriæ ſeruatores me amare non negarem. Vel ſi pro cognatis orationem habemus, haud inuidioſa cenſeri debet, habita, pro cognatis oratio: vt in oratione ad Leptinem Demoſthenes ait: maxime iudices lex ſoluitur, eo quia commodũ

afferre putamus, & ciuitati & Chabriæ filio: quibus ſanè quantum in me erit non defuturum profiteor. Hæc ex parte accuſatoris & defenſoris oſtend. Circa eos vero qui crimina habent, vel bonæ vel male ſuſpiciones fiunt. Cum igitur accuſamus, quæ natura malæ ſunt, roborabimus hoc modo: Petulantiam quidem o iud ces & contumeliam & qua in omnes Medias vſus eſt, nemi nem neque veſtrum, neque aliorum ciuiū ignorare puto. Bonas vero ſuſpiciones diſſoluemus hoc modo: Charidemum pleroſq; bene meritum arbitrari nō igno
noui. ramus Athenienſes: ſed cum ea quæ volo & vidi ab iſto perpetrata, apud vos dicere potero, non ſolum bene meritum, ſed perditiſsimum eum me oſtēſurum puto: quippe qui multo magis equitati contraria cogitauit. Contra vero faciemus, ſi defendemus. Nam & quę vtiles ſunt ſuſpiciones corroborau mus: & quæ malæ diſſoluemus: hoc modo: Decem iuuenes deſerta acie fugiunt, vnum mater occurrens interfecit, reliqui nouē conuerſi vicerunt: mulier capitis accerſitur. Hic vna ſuſpicio de muliere bona eſt: quoniā victoriæ cauſa fuit: quam quidem ſuſpitionem exordio corroborare opus eſt, hoc modo: Quod non alius nobis victoriæ autor, quàm ipſa mater fuerit, vos omnino cognoſcere ſperamus Altera vera mala ſuſpicio ineſt, quod morte filii homicida videtur. Sed hæc in dicendo hoc modo curabitur: Si ab accuſatoribus perſuaſi, mulierem hanc filii interfectricem exiſtimatis, profecto non recte cenſetis. Si vero quæ facta ſunt, & defuncti iuſta crimina cō ſiderabitis: mulier quidem non bonum filium, ſed perniciosum proditorem interfeciſſe videbitur. Extrinſecus etiam perſonæ, vt dicebamus, apparent: vt hoſtiū, à quibus ſic ſæpe principia capiemus: & quærentes in præſenti cauſa quem vellent finem hoſtes fieri, ſic decernit, vt in illo problemate, vbi exules patriæ bella ge

rentí,opem attulerunt,& victoriam adepti ſunt, & eos quis reducere decernit, hoc modo: Per ſupplicationẽ nos ciues,vt recipiamus hoſtes, vt captum faciliores ſimus,operæpretium non eſt:nec dignum eſt vt ea faciamus, quæ hoſtibus videntur. Sed hęc tibi de Proœmiorum conſideratione conſumabantur, quæ hoc modo vbiq; inuenerimus.

De Proœmiis quæ ex ſubdiuiſione ſunt.

Reliquum eſt vt de proœmiorũ ſubdiuiſione dicamus: quę pulchram & variam artem habent. A præceptis quæ ſequuntur,iſta inueniuntur,& non in omnibus problematibus. Non enim omnia in omnibus, quoniam recta ſunt inuenta & acuta: & circa iſta ſæpe ex ſuſpitione ars apparet:qua ex re vbique extat. Eorum igitur quæ ſunt ex ſubdiuiſione,tria ſunt genera:quorum exempla ponemus. Primum quando duo commiſſa maleficia ſubdiuidemus,quorum alterũ quæſtionem recipere poteſt, ſic Proœmium faciemus. In bello pleriq; vrbem diruerunt,ipſamq; ararunt:terra fructum non retulit,impietatis accuſantur. Cũ hic duo maleficia æqualium ſtatuum exiſtant: quorum alterum eſt quod vrbem diruerint,alterum quod ararint, ſic ex ſubdiuiſione exordiemur: Si recte agebatur quod hi pœnas darent qui vrbem diruerũt:nunc multo magis, quando eam arandam iudicarunt vrbem quam diruerunt. Quare non eſt ex ſubdiuiſione proœmium, vnius negotii in minimum partem diſtinctio:ſed ergo quæ à principio vſq; ad finem ex ſubdiuiſione approbatio hoc modo:Inutilẽ ætatem in fame & obſidione interficiendam rhetor perſuaſit: ſenex latens de repub. bene meritus eſt, pro præmio rhetorem petit: hic maleficium vnum eſt ipſa prolis cædes. Ex ſubdiuiſione igit ſi dicat eſſe morte dignum,quod ſolos partes vel ſolas

mulieres interficiendas eſſe perſuaſit, ne proœmium quidem dicet: ſed quæ à principio vſq; ad finem confirmabit. Secundum ex ſubdiuiſione preceptum ita reperitur, vbi procemium facere poterimus: & perſonas pro rebus aliquando conſiderabimus: vt Aeſchinē & Demoſthenem. Et ſecundæ ſuperincidunt a rebus cōſiderationes, quando in problemate vtraſq; circa vnā perſonam cōſiderationes inueniemus: quæ natura quidem adſit & ſit ingenita: ſubdiuidentes, vt in illo problemate dicemus: Demades legatus ad Philippum miſſus, & in menſa interrogatus, an potiores Macedone eſſent Athenæ, ipſas in menſas deſcripſit: & reuerſus iniu iurum accuſatur: hoc mōdo: An ob aliam Demadis vitam a ſe male geſtam, vel ob proditionem eum puniri par eſſet, ſiquis dubitaret, minime quidem, ſed ob ea quæ nuper perpetrauit: quibus nunc turpitudine ſimul & detrimento vrbem noſtram circumuenit. Fit etiā & in priuatis hoc ſæpe, ſi cum mago, vel cum lenone, vel publicano controuerſia verſetur. Num propter aliam vitæ turpitudinem lenonem odio habere, & ſiquis dubitaret, ſupplicio dignum exiſtimare æquum eſſet minime quidem At nunc quando ſæuit in deas, non iniuria in iudicium accerſiri oportere cenſuimus. Tertiū ex ſubdiuiſione in procemiorum inuentione documentum eſt, exaggerationis in ſuturum ſubdiuiſio dicitur. Et fit quando malo aliquo auſo, eum qui perpetrauit, cum propter auſum facinus, tum ne ruſus audeat, pœnas dare dicis oporteret: Quod quidem tunc fieri oportet, quando id ipſum nunquam antè factum, ne accidat ſtudemus: vel quando ſæpe fieri ſolet. Exempla dilucidiorem artem facient. Multi eodem genere nati dominantur: aliquis decernit genus illud omnino perdendum. Pulcherrimum hic locum, ſi hoc modo dicemus procemium habebit. Si pro geſta tyranni-

de quis dubitarit, an pulchre ageretur, ſi illi qui id genus odio habent, ex vrbe eiicerent, ſupplicióq; eos afficerent per quos multa mala ſubiuimus? minime quidem: imo in poſterum prudentiores forent, ne ſemper pari modo in ſimiles incideremus. Item tabido corpori ſe quis immiſcuit, & aliquis accuſat ſolutam & antiquatam eſſe peſtis legem. Etenim ibi dicere poſſumus ne iterum fiat.

De procœmiis ex abundantia.

Ex abundantia appellata procœmia in accuſatione & defenſione propriam inuentionem habent. Manifeſta hæc in vtriſq; faciam. Nam cum aliquem capitis accerſimus, dicere poſſumus quod ipſe publicarũ iniuriarum accuſari poſſet: & cum publicarum iniuriarum accuſamus, dicere poſſumus, quod impietatis etiã accerſiri poſſet. Ex abundantia procemium inſtituimus hoc modo: Victoriæ autor, caſis manibus, nutimento carens, ad ducem exercitus accedit. Hic refert inutiles a ciuitate non nutriui. Is alto è loco præ nimia deſperatione ſe præcipitem dedit. Dux capitis accerſitur, quod alienæ mortis cauſa fuerit. Dicimus ex abundantia, quod ipſum publicarum iniuriarum accuſare poſſem, quod de repub bene meritum perdiderit. Vel vt illud problema: Phya poſt Piſiſtrati abſolutionem, publicarum iniuriarum accuſatur, dicemus hoc modo: Poſſem equidem ipſam accuſaturus apud vos, & impietatis accerſere, quia Palladis imaginem impie deſpexerit. Item ſciendum quod cum de paruo crimine accuſamus, dicere nos oportet quod de maiore accerſiri poſſet. Contra vero cum de maiore accuſamus, dicere nõ debemus quod de minore inſimulari poſſet hoc enim arte careret. In defenſionibus autem, ex abundantia optime ſumitur documentum Nam quicunq; bene meritus accuſatur, optime procœmium ex abundantia

faciet hoc modo, Ob res optime geſtas præmium me ſumpturum ſperabam, & non iudicium ſubiturum. Vt de præfecto nauis, qui cõcrematis triremibus, quas ſub egerat, publicarum iniuriarum accuſatur. Vel qui proie cto ſcuto hoſtes interfecit. Itaq; cum facile documentũ exiſtat vtilioribus ſemper inhærendum eſt.

De extemporalibus prooemiis.

Extemporale prooemium ineffabilem quandã vim habet, cum inuenitur. Eſt autẽ tale quum poſſumus dignitatem quã afferimus, aliquo modo demonſtrare iam factã. Huius potentia talis eſt, hoc modo: Fugerũ quidam & in montibus patriæ alteram ciuitatẽ, in qua habitarent, ædificarunt: imminente bello vnde diſcen derãt, redierunt, opemq; antiquę patriæ attuleruut. Ali quis eos reducendos eſſe decernit. Dicimus enim hinc ſententiam probari, Ciues hodie in patriã recipiendos eſſe iudico: quia eos tunc vere recipimus, quum perin de atq; ſocios redire permiſimus. Megarenſes filios ex triginta Athenienſiũ tyrannis natos abſtulerunt: eoſq; educarunt. Diſſoluta tyrannide veniunt, filioſq; red dunt. Dignum quis putat de Megarenſibus tabellam deduci. Item in his qui vrbem diruerunt, eamq; ararũt, ſi eos impios à diis productos oratione noſtra demõ ſtrare voluerimus: impios etiam dicemus quibus perin de atq; ſceleratiſsimis fructum terra non reddit. Voca tur etiam conuertibile epichirema in implicita pro blemata præceptum apponere neceſſarium non puta ui. Aut enim pulchrum eſt, quod ex cõſideratione con ſiſtere videtur: vel quod procataſtaſis eſt, narratio, non prooemium eſſe reperitur.

ἀντίςρο φον, quod ſci licet ex proximo dmõſtra tionẽ h3 ἐμπεπλεγ μένα.

qualis cõiectu ra du plex, de finitioq; duplex.

Ex quod rebus componitur prooemium.

Omne prooemium ex protaſi componitur (quæ ex propoſitis documentis inuenta eſt: ex quibus naſcitur) & ex confirmatione. quæ eſt protaſeos, ideſt

propoſitionis cauſa:& ex apodoſi,quæ dignitas eſt: ac
demum ex baſi,ideſt firmamento,quæ protaſin & apo ciuilia.
doſin inducit. Cum igitur in genere iudiciali prœmi-
um inſtituere voluerimus, in tenuẽ dignitatem ipſum
ſtatuemus. Cum cauſam dignitatis ipſi negotio accom
modatam apponemus,magis laudatiua fit baſis:& ma
xime ſi quæ à principio vſq; ad finem non ſimpliciter ἐπιφωνηματικῶς, per acclamationem.
dicemus, ſed cum concinna vocalitate. Facit aliquan
do laudatiuam baſin concinna vocalitas:ut laudatiuũ
duplex eſſe videatur:aut in verbis per vocalitatem:aut
in mente per eorum quæ ſunt à principio vſq; ad finẽ
ambitioſam diligentiam. Prœmium autẽ in ciuilibus
iudicialibusq; cauſis,ex longioribus continuatisq; mẽ-
bris conſtare debet. In demonſtratiuis vero & affecta-
tis: ex conciſioribus magisq; diſtinctis. Ambitus vero
& prœmiorum ornatus ſat erit,ſi duplicata verba mẽ
braq;,& ex cauſa protaſeos approbatio ingeretur. No-
men quidem repetitur hoc modo: Primum quidem ô
Athenienſes Deos ac Deas omnes, & ciuitatem uosq;
vniuerſos pro vobis veſtraq; obſeruanta & gloria oro.
Membrum repetitur, vt in oratione contra Ariſtocra-
tem. Quod Cheronneſum vos tuto habetis:& non re-
pulſi rurſus ab ea deſiſtitis. Ex cauſa protaſeos appro-
batio hoc modo fiet:Vbique dicere poſſumus quę hic
auſus eſt:quando ea neminem veſtrum latuerunt. Hęc
protaſis eſt. Approbatio vero ex cauſa eſt. Quoniam
non ſunt ita parua quæ auſus eſt,vt latere poſſint. Sed
hoc exemplo magis oſtendendum:Inſulares filios vẽ
diderunt:& quis decernit apud Athenięſes,illis ſtipen
dia eſſe dimittenda. Quæ mala ô Athenienſes patiun
tur inſulares ſtipendii cauſa, neq; vos neq; Græcorum
quenquam latere arbitror. Hæc protaſis eſt Quod non καὶ γὰρ.
æquum eſt, quod hi circa chariſſima pignora audent,
latere poſſit: Approbatio protaſeos hæc eſt. Deinde

apodoſis. Vobis conuenit vt gloriæ veſtræ proſpiciatis: miſeris inſularibus ſtipendia remittere: & non in tanta perturbatione & calamitate relinquere. Cum autem in ciuilibus cauſis inſtruere volueris, ſic dignitatem ſtatues. Si voles dignitatis cauſam appones, hoc eſt, ipſum negotium. Dico autem ipſum negotium nudumq́ à principio vſque ad finem. Et cum volemus dicere que ſunt à principio vſq; ad finem, cōſonantiorem vocalitatem aggreſſi, ſic laudatiua baſis erit. Quis nunc vehementer angor: infelices ſunt & ſine infantia inſulæ.

FINIS.

HERMOGENIS DE INVENTIONE LIBER SECVNDVS.

De narratione, quæ ex præordinatione deducitur.

NARRATIO eſt totius problematis ipſa res, ex qua conſtat hypotheſis: quapropter narrationem inuenire haud erit ingratum. Apparet autem quum res his modis, quibus exponemus amplificatur. Procataſtaſin, ideſt præordinationem narrationis, quæ etiã prænarratio vocatur, quærere haud erit indignũ: ac etiam vnde ſumatur, à quibus modis: etſi in omnibus quoque problematis eadem eſt. Vel ſecundũ quodque cauſę genus propria quędam fit inuentio præordinationis. Sicut igitur in capite. quęrendum eſt vt de omni narratione in omni problemate antiquiora dicantur: & vtilia ſubiectę conſultationi vel iudicio ingerantur: ac inde præordinans orator vt dicet pręnarrationem ſumere debet, ita in ipſam narrationem ipſi negotio manifeſtam progrediendum eſt. In artificioſum quidem & vulgare eſt, inde inceptare narrationem, vnde problema dicimus. Sed quoniam varia ſunt problematum genera, & diuerſę rerum quæſtiones, varias etiam inuẽtiones tribuemus. Itaque poſita hypotheſi artis erit continuo videre, in quo ad ipſam procataſtaſeos, ideſt, pręnarrationis inuentionem vertendum eſt.

ὡς ἂν κεφαλαίῳ μὲν οὖν εἰπεῖν vt ſummatim vel in ſumma dicã.

De tranſmigrantibus & inuentione ſuper his.

QVi tranſmigrationem conſultant, hi propter duo ſenatum habent. Aut enim pręſentis boni iam

amiſsi dolore, ob amiſſa bona tranſmigrare decernũt, vt Lydi aurifero Pactolo non fluente, & Aegyptii non inundante Nilo terramq́; irrigante: aut inopinati mali ſucceſsione, vt cum terræmotibus Sicilia quatiatur, emigrare decernunt, item ſi ſurſum ignis ab Aetna in Catanen flueret, & de emigratione conſultarent. Si igitur alicuius boni defectu tranſmigrare decernimus, prænarrationẽ ita ſumemus. Maiores noſtri ciuitates ædificarunt, ac in hoc loco nullo alio niſi hoc bono, vrbem ſtatuerunt: quod dum ſolidum ac firmum fuit, cõmode incoluimus. Nũc vero noſtris bonis abdicamur, quæ poſtquàm abeunt, eſt omnino tranſmigrandum.

> ἐπαρθέν/τες, alo celſi, & erecti.

Si autem malum quid aduenit, prænarrationem ita dicemus: Maiores noſtri nullo huiuſce mali indicato timore, ciuitatem hic ædificarunt: quod ſi vidiſſent, profecto non ædificaſſent. Qui vero permanendum hic putat, & in priſca ædificia, quibus nihil antiquius, redibit: pro aliquo deficiente bono ſic dicet. Non idcirco maiores noſtri hic vrbem ædificarunt hoc duntaxat bono contenti, ſed multis aliis commodis allecti: quæ ſi adſunt, vnius boni abſentia tantopere dolere non decet. Si quid mali aduenerit, ita dicet: Non impaſsibilem & immortalem hic vrbem erexerunt maiores noſtri, ſed vt eam humanis affectibus incommodisq́; ſubiectam: quod exemplo oſtendendum eſt. Nõ inundante amplius Nilo Aegyptii tranſmigrare decernunt: tu ſic dices: Maiores noſtros nullo alio bono cõmotus Aegyptum incoluiſſe puto, niſi hac duntaxat vberrima Nili inundatione feraciſsimaq́; agricultura, quandoquidem neq; montium tutela munimur, neque aliorum fluuiorum pulchritudine oblectamur, neque arborum fructibus enutrimur, vbi nec oleæ ſunt, nec uites vllæ. Qui permanendum decernet, ſic dicet: Nõ fluuii ſolum inundatione maiores noſtri Aegyptum

> ἀπαθῆ, nullis perturbationibus calamitatibusq́; obnoxiam.

incoluere:ſed multorum commodorum copia ductis vt, cœli benignitate, ſpatioſa planitie: mira traiiciendorum merciũ facultate, vicinitate maris & fluuii, quæ vario vſui eſſe poteſt: nec propter fluuii irrigationem, quę pleriſq; populis à Deo data Nuſquam enim extra cœli limites habitatur. Item ignis ab Aetna in Catanen fluit: incolę tranſmigrare decernunt. Qui transmigrandũ eſſe cenſebit, ita dicet: Non exiſtimo, quod maiores noſtri ſub Aetna Catanen ædificaſſent, ſi hęc futura mala reputaſſent. Ignem in monte conſtituturum arbitrati, hic vrbem erexeruut: dum ignis in monte ſe continuit, permanſimus: poſtquàm ſuperuenit ciuitatemq; conſumpſit, tranſmigrandum eſt. Qui vero permanendum eſſe cenſet, ſic dicet: Non enim maiores noſtros cum Catanen ædificabant, propinqua Aetna latebat, neq; quod candentes riuos demitteret, neq; ipſa ignis natura pręteribat: quippe qui è monte fluere, imminensq; incendium Catanę minari ſolebat. Quare non vt immortalem, neq; tanquam malis igniq; non obnoxiam Catanen ædificarunt, quando multis etiam qui Catanen non habitarunt, ingens conflagratio illata eſt. Aliis enim caſu, aliis vero ex inſidiis, nonnullis denique è cœlo immiſſum incendium eſt.

De legum promulgatione, & abrogatione.

Legum promulgatio cũ circunſtãtia, legum quoq; abrogatio cum circunſtãtia has prænarratiões habebit. Cũ legem abrogare voluerimus, dicemus hoc fieri oportuiſſe: neq; legẽ à principio fuiſſe ſcriptã. Neq; enim eſt hoc ipſo quid antiquius, neq; conſultationi magis conſentaneum, q̃ fateri ſolutam eſſe legem quæ à principio ſcripta non fuerit. Progrediens oratio ex his quę concidunt confirmabitur: neq; enim hæc & hæc mala experti eſſemus: poſtquàm lata hæc fuit, varia mala perpeſsi ſumus: quare hanc legem

dignitati.

abrogari dignum eſt. Men ſtſtrum igitur eſt quomodo legem quis in problemate abrogabit, cum aliquid mali ex ipſa lege intercedet, & ne id amplius fieret, aliqui coſiderabunt. Vt Lacedæmonii poſt ea quæ in Marathone geſta ſunt, Panſelini legem ſoluere decernunt: hoc modo: Non hanc legem in Lacedęmone a principio eſſe oportebat: non enim tali gloria, neq; trophęis neq; officiis, neq; his quæ nos decerem carceremus. Legum igitur abrogationes promulgationesq; vt dicebã, periſtaſin: ideſt, circunſtantiam habere opus eſt. Quoniam ambę ſine cauſa vel periſtaſi, ſolum exercitamentum eſſe videntur, quã ex re narrationes non habent. Cum vero ſcribimus legem & promulgamus eadem narrationis præordinatio fit. Hanc legẽ pridem ferri oportuit, quod ſi antè lata fuiſſet, nunquàm hæc mala ſubiuiſſemus, quæ lege non lata ſubiuimus: hoc modo: Alcibiades poſt ea quæ ad Cycicum geſta ſunt legem tulit, ne quis ab exercitu imperator vocaretur: ſic dicens: Hanc legem multo antehac ferre & ſancire debuimus: non enim vobis obfuiſſet, quod Alcibiadem ex Sicilia non reuocaſtis. Vel vt illud problema, Quod mœchi pecunia redimunt ſe, multi mœchantur, & pecuniam peposuerunt. Mœchos quis occidi licere decernit. Hic promulgatio legis & abrogatio eſt, Prænarratio narrationis fiet. Quod illam legem de pecunia ſcribi non oportebat: ſed hanc à principio fieri opus erat, quæ mœchos non immerito occidi putaret.

ου γὰρ ἄν ἐβλάψε. ſoluerũt.

De bello, & pace.

CVm bellum cum aliquibus ſumendum vel dimittendum conſultamus, ſic præordinationibus vtemur. Cum bellum ſumi debere ſuadebimus, ad antiquiora crimina recurremus dicentes, Quod his olim bellum inferri debuit, quoniam nobis inimici, variisq; iniuriis & detrimentis nos affecerunt. Mox ad ea quæ

nuper

nuper fecerunt deſcendemus: vetuſtiores iniuriæ narrationis prærordinationem afferent. Quæ vero propter bellum conſules, narrationem: hoc modo: Oraculum Crœſo datum, ut græcorum optimos in ſocietatem ſumerent: ſumpſit igitur Lacedæmonios. Conſulit quis Athenienſibus cum Cyro ineundam eſſe ſocietatem: Olim Crœſo bellum inferri oportuit. Poſtquàm enim imperiũ ab Allyate patre accepit, & Græcis, & in Aſia Doribus, & Ionibus Aeoliſq; inſidias tetendit. Ante Chroeſi imperium omnes Græci liberi erant. Hoc igitur amplificatum prærordinatio & prænarratio erit: deinde narratio. Poſtquàm Crœſo ſuaſit oraculum Græcorum optimos in ſocietatem capiendos, Lacedæmonas optauit, cepitq;: & ciuitatem noſtram iniuriis affecit: proinde bellum, icto cum Cyro fœdere, aduerſus Crœſum ineamus. Et rurſum, curuli certamine Alcibiades in Olympiis victoriam aſſequutus, interrogantibus Eliis vnde eſſet, reſpondit, ſe ex optima ciuitate natum: ipſum uerberibus cæciderunt. Reuerſus conſulit exercitum in Elios mittendũ. Prærordinatio narrationis eſt: Eliis prius bellum inferri oportuit, quoniam inimici ſunt, & Lacedæmoniis opem ſemper attulerunt, & Corinthiis naues, & pecuniam in eo bello cõmodarunt, quod contra nos olim geſtum eſt. Eodem modo Thucydides ait, Elii naues inanes & pecuniam quæſiuerunt. Deinde narratio: Poſtquàm in certamine uici, vnde eſſem, interrogarunt: ego enim optima reſpondi: ſubinde me pulſarunt, ciuitatemq; noſtrã graui contumelia affecerunt: proinde bellum non immerito indicendum. Cum uero bellum dimittendum conſultabimus, narrationis prærordinatio erit: Quod bellum à principio moueri non oportuit. Cauſas ſi habemus, ab hiſtoria ſumemus: hoc modo: Bello Peloponneſiaco Delos quati-

tur. Bellum quis inter Græcos dimittendum decernit, & hoc modo dicet: Bellum hoc à principio non in nos, ſocios, amicosq; noſtros: ſed in Barbaros qui prius ſemper bella intulerunt, moueri oportebat: ex quo longe clariores euadere potuiſſemus. Hæc erit præordinatio ſiue prænarratio: deinde narratio: Poſt quàm nunc Delos quatitur, quoniam qui mutuis ſemper diſſenſionibus certamus, nos Deus amplius tolerare non poteſt, inteſtina hæc bella dimittamus. Cum hiſtoria non adiuuamur, præordinatio ex belli calumnia orietur, hoc modo: Bellum hoc à principio moueri non oportebat, nec pacem deſerere debuimus: quoniam bello nihil pernicioſius magisq; difficile: quippe quod omnia ferè mala complectitur, nihilq; præter damnum & triſtitiam continet. Pax pulchra & quæcunque in ſe complectitur pulchra. *Quod enim bellantibus ſol defecit, quod à funeſta clade abhorrens æquis eam oculis ſpectare nequiuit, bellum quis dimittendum conſultat. Hic igitur, ut expoſui, bellum vituperabimus pacemq; laudabimus. Mox in narratione procedemus, eclipſimq; ſolis narrabimus, quare bellum dimittendum eſt.

* οἷον, πολεμούντων τινῶν ἐξέλιπεν ὁ ἥλιος.

De impietate & morte.

CVm impietatis quempiam accuſamus, antè accuſandũ hoc crimen prænarrabimus: antiquioraq; delicta quæremus, ſiue quid impii præcommiſerit: ac ſi hiſtoriam habemus, ab illa prænarrationem quæremus. Si vulgare fuerit problema, per paralepſim diſtrahendo dicemus. Aliam equidem vitam dicere, & quàm impius, quàm prophanus, quàm in omni re laudabili penitus indocilis, dicere prætermitto: ne de quibus nõ nunc iudicaris, audiendo uos afficere & excruciare videar Verum id inauditũ, quod nuper auſus eſt, impietatis genus uobis exponam: hoc

modo: Sacris initiatus quis fuit, & impietatis accuſat. Problemati ipſam prænarrationem accōmodabimus, deinceps ad narrationē deſcendemus. Poſtquàm tempus myſteriorum aduenit, ſimplices tantum & puri caſtiq; ſacris initiari debebant, qui templum inirent: at hic nec caſtus fuit, nec vllo piaculo expiatus. Eodem modo dicemus quę ſequentur. In his quę ab hiſtoria: hoc modo: Athenienſes impietatis in Potideam accuſantur: quod Athenienſes à principio impii, & quod Lacedæmonii propter hoc his bellū intulerunt, & ꝙ primum quidem Cylonion *ſcelus inſequi uoluerunt: deinde quod ſacra quæ X X X quotannis fieri ſolebant, dimiſerunt: demū quod ciuitates Græciæ has quidē impie vaſtarunt, has funditus euerterunt. Mox in narrationem deſcendemus, Et nunc Potideam *in colunt, quæ Corinthiorum eſt: & quæ ſequentur. Cū autem defendimus, è cōtrario faciemus: & ſiquid pie factum ex hiſtoria antiquius erit, quod cauſæ conferat, prænarrabimus. Si vero humile fuerit problema, per paralepſin inducemus: ut paulo ſuprà in accuſationibus dicebamus. Item ſi homicidii, violentiæ, ac ſimilium iniuriarum accuſemus, eodē modo antiquiora quæremus, ſi ex hiſtoria habeamus: ſi uero nō, per paralepſin ponemus. Simili modo & in defenſionibus, * probitatem vitæ ab hiſtoria ſumptam apponemus: vel per paralepſin inducemus. Quapropter in ciuitatibus facta, in hominibus vita geſta has, quæ narrationi conferunt, prænarrationes inſtituunt.

*ἄγος.

*ἀποικον colaniam.

*τὰς ἐπιδρά-ας.

De publicis maleficiis.

SI publicorum maleficioꝝ accuſamus, à vetuſtioribus incipiemus, hoc modo: Trecēti captiui fractis nocte vinculis, præcipiti fuga in patriam veniunt: lex noctu portas aperiri vetat, quare præfectus his portas non aperuit, & publicarum iniuriarum accuſatur:

A' vetuſtioribus accuſator ſumet initium,hoc modo: Nos populari conſenſu hunc præfectum deſignaui/mus præ omnibus ipſum honorantes:at hic à princi/pio patriæ infeſtus,id in præfectura celare non potuit. Ita enim male imperauit ut ſuperaremur: & poſt alio/rum cædem,*grauem conflictum, in quo trecenti ci/ues capti ſunt, pateremur.Deinde ad narrationem de ſcendemus Sed poſtquàm captiuis ciuibus eam auda ciam fortuna tribuit,ut uinclis ſe exoluere poſſent, & latere:& cætera quæ ſequuntur Cum autem defendi/mus, ſic agemus:Ego tanta fide amoreq; à principio patriam complexus ſum,ut cum bellum gerere velle/tis, mei in patriam amoris aut ignari, cæteris præter/miſsis, publico conſenſu me imperatorem deſignare/tis.Eodem modo in tyrannicidarum uictorumq; cau ſis procedendum eſt:in quibus eorum vitæ prænarra/tiones inſtituent: vnde in negotiorum narrationes,ex quibus iudicium naſcitur,facilius progrediemur. Hæc igitur de negotiorũ prænarrationibus diximus,& vn de incipere oportet oſtendimus: ne ſine capite in ne/gotia incidere uideamur. Deinceps oſtendendũ erit, quibus modis narratio amplificatur.

*καὶ ἥτταν βαρεῖαν.

De narratione.

PRimum quidem dictorum quodque, tribus, & quatuor, uel aliquando pluribus membris effer re oportet Nam ne in anguſtias narrationis po/tentia redigatur, præſcriptus modus eſt, quemadmo/dum & procemium: ſed licentiam habet & modum, voluntatem vel potentiam dicentis:hoc modo: Ego non mediocri erga patriam charitate affectus,nec ho die nec nunc rempublicam amare cœpi: ſed meæ in vos piſtrinæ beneuolentiæ multa extant monumenta, quam,cum ea quæ ad veſtram vtilitatem pertinebant ſummo ſtudio cogitarim, milies uobis oſtendiſſe vi/

deor. Ipſa enim res ſæpe repetita,ornatū illuſtrat ora/
tionis.Nutrit autem potentiam oratoris in * circum/ *ἐν ταῖς περι/
ſcriptionibus quàm maxime exercitari. Nam ex ne/ γραφαῖς.
ceſsitate variis, differentibusq́; nominibus abunda/
mus, dum variis valdeq́; tranſlatis nominibus mem/
bra variare curamus. Primū igitur ex interpretatione
propagatur oratio. Deinde prætermiſſum quærentes
membris quibus poſſumus id dicemus: hoc modo:
Hoc equidem ipſe non feci, nec feciſſem,nec vnquā
id tale perpetraſſem. Deinde perpetrati cauſam quæ/
remus,& quando inuenerimus, quibus poſſumus mē
bris,quæque exponemus. Nullus enim ſenſus in ap/
probatione narrationis ſic pulcher eſt,ut cauſa. Præte
rea & *logiſmi: id eſt,conſiderationes narrationē am/ *ſyllogyſmi.
plificant,ſi ante actiones non ipſos conſuluiſſe dicere
mus: quod ſi id facere uoluiſſem, hoc mihi obſtitiſſet.
Et mox cauſas apponemus: Si hoc perpetrare voluiſ
ſem,hoc mihi impedimento fuiſſet. Sed exempli gra
tia contemplationem hanc in problemate dilucidio/
rem faciemus. Eſto imperator qui portas non aperuit.
A' dimittendo primum incipiendum eſt. Nos inſtan/
te bello & erumpente pugna excitatáq; victoriæ ſpe,
neminem alium publicis ſuffragiis imperatorem crea
uimus,neque rebus præfecimus,neque exercitū cuiq;
credidimus. Deinde quod factum eſt. Quin etiā hunc
dignum imperatorem putauimus, cui ciuitatis digni
tatem commiſimus, omnemq́; reipub poteſtatem ha
bere,& pro arbitratu ſuo cuncta gerere iuſsimus. Dein
de cauſa. Huic reipublicę ſummam non tanquam pro
dituro, & inimicos amaturo: ſed ſtudioſiſsime rebus
noſtris profuturo commiſimus: at hic hæc excogita/
uit. Rurſus ex omiſsis dicet. Neque bene imperauit,
neque magnifice: neque modeſte rebus præfuit. Dein
de cauſa omiſsi. Infeſtus enim fuit ciuitati & penitus

iniuſtus, ac turpitudinis cladisq́; noſtræ, & inimico-rum victoriæ autor fuit. Poſtquàm vero Deus de republica noſtra bene meritus, ac publica mala & errata correcturus, noſtræ ciuitatis fortunam ita fouere voluit, vt capti ciues ſe vinclis exoluerent, fuge ſalutisq́; poteſtatem aſſequuti ſunt. Deinde à logiſmis, ideſt, conſiderationibus. Hic imperator conſiderabit, quod ſi portas aperuiſſet, trecentos captiuos ſeruare potuiſſet, nulliq́; vtilitati hęc ſibi proditio eſſet, & ex illata clade aliqua nobis conſolatio ſupereſſet. *Si* autem non aperiet, cupiditatem ſuam explebit, morientur omnes, & in anguſtias omnia noſtra redigentur: ſed vt id faceret, elegit. Item obſeruandum, quod facta cauſasq́; factorum, & omiſſa cauſasq́; omiſſorum, & logiſmos, & cætera in pluribus variisq́; membris tractare poterimus. Si vero modus in narratione factorum amplificetur, problema apparatur, & non ſimpliciter narratur. Cauſa enim narrationem approbat, modus vero apparatum confirmat. Narrationum modi tres ſunt, ſimplex, *approbatiuus, & *apparatiuus. Quando igitur res multæ ſunt & variæ: præterea decentes & accommodatæ quæ aduerſarios lædant, nos vero adiuuent, tunc ſimplici narratione vtemur. Munita enim ſatis per ſe res verborum vehementia non indiget. Cum vero politica narratio breuis erit, approbatiuo modo vtemur, cauſis'que rem ipſam approbabimus, vt magis oratoria fiat, ſi cauſarum appoſitio narrationis approbationem adiuuarit. Cum autem breue quid & iucundum erit, & approbatiuo modo vtendum eſt, nec ab eo modo tunc abſtinendum. Apparatiuus idcirco dicitur, quod ab apparationis partibus adiuuatur. Dicebamꝰ enim paulo ſuprà, quod cauſa approbat, & modos apparat. Simplex narratio apud Demoſthenem eſt, in ſupplicio contra Cono-

* ἐγκατάσκευος.
* ἐνδιάσκευος.

nem. Exiuimus in Panacton, annus hic tertius: & nobiſcum ſimul Ariſtonis filii caſtra poſuere: nobiſcumq́; conſpirauêre, & Amidas oppugnauerunt. Non poteſt orator hic grauiorem facere orationē quàm ea quàm tenuia dicendo, quæ illi geſſere. Nuda enim dicta maiorem vehementiam, habent, quàm ſi quis ipſa oratione ornaret. Approbatiua narratio eſt, quæ contra Ariſtocratem. Fatendo nanque Cheronneſum ciuitate periclitari, cauſas dicit quibus ſeruata eſt, quibus'ue deſtructa. Eſt autem hoc tale, defuncto Cotyo, Beriſaden & Amodocum & Ceſobleptim, tres pro vno Thraciæ reges fuiſſe conſtat. Ex hoc factum, vt hi inter ſe ipſos aduerſarentur, vos autem ſubditi ſeruiretis. In vniuerſum igitur narratio omnis hac cōtemplatione conſumatur. Apparatiua vero eſt illa pars narrationis, in qua de legatione apud Demoſthenem agitur. Spectaculum graue o' Athenienſes & miſerabile fuit cum in Delphos traiecimus: vbi effoſſas domos, mœnia, circundiruta, prouinciam hominibus orbatam, & mulieres denique ac pueros ſenesq́; vniuerſos miſeros cernere erat. Optimum vero & quàm maxime neceſſarium eſt videre, quod narrationes *ſimplices ita in omnes modos incidunt, ut ipſarum aliquæ partes ſimplices ſint, aliquæ approbatiuæ, nonnullæ deniq; apparatiuæ: vt apud Demoſthenē ipſa narratio ſtat. Si enim dicatur, Vos hunc legatum deſignaſtis, non tanquam unum ex his qui res ueſtras proderent, ſed alios ſeruarent cuſtodirentq́;: id enim approbatiuæ partis eſt. Cum autē dicit, Qui in prima concione omnia in Philocratem dicit, & poſtridie cō motus proditionē patefecit, ſimpliciter hoc dicit, ſimpliciterq́; narrat. In fine oſtenditur, ꝙ apparatiuo modo hæc de Phocea narrantur. Qua ex re narrationis vigor ex triplici re conſtat, vel ex re ipſa, vel axioſi,

*Quàm plurimæ.

vel ex cauſa axioſeos: quæ differentibus mẽbris, vel duobus uel tribus ſæpe ſimul ſumptis continuatè dicatur. Sic enim ſplendor maior erit, magisq; uarius, cũ rem tribus membris uel quatuor dicimus. In fine vero axioſim axioſeosq; cauſam ingerimus. Coràm matre ex lege indemnatorum quis filiũ interfecit: mater ſtatim obiit, accuſatur pater quod huius mortis autor fuerit. Comprehenſum filium vulnerauit: unaq; cum vxore tanquam alienigenam, tanquam inimicum, tãquam ex aliquo hoſte natum, interfecit. Res iſta eſt. Deinde axioſis, Quis non conqueratur? quis nõ in furorem conuertatur? quis non his quę nuperrime facta ſunt grauiter angatur? quis non iuſtũ ſupplicium imploret? Deinde cauſa, A quo indigno ſanguine fœdata domus? à quo prophanæ mortes? à quo impia iugula? à quo uniuerſum genus cæſum? nempe à quo nemo expectaſſet.

HERMOGENIS
DE INVENTIONE
LIBER TERTIVS.

TERTIVM hoc mihi editum eſt cõpendium, potentiſsime Iulie Marce: de his rebus, in quibus te præueni: ut per me ſummæ partis rhetorices artem conſiderares: vbi in primis capitum introductio oſtenditur, & hoꝝ modi, & ex quibus fiunt: Deinde de ſolutionibus agitur, & ex quibus conſtant: deinde de epicherematibus, & locis ex quibus ſumuntur, Deinde de *efficacia quæ ſecundum quodq; epicherematum ſumpta operatur: Ac etiam de enthymematibus in hac mihi adinuentis: in quibus quidem & in capitibus ſummum acumen inuenitur. Præter hæc quę ex his prouenit rhetorice, non niſi complicitam inuenerunt. Sed in primis breuibus, quædã de *præconfirmatione mihi dicenda uidentur.

* ἐξεργασίαν.

* περὶ προκα/ταστάσεως.

De præconfirmatione.

PRÆCONFIRMATIO antiquior pars confirmationis in oratione, ut nomen ipſum oſtendit, eſſe uidetur: cuius quidem officiũ eſt capita & quæſtiones præexponere, quibus complexa oratio hypoteſin cõplet: ut illud Demoſthenis in Ariſtocratem: Tria me vobis exponere par eſt, unum quidem ut præter leges decretum dicatur: alterum quod hoc inutile ciuitati: tertium quod indignus eſt hoc Charidemus. Horum quid primum, quid ſecundũ, & quid

vltimum audire velitis, in veſtra poteſtate ſitum eſt. Hæc enim prędicens omnem nobis in capite diuiſionem ſignificat orationis: deinde ſecundum quodque ipſorum incipiens, tranſigat: & approbationibus accõmodatas ſingularũ argumentationum vires inducat. Item in legationis malè geſtæ narratione hoc dictum præconfirmationis locũ & vim habet, Cõſideretis vobiſcũ in his quæ reip. conferunt, de legato ſumere orationem. Primum quidẽ quæ reuelauit: ſecundum quæ perſuaſit: tertium quę in eum ſtatuetis: Poſt hæc, tempus: & in omnibus his, ſi ſine largitione: vel non hæc oĩa facta ſunt. Etenim hic in capitibus crimina præponantur, quorũ ſecundum quodq; arguet & demonſtrabit. Si vero quæras, ſi his capitibus orationem effecit: vel ſi his ſolis: uel ſi ordine promiſsionis in approbatione uſus fuerit: propriam contemplationis orationẽ in approbatione inuenis, & artem huius & diſpoſitionem habes in ea oratione, quæ de mala legatione inſcripta eſt. Ne dicas rhetorem primum capita non exponere, quod præconfirmationis eſt proprium. Permagni vtiq; intereſt, ſi ex arte diſciplinabilem contẽplationem conſideraris: vel iudicialem orationis neceſsitatem, quę ad utilitatem eorum quæ in quæſtionẽ ueniunt, diſponatur, cõtemplatus fueris. Poſtquàm illud tibi urbanum & gratum eſt prędici, ut obſeruauimus, pręconfirmationem hanc non uno loco coniugatam, ſed duplicẽ rhetor inſtituit. Quãdoq; enim poſt proœmia præconfirmationem locat: ut in malè geſtæ legationis oratione. Quandoq; poſt narrationẽ: ut in oratione contra Ariſtocratem. Et hoc dicere ſat fuit, quãdo duplicẽ ea locum habet. Te aũt id non celabo, qđ quandoq; in rhetore cognoui. Et enim mihi iam conſummato in rei pręſtantia dubitare contingit, an præſtans rhetor iudices decipere debet, an promiſsionem

ſine dolo præſtare: & poſt narrationem præconfirma-
tionem ponere, ſimulq; confirmationẽ accommodatè
inducere: ne à promiſsione diſcordante memoria mẽ-
tiri videatur: ſed potius ut promiſit confirmationem
locet. Quando autem debet iuſte videri promittere,
promiſsioq; fruſtra ponitur: tunc poſt procemia præ-
cõfirmare: & interea narrationẽ ordinare, deinde me
moriæ promiſsionẽ per narrationẽ capere, poſtremo
vt vult confirmare videtur: ut in oratione male geſtæ
legationis planè proſequitur. Hic enim dicens, pœnas
primũ quæri oportere quas promiſit, quod innocens
eſt i rationibus poſt multa capita poſuit: atq; omnino
ordinẽ confuſæ promiſsionis, non ut promiſſum eſt,
approbauit. Si verò in orationẽ ipſam ſecundũ unam
quanq; partẽ dicere oporteat, proprias & arcanas ha-
bet, nec illius diſpoſitionis propria ſunt, ſed cõmunia
diſciplinabilis talium artis fieri poſſunt. Amplum etiã
aliud præconfirmationis genus antiquis inuentũ eſt,
quod capitum promiſsionẽ non habet: ſed demõſtra
tionem talẽ inſtituit, vt ſecundũ leges iudiciũ inire ui
deatur. Præconfirmatio aũt ſi vocetur & illud decen-
ter cũ oratio ante capita dicitur, & conuenientibus lo
giſmis, ideſt, conſiderationibus omnẽ confirmationẽ
prouocat: quo quidem nonnulli antiquorũ vſi ſunt.
At Demoſthenes in oratione contra Mediã, cum ſta-
tus finitiuus eſſet, conciſis definitionibus, quemadmo
dũ ſcimus, in ſenſibus uſus eſt: quibus oſtẽdebatur ſtu
dioſis accuſatoribus in eos agere licere, qui ſe in ſacris
male geſsiſſent: & ſi quid præter ea quæ legibus ſtatu
ta ſunt, in Dionyſiis feciſſent. Deinde poſtq̃ hoc legi-
bus oſtẽdit, ſic in definitionis exercitationẽ progredi
tur. Accuſatio hæc legibus inita nihil neq; cõfirmatio
ni definitionis cõferre debebat, neq; victoriæ, qua fa-
ctum impietatis & nõ contumeliæ uideatur. Itẽ Æſchi

nes in oratione contra Timarchum hoc præconfirmationis modo vſus eſt. Nam dum eum impudicitiæ accuſat, & quod male patrimonium Timarchus abſumpſerit, talem præconfirmationem inſtituit, qua eos qui petulanter & luxurioſe uiuerent accuſari licere aſſerebatur. Hoc profecto neq; coniecturæ capitibus accommodat, neq; ad vincendũ ſibi in cauſa opitulatur. Etenim ſi hanc licentiã dant leges, quicunq; eos accuſare uelint, q ita vixerint, nihil p hoc magis Timarchus qui talis eſt, his ſenſibus arguitur, quod talem in capitibus oſtenderit: ſed à propoſita cauſa huiuſcemodi confirmatio aliena uidetur. Si quis autem mihi dicat, *quo modo Demoſthenes in oratione contra Timocratem, inter duo legitima* vnumq; in legitimum legem intulit à Timocrate ſcriptam: & hoc medio ſenſu in capitibus vſus eſt, quod legumlatores his aduerſantur, qui eã non faciunt quæ leges iubent: * & hoc etiã, quod cauſas dicant, quomodo uolentibus accuſandi poteſtatem faciunt: vbi pars capitum ineſt, præconfirmatio autẽ hic. Quando alterius ſtatus aliis capitibus diuiſi neq; legitimo confirmati ſit oratio: tunc præconfirmatio legitimum facit: ut in oratione contra Timarchum, vbi cum ſtatus coniecturalis eſſet, præconfirmatio legitima fuit. Item in oratione contra Mediam, cum ſtatus finitiuus eſſet, præconfirmatio caput legitimum fecit. Neque enim definitio, neque coniectura hoc *legitimo capite ceditur. Oratio vero in Timocratem cum negotialis eſſet, & cum legis promulgatione ac legitimo capite approbari deberet, partem quam ex lege conferebat, ipſi legitimo reſeruauit. Illud autem in his rhetorum locis ſeruari dignũ eſt, quod cum noua certamina inirent, hic impudicitiæ, ille vero de Dionyſiorum * præpoſitione, quæ apud Athenienſes inuſitata erant, hac neceſſaria præcon-

*ὡς Δημοσθένης.

*τοῦτε παράνομως.

*καὶ τὸ πῶς διδόασιν ἐξουσίαν κατηγορίας τοῖς βουλομένοις, ἐρῶ τὰς αἰτίας καθ᾽ ἃς ἐκεῖ μὲν κεφαλαίων μέρος ἐγένετο, προκατασκευῆς δὲ ὧ ταῦτα.

*τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ τέμνεται.

*προβολῆς.

firmatione vtuntur: Quod nemo prius in huiuſcemodi controuerſiam deſcendit. Quod non immerito fecerunt, ne à iudicibus repellerentur, ꝙ de his agere auderent, de qbus nemo antehac agere auſus eſt. Quare ut iudices oratio doceat, ſuadeatq;, diſcant quod id de quo iudicant, ex legibus legumq; voluntate oriat.

De capitibus.

DE capitum inuentione ſecundum diuiſiuã artem diximus, & quæcunque cuiq; ſtatui propria erant: quæq; cõmunia & quę diuerſa expoſuimus. Reliquũ eſt vt oſtendamus, quomodo diuiſiua arte propoſita quodque caput aſſumptum commode confirmemus: quod in tota rhetorice difficilius cenſeri ſolet, & victoriæ robur in capitũ confirmatione conſiſtit. Caput igitur uel à nobis ipſis inducitur, quod confirmatione indiget, vel ab aduerſariis ponitur, quod eget ſolutione: hoc modo: Cum cauſam defendimus in coniecturali, argumentorum requiſitionẽ inducimus, relataq; argumenta ac ſigna dicemus Deinde confirmabimus, epicherematibusq; inſtabimus: quoniam cuiuſq; negotii ac criminis argumenta adhibere opus eſt. Cum vero accuſamus poſitũ ab aduerſario caput, ingeſtaq; argumenta ſoluere debemus: ac dicemus, non omnis negotii argumenta adhiberi oportere: & in hoc confirmatione vtemur quę ab epicherematibus ſumatur, ut argumenta peti non oportere oſtendamus. Item in negotialibus ſi accidat, aut capita ponamus, nouoſq; ritus induci non oportere dicamus, aut præter ea quæ videntur, quicquam dici non oportere, vel conſuetudinem ſolui non debere referemus: & quodcunq; horum inducamus. In confirmatione epicherematũ auxilio adiuuemur, oſtendentes quod nihil horũ fieri oportet, neq; nouos ritus inducere, neque ſoluere quę videntur, neque conſuetudinẽ præterire: vel poſitum

ab aduerſariis confutare, qui hoc fieri non oportare dicebant: vbi iterum ſolutione nobis opus eſt, vt oſtẽdamus nouos ritus inducere oportere, & ſoluere quæ illis videntur, & conſuetudinem præterire: in cuius rei confirmatione epicherematibus adiuuabimur. Cũ autem multi multa de epicherematibus exponant, prolixaq́; oratione repetant, ac nemo de his aperte & copioſe dixerit, dilucidiora tentabo. Summum enim eſt ſecernere, quę epicherematis inuentio, quod caput ſolutionemq́; approbet: quæ efficacię inuentio, quæ epicherema confirmet, quę enthymematis inuentio, quæ efficaciam roboret. Cum igitur caput inducimus, ſimplici poſitione indigebit, & ad hoc confirmandũ redundantia epicheremata cum protaſi ingeremus. Perfectiſsimum enim cum ponitur & inducitur ab aduerſariis: tunc protaſi, hypophora, antiprotaſi, ſolutione, & ea quę antipophora uocatur, caput ornare opus eſt. Quid autem horum quodque ſit, manifeſte aperiam. Protaſis, eſt hypophoræ * enuntiatio. Hypophora, eſt aduerſarii oratio. Antiprotaſis, eſt ſolutionis enuntiatio. Deinde ſolutio quam ex argumentorum approbatione conficimus: hoc modo: Si accideret, Philippus diſcurrit. Cheronneſum populatur: Demoſthenes Iſthmum perfodiendum conſulit. Statim igitur hæc ab aduerſariis oratio proueniet: hæc erit protaſis, quam difficile eſt Cheronneſum perfodere: hęc hypophora: eſt autem hanc iſtorum orationem non difficile ſoluere: hęc erit antiprotaſis, diruere enim facile eſt: hęc erit ſolutio quæ epicherematibus indiget. Sic igitur caput implebis: quandoque non nocitura protaſis relinquit hypophoram: ornatus enim eſt orationis: aliquando nihil confert. Quandoque hęc antiprotaſis & protaſis, pulcherrime contemplationis demonſtrationem oſtẽdunt, ſi interpretatio no-

* ἐπαγγελία.

minibus adhibeatur. Ex quibus hypophoræ genus quomodo detrahatur & oſtendatur, curioſe contemplemur: hoc modo: Aegrè quis feret, ut audio, ſi ſola eorum qui hic in republica verſati ſunt oratio, pœnas ſubeat. Si enim dicebat, audio igitur hunc in concione ambientem dicere, quæ nunc æquè apud uos dicet, iniquo animo ferens, ſi ſola eorum qui hic in republica uerſati ſunt oratio, pœnas ſubit: cum protaſi ponitur. In quibus autem orationibus ſperatur hypophora, hoc eſt protaſis. Cum autem dicitur ęgrè feret, ſi ſola eorum oratio pœnas ſubeat, qui hic in republica verſati ſunt, hoc eſt hypophora. Quandoq; antipotaſis deficit, hoc eſt ſolutionis enuntiatio: Eſt autem non obſcurum hoc Athenienſes, quod Leptines & ſiquis alius de lege dicat, nil iuſti de ipſa dicet: huiuſq; protaſis eſt. Dicet etiam indignos quoſdã homines inuenta immunitate miniſteria* aufugiſſe: hoc eſt hypophora. Ego autem, quoniam accuſare omnes, quod largitionem abſtulerint, iniquum eſt facinus, dimittam: hoc ipſum ſtatim ſolutio eſt, Deficit antiprotaſis, quã impleres, ſi diceretur: Nullo quidem pacto o Athenieñſes, vos orationẽ hãc recipere equũ eſt, quod quidam accuſent omnes, quod largitionẽ abſtulerint, iniuſtum eſt. Et relicta quidem antiprotaſis ſenſui nihil detrahit, ſed ipſam in protaſi potentiam habet, quæ ipſe duntaxat ornatus eſt orationis. Poſtquam ſæpe abſque protaſi & antiprotaſi penes antiquos inuenimus: ut, iniuſte tamen dicet qui incepit: hypophora abſq; protaſi. Deinde, præſens quando logiſtæ me inducebant, quare non accuſas? ſolutio abſque antipprotaſi. Hoc ab antiquis conſumatur hoc modo: Philippus de Halonneſo dicere cœpit, quod uobis eã dederit, quæ ſui ipſius erat: non autem dicit uos iuſte ipſum poſtulare: quæ cum ueſtra non eſſet, neq; capere

neq; habere licebat. Hęc prius apud vos dicebat, cum ad ipſum legatos miſiſtis: id totum protaſis eſt. Deinde hypophora, quod prædonibus immiſsis, ipſam inſulam poßidet, & eam adire ſua intereſſe: hucuſque eſt hypophora. Hanc autem orationem ſicut iuſta nõ eſt, ita non difficile eſt ab ipſo accipere: hęc antiprotaſis eſt. Omnes prædones qui aliena loca occupãt, eaq; muniunt, ſubinde alia malè perdunt. Hic vero qui de prædonibus pœnas ſumpturus eſt eosq; ſuperaturus, non vtiq; decenter deceret. Si quæ illi aliena loca iniuſte habeant, hæc ſui ipſius fuiſſe oſtendat: hoc quidem ſolutio eſt. Capitis igitur inductio ex quatuor rebus conſummatur, protaſi, hypophora, antiprotaſi, & ſolutione.

ἀς, λῃςός. φιλόμεθα · ἐὰν γίνηται

De intentione & depulſione.

SCiendum quidem eſt, intentionem & depulſionem, contraria capita antilepſis, ex diuiſiua arte prodiiſſe: hoc modo: Mihi filium interficere licebat: antilepticum caput. Sequitur intentio, non licebat: Deinde depulſio, etſi licebat, non tamẽ coràm matre: Et rurſus, innocens in oratione: caput. Sed nõ inſons: intẽtio. Si aũt innocẽs: nõ ut ciuitati iniuriã faceret: depulſio. In omni autem ſtatu ſecundum quodq; caput certamen experiri opus eſt: & ut intentioni & depulſioni conuenit ꝯfirmationes inducere. Omnino enim è duobus alterum, vel quod intentionis, vel quod retentionis ſiue depulſionis eſt firmiſsimũ accipere oratorem oportet: vt cum nouos ritus induci oportere dicimus: caput eſt. Deinde dicimus, quod nouos ritus inducere vtilitati congruit: hoc enim per retentionẽ inducemus. Deinde quod nouos ritus inducere non opus eſt: hoc per intẽtionem eſt. Et rurſus, quod difficile eſt id ſimile facere: caput. Sed non difficile: intentio. Si autem & diſcolum, ideſt, difficile faciendũ eſt: retentio.

retentio Simul enim abundantia ſenſuum & epiche-rematum vera & non ficta, ſed multa fiet. Si aũ quæratur, an intentionem prius an retentionẽ percurramus, & in illam prius propoſitam à periſtaſi, id eſt, à circunſtantia epicheremata quęramus, an alterã inducamus, & in illã rurſus à periſtaſi epicheremata inueſtigemus, in infinitum conſideratio iſta ſenſus educet. Si intentio duplicẽ epicheirematum fidem inueniat, retentio quoq; duplicem: & ad quodq; epicherema efficaciam adhibeamus, & ad quanq; efficaciam rurſus enthymema: hæc ipſa ſenſuũ conſideratio in infinitum vſque progredietur. Hoc autem paucitate ars defutura patitur. Sed veteres ſæpe abſq; epicherematibus in ſolutionibus, ipſo intentiuo & retentiuo tantum vti contenti fuere: ut in ſuperioribus milies expoſuimus. Ordinem vero non ſemper eundem habet, an ponenda prius intentio an retentio: ſed admirabilius ipſorũ & vehementius, ſecundo loco ſtatuetur. Patitur autem hoc quandoq; quidem intentio, quandoq; retentio.

De violento.

EST etiam tertium ſolutionis genus admirabiliſsimũ, vehementiſsimũ, glorioſiſsimumq; quod violentum appellatur. Fit autem quando ita in contrariũ orationem ſtatuere poſſumus, ut iiſdem aduerſariũ capiamus, quibus ipſe fretus ad dicendũ ingreſſus eſt: vt Demoſthenes feciſſe viſus eſt, At Philippus ægrè feret, quum quid in eos decernetis, qui pacis legationem geſſere. Per quæ ille ſeruari putat, per ea ſe iuſte deſtrui oſtendit. Qui enim Athenienſes coerceri oportere dicit, ne ad iram Philippũ prouocent, hic ipſum ſupplicio dignũ oſtendit: & ex eo ipſo maxime, quia Athenienſibus hoc decernendum hortatur, ne quid Philippus ægrè ferat. Infert enim ſic, Ego vero ſi hoc verum eſt, non poſſum quicquam cogitãdo inuenire,

quo maiore crimine hunc accuſem, ſi pro conſequen/da pace pecuniā expendit hic: propter hoc adeo for/midoloſus ac magnus euaſit, ut qui ſacramenta ac iu/ſta parum attenditis, quid Philippo gratificandum, an hoꝝ autores æquas pœnas daturi eſſent consideretis. Secundus violenti modus eſt, quando contraria ad/uerſarium facere oſtēdet, quibus dicit eſſe prohibitū: vt in illa hypophora. Si igitur pro Pylis & Phocenſi/bus Cheronneſus ciuiti loquatˀ, Ne accipiatis o᾽ Athe nienſes, ne per quos promale geſta legatione iniuria affecti eſtis, ex defenſione opprobrium ciuitati præ/confirmetis. Etenim ibi intentione aperte vſus, quod non per Phocenſes Cheronneſus ſeruatur, quatuor antè menſibus ſeruata, uiolentum adiuit, cōtrariumq́; eius oſtendit, quod dixit aduerſarius: nō ſolum ipſam non ſeruauit, ſed per deſtructos Phocenſes ipſam in periculum adduxit. Deinde nunc in maiori periculo quàm tunc Cherōneſum inuenit: prius enim facilius, ſi Philippus pœnas dederit: & quæ ſequuntur. Verū tamen quoniam ab intentione multum differt uiolen tum (quoniam intentio dictum aufert tanquā non exi ſtens, uiolentum vero dicti contrarium inducit) mani feſtè hic vtraq; ſignificauit. Nam cum dixit quod per Phocenſes Cheronneſus ſeruatur, intentionem com/pleuit: ſed cum dixit quod per Phocenſes Cheronne ſus periclitatur uiolentum adduxit.

De Epicherematibus.

Siue igitur capita inducamus uel poſita capita ſol uamus, vñ epicheremata, & à quot & à quibꝰ mo dis inueniantur, quęrere opus eſt Siue ꝯfirmemus, ſiue confutemus, ab his ipſis cuncta epicherematon ſenſa ſumentur: & præter hæc nemo aliud quicquā inueni/re poteſt. Itaq; omne epicherema à periſtaſi factū inue nitur. Periſtaſis enim eſt id omne quod ī nobis, & uer

bis,& negotiis, & iudiciis, & hypotheſibus & vita cō ſiſtit: ut locus, tempus, modus, perſona, cauſa, negotiū. Septimo autē loco philoſophi ſylua, id eſt, materiā ad diderunt, quam rhetor non*priuata diuiſurus habet. Veriſimiliter autem cuiq; aliorum, quantumcunq; poteſt impertitur Siue igitur aliquid fieri oportere putemus, id arguendo fieri oportere. Vel ratione enim loci, uel temporis, uel modi, uel perſonæ, uel cauſæ, uel deniq; negotii, id bonū eſſe dicemus. Siue contrà dixerimus, id reputantes nō fieri oportere, hoc ipſum arguendo non oportere fieri malum eſſe referemus, uel ratione loci, uel temporis, uel modi, uel perſonę, uel cauſæ, uel negotii. Præterea ſiue de præterito, ſiue de futuro agatur vel non agatur, loci & temporis, & eorum quæ ſequuntur talis ratio habebitur. Sed hæc exemplis oſtēdamus, quibus omnia clariora fient: hoc modo: In cōiectura primum caput paragraphicum, deinde argumentorum requiſitio incidit: niſi quid aliud ante ipſam admirabile inueniatur, ut ſæpe accidit. Si autem problema, Pericles proditionis accuſatur, quod eius agrū Archidamus non vaſtauerit. Si enim teſtes Pericles requirat, ab argumentorum requiſitione arguendo dicet. Primum quidem à negotio, quod proditionis argumēta dari oportet, & caput terminabit. Deinde epichirema inferet: omnis enim negotii de quo quæritur, argumenta præbere opus eſt. Iuſtū enim hoc eſt. Deinde à perſona: quoniā Periclem non oportet ſine teſtibus proditionis accuſari. Deinde à loco, quod nō oportet in democratia ſine teſtibus accuſatores fieri. Deinde à cauſa, quod propter hoc oportet teſtes adhibere in cauſa Periclis & quærere, vt hoc præcognito accuſatores non falſo & procaciter accuſent, & ſciant quæcunque falſo accuſarint, ob falſum accuſationem eſſe capiendos, cum in cauſa uera teſtimonia nō

*ἰδίᾳ, priuatim.

attulerint. Si vero contrà dicamus, non oportere teſtes adhibere, tũc quoq; in periſtaſin deueniemus caputq; terminabimus, quod in cauſa Periclis teſtes præbere non oportet: Deinde epichirema à negotio: omne enim negotium cui ineſt maleficiũ, occulte fit à malis, ne detecti pœnas pendant. Deinde à perſona, quod pro reformidata tanti uiri dignitate, nemo contra Periclem teſtari volet. Deinde à cauſa, quod in omnibus maleficiis teſtes quærere non oportet, ſed à conueniẽtibus ſignis accuſare.⁺ Si non, tentabunt omnes ſine teſtibus meleficia aggredi: ſic nullo alio niſi hoc modo capientur. Deinde à loco, quod & Athenis, vbi veritas rerum pluſquàm teſtes poteſt. Vt in oratione in Timarchũ inquit Aeſchines, quod & hoſpites & non à teſtibus in populis, ſed à ueritate inueniuntur. Item pari modo in voluntate caput terminabimus, quod non veriſimile eſt Periclẽ patriam prodere voluiſſe.

Τὰ ἄφμ. (margin)

Voluntas in Epicheremaⷬtibus.

Deinde in Epicherema conuertemur. Et in primis à negotio, quod non ueriſimile eſt. Periclem patriam uoluiſſe prodere: quia pernicioſa res eſt ipſa proditio, & quam nemo ſuſtineat, cui ſana mens inſit: & quod pro multis & magnis bonis malum facinus non aggrederer. Deinde à perſona, quod cum Pericles ſim, & patriæ amator, obſeruatorq; Athenienſiũ, ac magna diuitiarum copia potens, ad prodendam patriam uoluntatem nunquam applicui. Deinde à cauſa, non uos prodidi, quia cum diues eſſem, pecunia non egebam: nec à bonis odio habebar, cum à vobis omnibus mirifice obſeruarer. Deinde à tempore, quod cum tantam ac talem gloriam gratiamq; apud vos haberem, patriam prodere nolui, quod prodere non potui. Et

Potentia.

primum quidem de potentia à negotio, quod proditio odioſa res eſt, & nõ facilè fieri poteſt. Deinde à perſona, quod Pericli quàm maxime odioſum & diffici-

le fuit: quippe qui cum maxima dignitate & obſeruantia ab Athenienſibus ſemper habitus eſt, qui occulte nihil facere potuit. Deinde à tempore, quod & tunc difficile, quando ciuitas ita cuſtodiebatur, ut nemo eā inire neq; exire occultè poſſet: vt Demoſthenes in oratione malæ legationis, vt de rebus inaccuſabilis ibi loquitur, deinde non ut iam accuſabilis. Et primum à negotio cœpit, nullum negotiū iudicio caret, cui maleficium ineſt. Deinde à perſona, quod & rhetor inaccuſabilis non eſt: quiſque enim quorum eſt autor, horum pœnas dabit. Deinde à loco, quod & in democratia nemo de verbis accuſari debet. Hi enim quibus eſt in uerbis ciuilitas, quo modo ſi iſti non ſint ueri, ciues, rempublicam tuto gerere videntur. Quare, ut dicebamus, omnia capita hoc modo confirmabuntur, confutabunturq́;. Vt hoc exemplo dilucidius extabit: Cheronneſum Philippus vaſtat: Demoſthenes Iſthmum perfodiendum cēſet. Caput, noua conſulis, noua inducere non oportet. Primum à negotio, mala res eſt nouarum rerum inductio. Deinde à perſona, quod noua inducere Athenienſibus non oportet: cum prudentes ſint, & principatum gerant, ac legibus moribusq́; vtantur. Deinde à tempore, quod noua in bello inducere opus eſt: noua enim res bellum eſt, & à ſeipſo multa fabricantur. Item caput rurſus incidit, quod difficile eſt perfodere Cheronneſum. A negotio, ipſum enim perfodere difficile eſt. Deinde à perſona, quod Athenienſibus quàm maxime difficile inſuetis. Deinde à loco, quod longè difficile à patria. Deinde à tempore, quod in bello difficile eſt hæc facere. Solutio quod non difficile: tunc *enim negotium facile in noſtra regione. Deinde quod Athenienſibus omnia facilia. Hæc itaq; ſunt epicherematum genera. Sæpe ab vno genere duo & tria epicheremata

* τό, τε γὰρ πρᾶγμα ῥᾴδιον hoc enim negotium.

* ὁ [illegible]

proficiſcuntur. Vt à perſona, quod non* hic id tale fe/cit: eſt enim perſona facie̅tis. Quod nõ contra hos fe/cit, eſt à perſona eoꝝ contra quos feciſſe uidetur. Dein de quod non per hos fecit, eſt à perſona eoꝝ per quos aliquis accuſatur: hoc modo: Nõ eſt veriſimile Peri/clem patriá prodere uoluiſſe, cũ tam illuſtris, tam ma/gnus tã glorioſus dux eſſe exiſtimetur: à Pericle hoc, quod non eſt ueriſimile Athenienſes prodere uoluiſ/ſe, qui ipſum tantopere ornarunt. Alia perſona eſt, ꝙ non eſt ueriſimile Lacedæmoniis prodere uoluiſſe: quippe qui ſunt acerrimi eius inimici, ſæpeq; in eũ in ſidias tetenderunt. Et hæc alia perſona. Ite̅ Athenien ſes noua inducere opus eſt. A perſona: ſemper enim nouarum Athenienſes rerum ſunt autores: & qui con tra Philippũ aliquid moliuntur noua inducere opus eſt. Nouarum enim rerum & Philippus autor eſt. Hoſtium nanq; ſtudia in bello imitari oportet: Et hæc alia perſona. Item difficile eſt perfodere Cheronne/ſum: epichirema à loco capiatur: ꝓcul enim ab Athe nienſibus eſt Cheronneſus. Item difficile eſt perfode/re Cheronneſum: nã magnus locus, & quinq; ac qua/draginta ſtadiorum quem putãt perfodi oportere. In/uenitur autem ſæpe & ſic in cauſa: Themiſtocles in mari ſacra inſtituere decernit, ſed timendũ eſt, ne nos ſacra inſtituere rex ſciat, Sed nõ ſciet: à cauſa, ne dum ſacra myſteria fieri prohibeat, in Deos impius eſſe vi/deatur. Item non ſciet, ne impia facturus ſuperetur. Proprium quide̅ hoc eſt, ne impia faciendo ſuperet: poſtquã & in pace obſeruatur aliquis impius eſſe, etſi nihil propter hoc manifeſtum timeatur malum. *Non tamen ſemper, ſed raro in omnibus inuenitur. Quem/admodum igitur ſcimus, unũ epicherematis genus ſæpe duo & tria, prout accidit, epicheremata inueni/re: ſic contrà ſciendũ vnum epicherema, & duorũ, &

*καὶ ὅλως ἀ/ρίσκεται αὐτὴ πάντων πλὴν οὐχ ἀεί, σπα/νάκις δ' ἔχει

trium generum ſæpe cõmune inueniri,& ut temporis & loci, vel cauſæ & negotii, uel perſonæ & loci id ipſum uideri poſsit: hoc modo: Vos qui ſub potentia populari viuitis, in accuſando*teſtes adhibere oportet. Hoc enim cõmune eſt & perſonæ in populari potentia exiſtenti,& loco ubi eſt ipſa potentia popularis. Item verborum pœnas apud uos eſſe oportet, qui in populari potentia viuitis. Commune enim eſt ut dicebamus utriſq;. Hęc igitur oĩa expoſui,ut uideamus'ne copia ſuperflua, quam epicheremata*ſuſtinent, eſſe ui deatur: quando licet multa capere etiam difficultates: & quod ne ſecundum quidem nos ſenſa*obſtare conueniát: & quàm maxime quãdo vnũ ſenſum vnumq; epicherema multa genera vincit. Negotium enim eſt quod difficultatẽ patitur, uel recipit difficultatẽ.*Qui autem artem recipit, circa quod neceſsitas accidit, verſabitur: ut hoc uideat, & ne tanquam aliqua re non uiſa triſtetur, ſi epicheremata negotio ars ſupponere nequeat, ipſe in anguſtias quæ ex ſenſorum copia paſcitur, redigetur. Eſt aũt modo tranſmutationis & ſenſorũ multitudinem*breuiare,& difficilia*decidere.& multa ex contemplatione per interpretatiõnẽ facere. Nec Demoſthenes vno epicheremate vti* viſus eſt, ſed quãdoq; id vertit & tranſmutat: vt in oratione malæ legationis fecisſe videtur vnum primum metaſtaticon*quandoq; uero fecit, ut in oratione pro corona. Sed iniuſte dixit incipiens, deinde in pręſentia, cum me legiſtę inducebant, cur non accuſas? Sat enim fuit epicheremati à tẽpore vincere hypophorã: nunc igitur accuſas, oportebat quãdo accuſabar, pœnas dare.

*argumenta

*ὑποβάλλει, ſuggerunt.

*ἀπαντᾶν.

*ὁ μέν τοι τεχνίτης.

*contrahere

*Producere.

*ᾐδέσθη.

*ποτὲ δὲ μηδὲ ἐργασάμενος, interdũ vero nihil expoliens.

De efficacia Epicherematum.

QVemadmodũ igitur inuenta ſolutione ſecundũ quodq; caput,*ex intentione & retentione in approbationem ſolutionis epicherematibus indigemus:

*ἢ.

ſic rurſus in epicheregmatis confirmationem neceſſaria eſt nobis efficacia. Efficax enim redditur omne epicherema, ab is quæ uidentur eſſe epicheremata: ut à parabola, exemplo, à minore, à maiore, æquali, & à contrario. Itaq; epicheremata à periſtaſi procreantur. Iſta vero non ſecundum quodq; caput, ſed ſecundũ quodq; epicherema quærentur. Sicut enim in ſolutionem uel approbationem capite poſito, ſæpe quidẽ multis epicherematibus abundamus, ſæpe uero paucis: Sic in epicheremate, ſæpe quidem ab efficacia in epicherematis approbationem plura inuenies, ſæpe uero pauciora. Vt ſi epicherema contingat à perſona, ſæpe in approbationem epicherematis à perſona prouenientis, efficacia ab exemplo ſolum inuenitur. Sæpe uero ab exemplo & parabola. Sæpe ab his, & à contrario. Sæpe & à pluribus: * quod hoc exemplo videamus: Noua agere non oportet: caput. Solutio, quod noua agere oportet, cum conducit. Epicherema à perſona, quod noua agere opus eſt, cũ ſint Athenienſes: quippe qui nouarũ rerum ſunt autores Deinde efficacia in huius epicherematis approbationẽ ab exemplo ſumẽda eſt: quoniã Athenienſes nouarũ rerũt ſunt autores & patres noſtri hęc & hęc noua inuenerunt. Sępe nõ vnum, ſed plura inueniuntur exempla. In expertis quidem multa uidentur eſſe epicheremata, mihi uero nõ epicheremata, ſed efficacia. Et efficacia ab exemplo vna, etſi exempla plura ſint. Ac Demoſthenes ſic ait: Non mirũ eſt, ſi ille qui militauit, & nunc uos omnes qui nondum militaſtis, & militare cupitis, vincere uidetur Hoc epicherema à negotio eſt. Deinde à contrario efficacia eſt. Contrarium enim fuit, Mirũ eſt ſi nos qui nihil eorum facimus quæ fieri opus eſt, eum vincamus, qui omnia faciat, quæ fieri conueniat. Si dicis pulchrum eſſe honorare parentes, epicherema à ne-

* γνῶμεν δὲ καὶ ἀπὸ παραδείγματος.

gotio eſt:ſi aũt intuleris, etenim feræ hoc faciunt, ex parabola epicheremati efficaciam ingeres Item ſi epicherema dicis, Licet ciuitati in ſeipſa facere quodcũq; voluerit: deinde inferas, etenim domi licet cuique domino facere qnod vult, efficaciam à minoiè dicis.

De Enthymematibus.

ENthymema* doxã acumine maioré affert: ſed cõgnoſcendũ eſt, quid eſt, & quo modo, & ubi inuenitur. Nã ordo ipſe acuminis, doxam ex neceſsitate adhibebit. In primis poſita cauſa ſoluere opus eſt: & primũ ab intentione & retentione: deinde in ſolutionis approbatioñe à periſtaſi epicherema ſumere: deinde ab his confirmare à quibus epicherematis efficaciã fieri dicebamus: deinde efficaciæ enthymema inferre: hoc modo caput ſupponatur: Difficile eſt Cheronneſum perfodere. Deinde ſolutio ab intentione, q̃ nõ difficile eſt perfodere. Deinde epicherema à negotio, terrã enim perfodimus & cãpos. Deinde efficacia ab exẽplo, quod Rex Perſaꝝ dum ſibi opus eſſet, Athon quandoq; perfodit. Deinde enthymema ab hoc: Ille quidẽ montẽ perfodit, nos uero terrã fodimus. Quemadmodũ enim efficacia ipſum epicherema approbat, ſic efficaciã enthymema confirmat. Item ſicut ſecundũ quodq; epicherema quærimus efficaciã: ſic ſecundum quanq; efficaciã enthymema inueſtigamus: ut in infinitũ procedere poſsit acumen, Si ſolutio quidẽ intentione & retentione abundauerit, hæꝝ quæq; rurſus epicheremata duo uel tria: & epicherematũ quodq; efficacias quoq; duas uel tres: ac demũ quæq; efficacia propriũ enthymema rurſus inueniet. Secundũ autem quod ſæpe una efficacia, multa inuenit enthymemata. Si quis vero quærat ſecundũ quanq; efficaciam enthymema, ab iſta periſtaſi à qua poſiti capitis epicheremata quæſiuit, id accipiet. Item quod dico manife-

*dignitatem

ſtiſsime exponã, quod ſecundum efficaciam quanq; epicheremata inueniuntur, quæ quidẽ ſchema cõparatiuum habent. Intentionem vero, in cõparatione à loco, uel tẽpore, uel modo, uel perſona, uel cauſa, uel negotio. Accidet enim quod in efficacia vna, & duo, & plura enthymemata inueniẽtur: *quæ quamuis doxam habeant, epenthymemata adhibent. Epenthymema enim proprie dicitur alterum enthymema qđ in præcedenti enthymemate ſupra intelligiť: hoc modo, Rex Atho perfodit. Deinde enthymema qđ dicẽdũ eſt, quia per cõparationem eſſe inuenitur ab efficacia ad ſeipſum cõparatũ. Vtputa montem quidẽ illũ diuidi longè difficilius fuit, nos terrã perfodemus, res non ingrata. Deinde à cauſa, ille quidem ut latius imperaret, nos aũt ne circumuẽti, mala grauia patiamur. Hoc eſt enthymema à cauſa inuentũ, ac primo enthymemati illatum. Quod illud quidẽ moleſtius hoc vero facilius epenthymematis doxã tulit. Itẽ & aliud enthymema in ipſam efficaciã à tempore inuenire contingit: Et ille quidem hęc faciebat cogente bello inutili negotio vſus: nos aũt commodo noſtro hoc aſcribere poſſumus. Pręterea non ignorandum eſt, quod orationis *cogreſſus facit ut enthymema ſecundo loco inuentum epenthymema videatur: quod quidem eſt, cum aliquis primum dicit enthymema, mox deſinat, deinde reſumens iterum coaptet, ac primo ſecundũ apponat, perinde atq; deficiens quid ipſi adinueniat, nõ aliud inueniat: hoc modo: Hic quidẽ Perſarũ rex vt latius imperaret Atho perfodit: nos vero ne circũueniamur. Deinde reſumentes iterum dicamus, non aliter atq; ſi recogitauerimus: Et hic quidẽ maioribus ipſum inducentib⁹ vt latius imperaret, difficiliora peregit: nos vero nemine iam prouocante, uel ne detrimentum patiamur, negotiũ hoc non ſubibimus? Sę-

*ἀπὸ περιόντος δόξαν ἐπενθυμήματος παρέχει.

*μετοχέτευσις

pe etiã natura rerum propriam epenthymematis in-
uentionẽ approbabit, cum enthymema per ſe ipſum
id non efficiat, ſed aliquod aliud additamentũ exu-
berantem *vehementiam enthymemati largiatur: Vt *acumen.
ſiquis dicat, Graue eſt de patria male mereri: deinde à
contrario corroboret; De hoſtibus enim male mereri
opus eſt: Deinde enthymema ponat: grauior eſt hoſte
ciuis de patria male meritus. Hic enim per genus ve-
niã habet: hic uero quia ciuis eſt, ſummo odio dignus
exiſtimaẽ. Huic enthymemati ſi addatur, Et maxime
ſi ciuis de his male mereri videatur, de quibus prius
bene meritus eſſe putetur. Defectiuum quidem eſt ex
ipſius negotii natura hoc enthymema: ſed cũ addita-
mento magnam uehementiã enthymemati impartiẽ.
*Et defectiuum hoc eſt uocaturq; in uno eodemq; *καὶ λοιπὸν οὕτω γίνεται, ac defectiuũ quidem ita fit.
problemate, dupla epitaſis comparatiua, ſuperuacuam
vehementiam ipſi enthymemati elargiens.

De his quæ ſunt à principio vſq; ad finem.

QVæ à principio vſq; ad finem, caput eſt omnium
capaciſsimum: vnde & cætera capita oriuntur.
Non tamen habet hanc ipſam capitum approbatio-
nem, quam & reliqua conſequuntur. Non enim pe-
riſtaſis approbat quæ à principio vſq; ad finem, ſed
*ſicut proprius epicherematum locus eſt quæ à prin- *ὥσπερ tanq.
cipio vſque ad finem, quæ ſubdiuiſio vocatur. *Sum- *ἀθρόον.
mi enim negotii ſubdiuiſio in minimam partem mul-
tã inuenitur: & hoc modo fit: Si quis quę à principio
vſq; ad finem copioſe ac perfecte ſibiipſi definiturus
eſt, ſecundũ quodq; dictũ & nomen in ipſis ſubdiuide-
re poteſt: ac ſic formabit. Si enim nec hoc feciſti, ſed *moderati*.
*parcius: ſi non tanta hęc, ſed minora: hoc modo: Ex
indemnabiliũ lege tres quidam filios interfecit, ac di-
gnũ ſe putat ut publico ſumptu nutriatur. cũ lex orba-
tum publice nutriri iubeat. In his igitur cõſiſtens quæ

à principio vſq; ad finem, ita conſiderabis: vbi tres interfecit filios, tres ſubdiuides. Si vnũ interfecit, unus in ſubdiuiſione erit: ſi nõ filium ſuũ, ſubdiuides quod interfecit, ſi abdicauit. Hæc ipſa ita conſiderantur, uehementiam vero ab oratione ſument. Poſtquàm hæc vt ſpiritus per contrarii ſchema remitti poteſt: ipſorũ quodque ſi uelis, ſpiritum implere & periodum recipere poteſt: hoc modo: Si enim nihil attinentes interfeceris, ſi alienos, ſi extraneos, ſi hoſpites, tunc num ægrè feram? num triſtabor? num ſupplicia poſtulabo? Nunc uero chariſsimos quos genuiſti, quos educaſti, pro quibus pugnare oportebat, pro quibus timere, ne quis eos alius interficeret, filios interfeciſti. Profectò quale ſcelus admiſeris, dici non poteſt. Inducetur & ſic, ſi uelis. Si quem non attinenſium aliquis interfecerit, iuſtas pœnas dabit: at hic qui tres ſuos filios interfecit liberabitur? Item quæq; ſubdiuiſio terminata pleniſsimeq; dicta, proſopopœiæ locũ recipere poteſt: uariis tamen ſchematibus, hoc modo: Si vnum interfeciſti, num tunc dixi impiam tibi mortem affuturam? Item quandoq; à negotio in minimã partem fit ſubdiuiſio, quandoque à ſimilibus capto. A' negotio ſic: Venit ad patrem magus, * virginem petit vxorem, non dedit: idolum puella, magus ueneficii accuſatur. Hic amorem idoli ſubdiuidendo dicemus: Amat idolum, ſi quẽ hominem amaſſem, num te accuſaſſem? ſi te ipſum arſiſſem, nũ te ĩ iudiciũ uocaſſem? Hæc ſubdiuiſio ex minoribus eſt. Idoli amorẽ ſubdiuidemus in alios, à minoribus. A' ſimilibus, hoc modo: * Cũ non amabam, ſed morbo à corpore alieno laborabã, num tunc te accuſaui? In vniuerſum aũt ut dicebamus, ſimiliũ propriorumq; minimæ ſubdiuiſiones proſopopœias neceſſarias admittunt: quas ſi uelis ēt periodis aliisq; modis amplificare, tibi licet. Sumit

*filiam.

* εἰ γὰρ μικρὰ.

quādoq; ſubdiuiſio ex maiore, ne ſemper minoribus inhæreamus. Accidit aūt hoc, quādo extāte pœna uel gratia, aliquid pati exiſtimamur dicentes, quod ne ſi maiora quidē dederis: hoc modo: Vt Demoſthenem mercaretur, centum talenta miſit Philippus: in minimam partem ſubdiuidendo dices. Ne alium quidem quenqua ex humilibus darem, nedum Demoſthenē. Centum vero talenta, ex maiore, Non ſi mille talenta dares, ſi ciuitates, ſi gentes, pro Demoſthene acciperē. Sed ne *vituperatiuū ſit, quod à ſubdiuiſione ſemper ſchemmati ſit inductū, ſchemata permutentur interdum ſic dicentiū: Si enim hoc tale feciſti, te pœnas dare non oportebat? Quandoq; hoc modo, Ego quidē de eo ſumerem de te pœnas, quanquā id quidē paruum & mediocre erat. Quandoq; aūt ſic, Alius equidem uel hoc odio haberi poſſet. Eſt aūt his pulchrior tractatio, ſi totum quis negotium peruerterit, neq; à negotio in pœnas trahens, ſed pœnas peruertens: hoc modo etiā ſi quid hoc modeſtius feciſti: ut quandoq; à negotio incipientes in axioſin deſcendamus, quandoq; ab axioſi in negotium ueniamus. Quando autē ſubdiuiſiones irrationales fiunt cum hoc modo dicimus: Si hoc tale feciſſes, non accuſarem te: eo quod nō iure accuſare uiderer: ita figurabis: Si id tale facis, non te accuſem? quod chlamydē cum amato ſepelieris, neque defuncto illo aliunde tuleris. Hic enim quando fatuum eſt dicere, Accuſaſſem te, ſi aſsiduo lachrymaſſes, dices, quod ſi lachrymabas, non curaui. Si in ſepulchro *ſedebas, non nunciaſſem: etſi tunc cogi potuiſſes: vt quæ dediſti reciperes. Quare omnē conuenientem ſubdiuiſionem admittere tentabis, qua quidem admiſſa, orationem inferes argute multa fingentem: dices ita Siquidem id tale feciſti, uenia dignus es: poſtquàm vero hoc nondum: quanquam ne

*προσκορές. ſatietas faſtidiumq;.

*aſsidebas.

hoc quidem. Si enim proſopopœiæ locũ infinitũ ha-
bebunt. Ne igitur ad ſatietatẽ moleſtus eſſe videaris
propter proſopopœiarum plurium orationẽ, perquàm
admirabilis rhetor eſſe videberis, ſi ſignum eius, cum
vteris, auferes. Si enim nõ dixeris, dixiſſem, aliud qd
prius apparet. q̃ proſopopeia. Adiacet item his quæ
ſunt à principio vſq; ad finem tanquã proprium quid
dam, in fine & fictum epecherema vocatum. Quidã
id fictum vocant, non videntes omnem fictã eſſe ſub
diuiſionem. Nanq; non factum, fictum aũt tanquam
quod fieri poſſet, eiuſdẽ ſit inuentionis. Proprie enim
fictũ, & illatum his quæ ſunt à principio vſq; ad finẽ,
ſic vniuerſaliter inuenitur. Si in bono aliquo faciendo
prȩmia petas, ſic finges: Si priuſq̃ fecero bene, prȩmiũ
petã, nulla mihi præmia ſtatuatis nec decernatis polli
centi ſe facturum. Poſthȩc dices, Graue enim pollicen
ti facturũ, quicquam ſtatuere: ac ei non dare qui fece-
rit. Si aũt in malo aliquo faciendo pœnas patieris, ſi-
mili modo finges, Si priuſquàm factũ ſit malũ, cogno
ſcimus quod erit, non prohibere deſiderabimus? Gra
ue enim eſt, futurum malum prohibere: factũ aũt non
punire. Præterea hac inquiſitionis figura vſus multis
profecto modis conſtitui inuenies, quæ ſunt à princi-
pio vſq; ad finem. Ficta, poſt cõprehenſam iniectionẽ
eorum quæ ſunt à principio vſq; ad finem, locum ha-
bent. E præſertim in *ergaſiis quæ ab exemplo ſunt: *efficaciis.
ut ſi in exemplo de bene uel male merito agamus, fi-
ctum hoc modo inferemus: Imperanti inimico obedi
re non oportet. Hoc epicherema eſt: ergaſia uero eius
eſt, Nõ enim patres noſtri Xerſi terrã aquamq; peten
ti obedire uoluerunt: ſed repugnantes rem bene geſſe
runt. Mox fictum inferetur, Si tunc quis aquam ac ter-
rãm dare decreuiſſet, nõ lapidibus obrutus fuiſſet? ſic
quidẽ exiſtimo. Si aũt in male merito, hoc modo fiet;

Gratificanti Philippo credere nõ oportet: dolus enim eſt: Deinde ergaſia ab exemplo, Non enim Olynthiis illi paruiſſe profuit: ſed Potidæam capientes oĩa amiſerunt Mox fictum in feras. Si quis aũt, quando Potidęam capiebant, eis diuinitus dixiſſet, quod eam cũ Olyntho amitterent, num cepiſſent? profecto dicere non oportet Item ficta tentare opus eſt, eaq; à contrariis quærere non inutile: quod ſæpiſsime inuenif hoc modo. Si de bono pręmiũ petas, dic, ſi quid mali ego feciſſem, non pœnas dediſſem? Quod in oratione in Leptinem à Demoſthene obſeruatum eſt. Proſequens aũt actiones Chabrii, dicit ex cõtrario fingens: Atqui ſi uel unam nauim amiſiſſet, ad mortẽ uſq; fuiſſet periclitatus Sed hoc duplam habet fictionis contemplationẽ. A' contrario enim factũ, minori annexũ eſt, ut ſi quẽ pro maleficio iubeas dare pœnas, ſic dicere cõueniet, Si quæ læſit, bene geſsiſſet, pręmia ſumpſiſſet: cũ autem male geſſerit, non'ne punietur? Itaq; ois dicti contrarium quæres quod ſæpe in oratione ficta inuenies: imo etiam totum factũ, tanquam non factum fingetur, aut contrariũ ipſius: ut in tyrannicida, Si prius interficere promitterem: hoc breuiter fictum, tanquã non factum. Aliud à contrario, Si non recte feci, ſed deliqui, quid hæc patior? Si Demoſthenem petat Philippus, uel quid ſimile, è ↄtrario amplificabis. Si quid eorum quæ Philippi ſunt capere uoluiſſetis, quando tandem uobis conceſsiſſet? Si quid autem perfectius natura conceſsit, nunquam quicquam ſum ueritus ob ſplendorẽ, tu uero animo contemplare: tuaq; oratione arte ipſam exorna. Illud ſcito quod dum cũ antiquis rhetoribus certamus, & cũ principe præſertim Demoſthene, infinita cõmoda adepti ſumus. Quæcunq; in hac præceptionis ratione peregit, memorię dedo. Difficilem uero ſolutionem habent quæ ſunt à principio

vſq; ad finem,& quæ negotialis ſunt. Inuenitur autẽ ad iſta methodus, vt quæ ſunt à principio uſq; ad finem,ſoluendi occaſio præbeatur. Documentum hoc apertiſsime exponam. Si negotium à nobis factum,ab aduerſariis in noſtrum detrimentum inducatur, ſic id ipſum ſoluemus. Antitheticorum ſtatuum vtilia nobis quærendo ponemus:ut in antilepſi fecimus. Sæpe etiam aliorum ſtatuum nobis conferentia ponemus. Item metaleptica ſi facti caput habeant quandoq; ſoluemus, quod nihil ad nos factũ quod eſt: & maxime quum à natura quid fit, ac idcirco aliquid fieri putamus:hoc modo: Si proponens quis dicat, quod hoc nõ propter nos fit,ſed ſuapte natura. Vt cũ ab Aetna in Catanen fluit ignis, aliquis conſulet eſſe tranſmigrandũ,atq; hoc modo dicet qui fugiendum eſſe decernet: Imminẽte nobis hoc igni periclitamur,ac ſub inde deſtruimur. Contrà uero ſic obſtabimus,quod non propter nos,ſed ſuapte natura fluit ignis.

De epicherematum ordinatione.

EPicherematum ordinatio duplex eſt. Si enim accidat ut partim demonſtratiua ſint, quæ ciuili interpretatione indigeant,partim panegyrica:extremo panegyrica loco ſeruabis,ut procedentẽ in maiorem uehementiam orationem augere videaris: ut quæ artis ſunt,ſi ex apta ordinatione progrediantur,ita uigoris & uehementiæ gloriam decenti adhibeant, ut ſi à feruore in dicendo in maiorem uehementiã producerentur. Aliter enim & iucundior eſt auditoribus,quę à demonſtratiuis in ualde panegyrica procedit oratio: quã quæ à panegyricis in demonſtratiua. Hæc quidẽ prima ſpecies eſt,ſecũda uero lõgè dilucidior Qui enim ſcit epicheremata quot ſint & qualia,qđ ſubſequente capite magis prouocatiuum eſt,nouiſsimo id loco ponere debet:ut ex neceſsitate epicherematis,inſurgẽtis

capitis

capitis oratio ſubſequenti ſubiuncta capiti vnum cor pus fiat:nec hypophoris diſsipetur, ſed in ſeipſa ac p ſeipſam erigi videatur. Quemadmodum igitur ſcimus in antilepſi, *antiparaſtaticum poſt intentionem vlti mum poſitum eſt, cum ſuſcitatiuum ſcit finitionis. Vt licuit interficere filium:intentio:nō licuit:quod ſi etiā licuit, non in hoc licuit, matri cauſam eſſe mortis: vt ſtatim finitio obſtet, quid eſt cauſam eſſe mortis. Si enim depulſio eſt quę obſtat, non epicherema, tamen in exempli tractatu poſuimus, quod oportet in epiche rematis ita ponere vltimum, quod ſit futuri capitis prouocatiuum. Cum igitur intentio & antiparaſtaſis: ideſt depulſio eandem habeant rationem, non ſem- per intentio vel antiparaſtaſis prima ponitur, ſed al- ternatim id vtraque patietur: ut in epicherematis re- ſpici oportere dicebamus. Etenim harum quæq; uel propter uim maiorem ſecunda ponetur, uel propter futuri capitis expactationem.

*depulſiuū.

De finitione.

Finitio, & contraria definitio, ſyllogiſmus, & ſyllo- giſmi ſolutio, quatuor ſunt nomina: potentia vero duo. Quod finitionē & ſyllogiſmum habet, iiſdē epi- cherematis vtraq; approbare poterit. Quod uero con trariam definitionem, & ſyllogiſmi ſolutionem, iiſ- dem epicherematibus vtraq; poterit confirmare. Ars à nobis admirabilis inuenta eſt, ne implicetur oratio, neq; difficilis videtur propter diuiſam (ut in epichere matibus) ſententiam: ut qui finitionem meditatur, & qui huic contrariam finitionem opponit, ne ea quæ negotium antecedere ſolent, coincidere dicant. Qui finitionem approbat, ita quærat: hoc ante negotiū fie ri oportebat, nec factum eſt Qui uero contrariā finitio nē confirmat, ita dicat: hoc ipſum ante negotiū fieri opus erat, factum eſt: Hæc ſunt ex his quæ ante nego

tium: Exemplũ id erit, furioſus tyrannũ interfecit, poſt quàm reſipuit præmiũ petit. Aliquis intercedit dicitq́;, id tyrannicidiũ nõ eſſe: hic vero tyrannicidiũ aſſerit eſſe. Oportebat enim arcẽ aſcendere: aſcendi: & dein de tyrãnũ interficere, interfeci. Hæc ſunt añ negotiũ. Contrà vero qui finitionẽ approbat, hoc modo dicet. Oportebat prius ipſum ꝯſulere qui tyrannũ erat interfecturus, ne rẽ inconſultã agere uideretur: tu furioſus non conſuluiſti, prudentũ enim eſt facinus: ut aliquid ex his quæ ante negotiũ fieri debeant à tyrannicida, prætermiſſum oſtendatur. Nã qui tyrannũ interficere volebat, prouidere debebat, quidnam faceret, tu nihil prouidiſti. Syllogiſmus ex his quæ negotio accidunt, confirmabitur hoc modo, Nullius profecto momenti eſt, ſiue furioſus eram, ſiue ſapiens. Nã quæ ſapientis ſunt tyrannũ interfecturi, bona eadẽ à me facta ſunt. Oportebat tyrannũ interficere: interfectus eſt. Oportebat parere libertatem, parata eſt. oportebat neminẽ arci præſidere nemo eſt. Conſimili aũt modo qui ſolutionẽ ſyllogiſmi habet, ex his quę poſt iſta accidunt, ſi quid nõ factũ eſt, incipiet tanquã epicherema, ac multũ differre dicet. Quę enim euenire poſſent te mente cõpote tyrannũ interficiente: ea minime contingere, cũ per inſaniam & furorẽ interfeceris. Vt qui per prudentiã interfecit, ſtatim ornatur: tu poſt tyranni mortẽ furori obnoxius à medicis curatus es & Magis. Quare potentia quidẽ eadem ſunt & illa, qualia & hic: ſola tẽporis diſtantia differunt. Ex quo fit, ut ſecundũ facultatẽ* arguentis & capitũ diſcretionem, quæ antè & eorꝫ quæ deinceps ſunt, dicẽdi uehemẽtiã variemus: ne in eadẽ capita incidamus, quæ eaſdẽ uires habeãt.

* ἀπορίαν τοῦ ἐπιχειροῦντος.

De apparatu.

Apparatus eſt in problemate negotii formatio: quẽadmodũ in poemate ſecundum quodq́; geſtũ ex,

poſitio & effictio. Per ea quidem quæ geſta ſunt cum ſolum negotium amplificare debeat is, qui apparatu vtitur, non quidem cauſis tantum, neq; conſideratio- nibus, aut alio quopiam epicheremate, ſed ſolo modo amplificabit. Apparatur enim omnino vnum quid cir cunſtantiæ: ac quicquid illud fuerit, modo amplifica- tur: præter modum etiam proſopopœia. Item dicere quæ in quoq; geſtorum ab extantibus in ipſa forma- tione perſonis dici par eſt. Officiũ autem apparantis eſt, ueriſimiliter dicere quæcunq; negotiis incidere ſo leant: & ſiue admirabilia ſiue inuſitata ſint ea ex de- centi ſumere, & ſecundũ morẽ exponere. Quod ali- quando incidere poteſt, ita dici debet, tanquam tunc incidat. Nam omne quod præter opinionem dictum aut factum exponitur, ingratum reddit apparatum. Fit igitur negotii formatio, aut ex prę̨teritis, aut ex præſen tibus, aut ex futuris: aut qualia olim fiebant, aut qualia nunc, aut talia fient in futurum. In talibus enim for mãdis apparatus poeticẽ æmulatur: quippe quę nihil aliud eſt præterquam cuiuſque geſti expoſitio quædã & formatio. Oportet autem eum qui ſe exercitare uo- luerit, ſcire bene dipſonere: Quoniam ſi ex præteritis & futuris narratio inueniatur, vel à præſentibus ſo- lum, uel à duobus, vel à tribus temporibus orietur.

Nam qui præterita in enarrationem reſumit, ei cũ ap- paratu ſuperiorem partem perficere licet, ne futura in ſerioribus iiſdem partibus per futurorum formationẽ laborent. Si autem negotium ſit, quod & ſuperiore, & inferiore indigeat apparatu, & in eius expoſitione id confirmare meminerimus iiſdem cauſis; quibus narra tionem confirmare oportere dicebamus. Modos autẽ ipſos apparatui reſeruabimus. Cum negotiũ in ipſam formationem euidentiamq; introducere difficile erit, tunc diſpoſitionis mutatio optima eſt. Et in his quæ à

principio vſq; ad finem ſubdiuiſionibus non erit abu tendum:ſed ſumatim ibi turpe negotium dicendum. Quod ſi aliquid fingendum,& in ſummo negotio delibandum,ſubdiuiſionem ſecundũ vnumquodq; epilogis conſeruabimus:atq; hic confirmatione pro apparatu vtemur. Et ea quæ ſubdefinire debeba us in his quæ à principio vſq; ad finem,tanquã confirmantes apparatui æquè ac formationi reſeruabimus, ſola membroꝝ aptitudine varia utemur. Quandoquidem alia ſunt confirmantium membra,& alia apparant animũ. Præterea in confirmatione periodos euitabimus: quoniã alienũ quid eſt periodus à cõfirmatione,vnde oritur & proſopopœiarum copia. Si enim negotium ſummo indigeat apparatu, ſubdiuiſio proſopopœia non indigebit. Sed inſpicere oportet, ut omnis ſubdiuiſio eadem explicite apparatui dicat: quoniã ubique ex ſubdiui ſione in ipſum negotiũ redire oportet: ſed ſecundum quanq; ſubdiuiſionem hoc facere ſemper, intolerabile,nimiumq; odioſum. Eadẽ enim dicit apparatus & locoꝝ inductio,quę ſtatim relinqui non poteſt. Neceſſe igitur eſt,qui ab exemplo, uel fabula, vel hiſtoria in ſuum negotium regreditur,cum idem ſępe dicere:ut exemplo latius patebit. Thebanorum captiuos Alexander uendidit. Ex his trecentos mercati Lacedæmonii, ad trophæum in Leuctris iugulauerunt: mox iniuriarum in Græcos accuſantur, Si cum apparatu dicamus,ita dicemus: Trecentos uiros perinde atq; uictimas,aris iam mactaſtis. Et hæc rurſus cũ apparatu & formatione,& dictũ eſt ita referemus,ut lachrymantibus,plorantibus,ut coronatis conuenit:& quę faciebant ſeſe mutuo cõplectentes, quæq; ſupplicando ac lamentando dicebant. Et hucuſq; confirmatio erit à negotio. Cum aũt ab aliquo locum & exemplum inducere uolueris,occaſionẽ hiſtoriaꝝ captabis. Vt hoc

loco trecentos mactaſtis: præclarum veſtrorum nume rum horum cæde corrupiſtis. Poſt hæc dices quo tem pore iugularint. Item cum apparatu dici poteſt, quod in Thyræa trecenti interfecti ſunt, ſed iure belli ceci derunt: uos autem ſacrorum iure mactaſtis. Item alius locus adhibendus eſt. Rex ex ueſtris trecentos in Py lis interfecit, ſed non ſacrificauit: contrà uos ex noſtris trecentos aris mactando dedicaſtis. Et rurſus in appa ratum regrediemur, ſi quod accidat exemplũ. Et Cleo nis ad Pylum geſta commemorabis, & iugulationem in loco inducemus: ac ſubinde in apparatum ſine im pedimento rurſus redire poterimus.

HERMOGENIS

DE INVENTIONE

LIBER QVARTVS.

De ſchematibus orationis.

QVONIAM de epicherematum, effi caciarum, enthymematumq́; inuentio ne abſolute quidẽ & abunde in ſupe rioribus libris dictũ eſt, nunc de ſche matibus orationis cõſiderare opus eſt, quemadmodum ipſorum quodq; efferri conueniat. Quæcunq; enim epicheremata & efficaciæ ſua ſen tentia ciuilia ſunt & demonſtratiua, hæc* argutè per antitheta & periodos, ideſt, ambitus efferri debent. Quæ uero Panegyrica uel ex exemplo, uel parabola ſumpta, iſta intento ſpiritu & uehementia ſunt efferen da. Nam cuncta enthymemata cum ambitu per com parationem elata maiorem acumini gloriam ferunt, q̃

*στρογγύλως

ſi quis iſta ſimplici oratione pariq; ſchemate ederet. Quinetiã & Demoſthenes ſæpe ex dedita opera orationem ornauit: ut in eius libris & oratione pro corona ſeruatum inuenimus. Vos igitur o uiri Athenienſes, cum Lacedæmonii mari ac terræ imperarent, & circa Atticam regionẽ per prætores & cuſtodes Euboeam, Tanagram, Boeotiam uniuerſam, Megaram, Ægi nam, Cleonas, cæteraſq; inſulas occuparent, nec tunc naues, nec moenia hæc ciuitas haberet, in Haliarthon exiuiſtis. Nec multis poſt diebus in Corinthum, quãuis multa præterita mala, propter ea quæ in Cilico bello geſta ſunt, Corinthiis & Thebanis Athenienſes cõmemorare poſſent. Itaque nec hæc faciebant, nec ea quæ his eſſent ſimilia. Atque tunc Aeſchines vtraque hæc, Neque in bene meritos faciebant, neque ea quę ſine periculo ſunt, uidebant: igitur non propter hæc illis præſtò affuerunt, ſed pro gloria & honore, grauibus ſe periculis exponere uoluerunt, rectum quidem ac pulchrum conſilium ſequuti. Etenim hoc epicherema hic pulchrum fuit, quod ſuperiores iniurias male merentibus, cum periclitantur in memoriam reuocare noluerunt. Efficacia eius eſt, Non enim Corinthiis neque Thebanis, ſuperiores iniurias in memoriam reuocaſtis, at opem attuliſtis. Enthymema autem hoc eſt, Cũ Lacedæmonii terræ ac mari imperarent, & cum formidoloſa pericula vobis imminerent. Latebat autem id ipſum explicaturus, cum ordinem permutaret. Grauis eſt enim orator, qui artem pro tempore oſtendere & celare nouit. Quandoque uero aliter facit: ordine hic uſus eſt. Proinde inter dicendũ ſæpe animo uolutat, vnde enthymematis orationem explicare audeat, an ad efficaciam accedat, ac rurſus arte coactus enthymematis reminiſcat. Vt ibi, Vtraq; hæc neque in bene meritos faciebant. Atque epiche-

mati intentionem induxit. Cum autem dixit, Neq; ea quę ſine periculo ſunt videbāt, enthymema eſt, quod præueniendo planè explicauit

De antitheto, ideſt, contrario.

ANtitheton, ideſt, contrarium eſt oratio omnē ſubiectum ſenſum amplificans: quod quidem fit, ſi quis ſecundum eius de quo quæritur naturam, dum rapit in ſubiectum ſenſum deſcendit: hoc modo: Poſt quàm dies eſt, hoc facere opus eſt. Hoc eſt de quo quæritur. Antitheton autem ipſius eſt, Si non erat dies, ſed nox, id planè fieri non oportebat. Deinde ad propriū deſcendit, Poſtquàm eſt dies, facere conuenit. Vt in problematibus Oportet noua agere: bellum enim eſt: Hoc ſecundum naturā. Oppoſitū ipſius eſt, Si nō erat bellum, ſed pax, & quies, noua moliri non oportebat. Antitheti virtus eſt, quando multitudine membrorū ſpiritus explicatur, & interpretatione conuerſus periodi ordinē habet: hoc modo: Si enim erant in quiete q̄ conſtituta ſunt, & nos incuria occupabat, neq; abſurdū, neq; formidoloſum ab hoſtibus quicquā inſtitui videbamus, poteſtas nobis inerat & licentia quęcunq; uellemus faciēdi. Cōſtituta curare opus erat, nihil promouere, nihil innouare: ſed primis inſiſtere moribus, decretis, ac legibus oportebat. Poſtq̄ uero bellum motū eſt, & propè ſunt hæc, & grauia nobis pericula imminent, ſummaq; rerum perturbatio, cur non noua moliamur? cum bellum ſuapte natura tale ſit, ut multa ſubuertat, & uitam hominum renouet. Hoc autem membris expoſitum, ſpiritus fiet, Quod enim conuertendū eſt concinne, periodus, ideſt, ambitus fieri poteſt: hoc modo: Quę imminente pace decenter facere curauimus, ea inſtituto bello melius efficientur. Nullū igitur uehementius ſchema, nullūq; adurgētius apud antiquos antitheto inuenitur. Vnaq; protaſi totius

antitheti quę ueritati ſuperſit auditoribus,ſimul etiam quod dictum eſt ne præter decentem modum dici videatur. Secundum enim naturá approbatio,ut id neceſſarium eſſe uideatur. Ná in quo antitheti protaſin rhetor dicit,in hoc ipſo ſecundum naturam ſenſu demonſtratiuo ab auditoribus intelligitur. Schema uero ſic amari conuenit,non ſolum ut periodū faciat & ſpiritum,ſed ut omnem ubiq; ſenſum exornet. Exornat etiam procemium ſæpe: ſiquis hoc ſchemate procemium efferat,ut Demoſthenes Si de nouo quodá negotio dicere proponatur,& reliqua: Hic eſt id quod ſecundum naturam. Poſtquàm autē de quibus hi prius ſæpe dixerunt,nunc rationem habere conuenit, ego qui ſuperfui non immerito me primum ueniam putaui aſſequuturū. Hoc antitheton eſt. Si de nouo quodā negotio dicere proponatur, ſenioribus cedentem me continere oportet,ne primus dicam. Sciendū eſt, quoniam de rhetorico antitheto diſputamus, quod contrarium & antitheton philoſophi nō diuidunt. Apud uos antitheton orationis eſt ſchema,contrarium vero acumen eſt ſententiæ ab ergaſia ſuſceptum: hoc modo: Minime mirum eſt,ſi qui militauit,& omnibus ferè prælijs interfuit,nec vllum quidem in arte militari
tardi. tempus amiſit,nos,qui in expeditionē futuri ſumus, & de bello gerendo decernimus,circumuenit & uincit. Si hoc antitheton facere uoluerit,ſic tractabit. Si neq; belli laboribus exercitatus fuerit,neq; magnis rebus interfuerit,& nos uicerit,ualde erit mirandū. Antitheton hanc habet dicendi potentiam, ſi non fiat, quod fieri debebat: contrarium autē ab agentibus in patientes, & à patientibus in agentes negotium cōuertit. Quod hic feciſſe viſus eſt rhetor. Huius contrariū erat, Mirandum ſummopere: ſi,cum nihil eorum quę fieri opus erat ipſi fecerimus,nec quicquam corū quæ

bellantibus uſui ſunt, eum ſuperemus, qui nihil prætermiſit quod fieri oporteret. Multi enim momẽti eſt dicere: Quod mirũ eſt ſi, Philippus nõ laborãs nos ſuperet: quod antitheti eſt robur: uel rurſus dicere, Si nihil facientes Philippum ſuperemus: quod eſt contrarii efficacia. Hæc de Antitheto hactenus dicta ſint.

De periodo.

PEriodus non 'vni tantum accidit ſchemati, ut ipſum ꝓdat, ſed multis ac uariis, quæ à priſcis; accepta, nõ mediocri obſeruatione peregimus. Eſt igitur periodus ꝓprie, totius epicherematis quàm maxime neceſſaria ſynodus, ideſt, conuentio & quoquo modo clauis Et vera periodus eſt, quæ epicherema perficit & conducit. Vt aliter hoc quiddã dicere, periodice eſt dicere, non periodum facere: ſed periodicè interpretari, & ſchema periodi capere Vera autem periodus, non ſchemate ſolum, ſed mente contrahit epicherema, quod quidã enthymema appellant. Non enim omnis poteſt enthymematica eſſe peridus, niſi quæ ſententiarum eſt: quippe quæ id quod vniuerſale eſt, in ſingulare ac proprium: & quod propriũ eſt, in vniuerſale deducit. Magna igitur obſeruantia, caſuum apud priſcos tranſmutationes inuenimus: ut nominatiui, genitiui, datiui, accuſatiuiq; caſus, quę periodos hoc modo facerent: Qui enim quibus ego capiebar, hæc agebat & *approbabat, iſte mihi prælium cõſeruit, etiamſi ne iacula quidẽ nec ſagittas cõtorquet. *conficiebat Hoc per nominatiuum dictum eſt. Per genitiuum aũt hoc modo: Quorũ igitur ille gratia his debet, qui ſub ipſo rempub. geſſerunt, & uobis pœnas ſumere conuenit, horum quidem nunc non uideo dicendi tempus. Per datiuum hoc modo: Quibus enim ueſtra facultate vti licet, his omnia alia tuto poſsidere licet. Per accuſatiuum hoc modo: Si quẽ fortuna & Deus ami-

cum inutilem, vtilem vero inimicum oſtendit, iſtum vos timetis? Vocatiui ſchema, pars eſt ſpiritus conuerſionem faciens & dilationem. O' quid, dicens quis, recte te alloquitur? Et rurſus, Reſponde, adhuc reſtas mihi? Non enim per in experientiam, dices, non habere quid dicas. Sunt etiã & demonſtratiuæ in ſchematis periodi: hoc modo: In imperando tributo neminẽ eſſe immunem, habentes immunitatem priuauit. In aſcribendo autem ne reliquum quidẽ licere dare nobis, uobis autem dare licere. Huius vero ſchema pulchrum etiam ab interpretatione imitabantur. Potentius autem ſi à cõmuni defectu in traſmutatione quis facit, ut in protaſi, ideſt, propoſitione dictum: in redditione dimittatur neque dicatur, ſed tanquam dictum appareat: & quod hic dimiſſum eſt, in propoſitione dicatur, in redditione vero ſimul intelligatur. Itẽ eſt ſchemati reprehenſiua periodus, quãdo dicimus, Quæ Philippus precatur Deos, eadem pleriq; veſtrũ hic faciunt. Et tibi rurſus, Deinde uos nõ pudet, ſi quæ non pateretur, ſi poſſet ille, eadem facere uos tempus habentes non audetis? Conſtat etiam ex duorum cõplicatione maleficiorum: hoc modo: Nunc quæ nauigaturis ſeruare conueniebat, terra proficiſci iubens perdidit iſte: quæ autem uera, dicentibus mentitur. In vniuerſum autem de periodi ſchemate dicendũ eſt. Periodus enim, ideſt, circuitus, ſchema eſt totius epicherematis, in interpretationis numero breuiter annumeratum: in ipſa autem conciſa hyperbata, pulchras periodos figurare videntur. Hic enim quibus ego capiebar: deinde eſt: Hic iſta faciens quibus ego capiebar. Itaq; ſciendũ eſt, periodum in membris circa interpretationẽ, æquilateralem eſſe oportere, aut in redditione conciſiorẽ. Abſurdum eſt enim ac diſſonũ rhetori, periodi redditionem, ipſa propoſitione facere

longiorem. Si quis à priſcis periodorum ſchemata eligens, in tranſmutationibus imitetur, multitudinem inueniat periodorum. Etenim ex parabola ſchema optimum. Quemadmodum ſiquis illorum præſumatur, *tu vero de his non accuſaſti: proinde da pœnas, alius non accuſabit.* Item per interrogationem quis periodum exordietur, ut in oratione contra Timocratē Demoſthenes feciſſe uiſus eſt: Quid per Iouē? quid hoc? an pulchre hoc decretum quibuſdam haberi videbatur, an præter leges? profectò ſolum ſecundum leges eſt. Atqui decreti ſolutio? nimirum hoc tanquā non aliud bonæ inſtitutionis fundamentū. Sed quid hoc? & hoc ipſum redditio. Fit etiam quando duo uel tria ſenſa habueris, utputa ſiquis illam velit tranſmutare periodum, quæ quidem magis periodica ſit, quàm periodus: Nunc quæ nauigaturis ſeruare conueniebat, *terra proficiſci iubens perdidit.* Quæ autem uera, dicentibus mentitur. Et rurſus: Quid enim per Iouem? quid? quiſquam miſereatur Aeſchinis? Primum quoniam profectionem accelerauit. Nauigare quidem opus erat, & non per terram proficiſci. At nunquid uera apud nos dixit? nempe mentitur, omnia perdidit. Trāſmutationis aūt virtus ſuppoſiti ſenſus omne ſchema ita cōcinnum facere poteſt, quod maiorē ſtuporē concitet factum ex tempore, quàm ſi ſcripturæ tradatur. Item periodus ex vno membro cōſtat, quandoq; ex duobus, quandoque ex tribus, quandoq; ex quatuor conficitur. Membrū eſt perfecta ſententia, & tunc ex vno membro conſtat. Cùm vero ſententia ipſius ad finem vſq; ſuſpenditur, hyperbato iſto figurata in morem finis circūuertitur hoc modo: Deinde uos nō pudet ſi quæ non pateretur ſi poſſet ille, eadē uos tempus habentes non audebitis? Ex duobus membris illa eſt, quæ vnimembri poſita propoſitione, unimembrē

requirit redditionem. Et ſententiarũ periodi id quàm maxime patiuntur. Sententiæ periodus hæc eſt: Bene agere enim præter dignitatem, male cogitandi ſtultis præbet occaſionem. Ex tribus membris conſtat, quando duobus membris differentibus propoſitis, unimembris vtriſq; redditio ſufficit: hoc modo: Quorũ igitur ille gratia eis debet, qui ſub ipſo rempub. geſſerunt, uobis vero pœnam ſumere conuenit. Hucuſq; propoſitio eſt, Deinde vnimembris utriſq; capitibus redditio ſufficit. Horũ dicendi tempus minime uideo. Ex quatuor membris hæc erit, quæ vtrinque in propoſitione propriã habet redditionem, & in redditione propriã habet propoſitionem: hoc modo: In tributo cenſendo neminem eſſe immunem, habentes immunitatem etiam priuauit. In aſcribendo autem, ne reliquum quidem licere dare nobis, uobis uero dare licere. Quadrimembris autẽ periodi vſus, in tranſmutationibus pulcherrimus eſt, quoniam & uerti poteſt. Quater autem ex propoſitionibus redditionibusq́; efficta facile quater etiã dici poteſt. Si aũt oportet ipſam per chiaſmon verti & immutarer, tunc ex ſenſuum neceſsitate, ſæpe quis eam uertere poteſt. Sed non omnis quadrimembris periodus, per chiaſmon uerti poteſt. Sit aũt primũ ipſa ſæpe uerſa, non autem ubiq; per chiaſmon rotata hoc modo: In ſcribendo neminem eſſe immunẽ. Habentes demiſit immunitatem. In aſcribendo autem, neque reliquum licere dare nobis: dare autem uobis licere. Poteſt ipſa ſummatim conuerti & aliter fieri, Secunda protaſis & redditio primæ fiunt hoc modo: In aſcribendo, nec reliquum licere dare nobis, dare autẽ vobis licere. In ſcribendo neminem eſſe immunem, habentes immunitatem etiam priuauit. Vel duæ propoſitiones ſimul ſumptæ ponuntur: hoc modo: In ſcribendo enim neminem eſſe immunem: & in aſcriben

do,ne reliquum quidem l'cere dare uobis: & habentes dimiſit immunitatem,& uobis dare licere. Vel facimus vt redditiones propoſitionis locum occupent: hoc modo: Habentes immunitatem priuauit,& uobis dare licere. In ſcribendo neminem eſſe immunem: & in aſcribendo,ne reliquum quidem licere dare uobis. Hæc ita fit ſæpe conuerſa,nec ſemel reuoluta. Illa autē quæ apud Demoſthenem eſt,per chiaſmon cōmode cōmutari poteſt: hoc modo: Philippus enim, quo plura ſupra dignitatem fecit ſententia, eo admirabilior omnibus exiſtimatus eſt: uos autem Athenienſes,quātо deterius q̃ conueniebat rebus vſi eſtis, tanto plus turpitudinis uobis cōparaſtis. Sępiſsime quidē ea periodus tranſmutari poteſt, quæ hoc ſchema recipit. Chiaſmon enim recipit,quando utriſq; propoſitionibus,utræq; redditiones aptantur: & è contrario: hoc modo: Philippus enim quo plura ſupra dignitatē ſuā fecit. Hæc protaſis eſt,cui utraq; redditio accōmodabitur: ſiue uelit quis dicere, Tanto plus turpitudinis cōparaſtis: ſiue uelit dicere, Tanto admirabilior ille ab oībus exiſtimatus eſt. Et rurſus, Vos autē o' Athenienſes,quanto deterius q̃ cōueniebat,rebus uſi eſtis. Hæc ſecunda propoſitio eſt,cui utraq; redditio accōmodatur,ſiue quis dicat,Tanto plus turpitudinis uobis cōparaſtis,ſiue dicat,Tāto admirabilior ab omnibus exiſtimatus eſt. Quare infinitus de his ſermo.

De ſpiritu & generibus eius.

QVicunq; oſtendere vult, qualia ſenſa ſecundū ſpiritum efferantur, primū quid eſt ſpiritus, & quot eius genera,& quo modo cōponatur,eū demonſtrare opus eſt. Spiritus igitur eſt orationis compoſitio ſententiam perficiens,membris cōmatibuſq; emetiēs, pro uoce* viribuſq; dicentis. Cum autē de membro cōmateq; dicamus,breuiter ſciendum eſt,quod & ſpi-

*διάςημαν, tenorem.

ritus & membrum ſententiam perficere oportet, ipſa mẽſura diſtinctam. Differunt autem inter ſe menſuræ. Illud enim à quatuor & quinq; ſyllabis ad ſex vſq; inciſum eſt epodo cõmenſuratũ: hoc vero, ultra ſeptẽ octo decemq́; ſyllabas, & trimetro proximum eſt, & ad heroicum vſq; progreditur, membrumq́; rectum & productum efficitur. Syllabarum numerus dignoſcitur. Quod ultra heroicum eſt, protenſum appellatur: atq; procemiis maxime accõmodatur, & procemiorũ peribolis, ideſt, ambitibus ualde confert. Nonnulli & epodon membrum eſſe dicunt: *Cõma autem quod ſub & infrà. Membra igitur ſunt hoc modo: Sed ille Euboceam ſibi uendicans, & quoquo modo propugnaculum Atticã præparans. Deinde cõmata infert. Et occupans Oreum, atq; tranſitum intercipiens. Deinde membrum rurſus ſuccedit. Et in Oreo Phyliſtida tyrannum conſtituens. Deinde rurſus comma. In Eretria uero Clitharchum: aut membrũ epodo æquale, & ſpiritus his omnino cõtinetur. Neq; enim numero, neq; habitu ſpiritus ſubiacet, ſed ex caſu dicitur: per alia autem minime fit. Sciendũ eſt igitur, quod ex quinq; ſyllabis, ut dicebamus, aut quatuor, aut paucioribus cõma cõſtituitur. Si enim ſentẽtia in duabus ſyllabis perficiatur, cõma eſt. Comma aũt, eſt ſententiæ cõpoſitio membro breuior. Nam ſpiritus paulatim in ipſa cõmata deſinit, quando dicet, Vtrum iſta faciens malè agat, & uiolet fœdus, & ſoluat pacem, uel non? Etenim in fine duæ ſyllabæ, uel non, inciſum eſt inter rogantis perfectè ſententiam hominis. Genera uero ſpirituum duo ſunt. Vnũ eſt, cum vnum ſenſum capiẽtes, & illũ interpretatione amplificantes in plura membra diſtribuimus, vnum ſenſum excedentes, hoc modo: Quando Illyrios & Triballas Philippus circumuenit, quoſdamq́; Græcorum ſubuertit, & multos ma-

*τὸ δ᾽ ἀπὸ κόπτω, κόμμα.

gnoſq; potentatus in dictionem ſuã redegit, & ex ciui tatibus aliquæ ibi ſub pacis ſpecie corruptæ ſunt, quorum vnus hic erat: tunc ſanè, tũc inquam oẽs, in quos iſta ille parauit, oppugnati ſunt. Si aũt ſenſerint hæc aut nõ, alia eſt ratio ad nos nihil pertinens. Hoc enim totũ unius eſt ſenſus interpretatio, huius ſcilicet, quod Græcis olim Philippus inſidiatus eſt. Alterũ eſt, quando ſummatim multa dicturi, ſingulis membris rem perficimus: hoc modo: Sed ille Euboœam ſibi uendicauit, & in Atticam propugnaculum parauit, atque Oreum occupauit, & pontem diruit. Itaq; hic ſpiritus & rem & membrũ ſimul perficit. Præter hoc non eſt aliud genus ſpiritus. Deprehenditur autem ſpiritus, ſchematis aſsiduitate. Oportet enim immorãti ſchemati, aliqua ſimilitudine artem figuræ oſtendere. Coniungitur autem ſpiritus, ac maxime componitur: & concinnus ſonoruſq; continuatis vinculis redditur, quæ quidem conglutinare uidentur. Affectus recipit vinculum, quod ea quæ à principio ad finem vſq; cũ ornatu colligere uidetur. Exemplum non poſui, quando nihil eſt, quod ita ſeſe non habeat. Proinde ſchemata ſpiritum ſunt, quæcunque & orationum. Licet enim vnde uelis tibi ſpiritum capienti & dicenti, ſolum inſiſtere: atq; ſic ſi inſiſtas, ſpiritum facis. Obſeruationes vero ab exemplis ſumi neceſſe eſt, modiceq; exponi. Eſt enim horum ipſorũ hoc demonſtratiuum, per nominatiuum caſum: hoc modo: Sed ille Euboœam ſibi uendicauit. Et ab eo uocabulo, uendicans, nata aſsiduitas, ſchema deduxit. Fit etiam per interrogationẽ: hoc modo: Quis eſt ille qui Euboœam ſibi uendicauit? qui Oreũ occupauit? quis propugnaculum in Atticam parauit? quis pontem diruit? Itaq; permutato ſchemate ſpiritus conſeruatur, etiamſi eadem uerba dicas: ſolum ſi loco eius articuli, hic, particulam, quis,

in ſchemate aſſumpſeris. Quin etiam licet per demonſtrationem: ſi dixeris: Non'ne iſte eſt qui propugnaculum in Atticam parauit? non'ne iſte eſt qui Euboœam ſibi uendicauit? & quæ eodem modo ſequuntur. Itē per demonſtrationem fit remota negatione: hoc modo: Iſte eſt qui Euboœam ſibi uendicauit. Iſte eſt qui propugnaculum in Atticam parauit. Item intentio ſpiritus, ſchema pulcherrimum facit, cum dicimus. Num Euboœam tibi uēdicaſti? num in Atticam propugnaculum paraſti? Itaq; oīs ubiq; apoſtr. phe. i. conuerſio in perſonā intenta, ſpiritum facit: etiamſi in me ipſum conuertar: hoc modo: Ego quidē eram qui Euboœā mihi uendicaui. Ego qui in Atticam propugnaculum paraui. Ego etiam qui Oreum occupaui. Ego quoque qui pontem dirui. Hoc in problemate Philippus etiā dicere poteſt. Item negatiuus ſpiritus, ſiquis dicat: Nō ego Euboœam mihi uendicaui. Non ego propugnaculum in Atticam paraui. Item ſchema per interdictionem effertur, quod ſpiritum intendit hoc modo: Ne mihi decem millia, ne bis decem millia, ne mittendas has opes profer. Præterea ſciendum, quod in omnibus his ſingularium pluraliumq; numerorum permutationes, ſchemata permutant: aliquæ etiam per genera, nonnullæ per caſus ſiue declinationes: primum numerorum permutationes: hoc modo: Iſte eſt qui hoc fecit: interdum uero cum dicet: Iſti ſunt hi qui Oreum occuparunt. Iſti hi ſunt qui pontem diruerunt. Deinde generum, ſi quandoq; maſculinū nomen apponas, quandoq; fœmininum, quandoq; neutrum: deinde inſiſtis. Generis uero permutatio, ſchematis eſt alteratio. Caſuum uero, cum aliquando per nominatiuum, aliquando per genitiuum, aliquando per datiuum, ſiue per accuſatiuum ſchemata efferantur & caſus: ſi ſingulari numero pertuleris, alium ſpiritum

tum facis: ſi uero plurali, etiam alium: idem in declinationibus accidit. Hęc itaq; talia natura ſunt, & omnia: vt ne de ſingulis dicamus. Omnis enim caſus, omnis declinatio, omnis numerus, omne genus, omne participium, omne pronomen ſi tranſponatur, ſchema mutat. Illud autem uidere non indignum eſt, quod ſpiritus in ſchemate in crebra membra perueniens, debet in aliud intercidere ſchema orationi accõmodatũ: & ſecundo rurſus ſi accidat, debet incidere tertium. Talis enim cõmunicatio & ſucceſsio, pulchram facit ex ſpiritu orationem: utputa cum à negatione in interrogationẽ deſcendas, ut Demoſthenes qui ſic prima mẽbra negauit: Sed ille Euboœam ſibi uendicauit. Deinde in interrogationem deſcendit, An'ne dum iſta facit, iniuriã cuiquam facit præterquã fœdus? Vel è contrario cum poſt interrgationem in demonſtratiuum tranſis, uel in aliquid aliud. Præterea ſciendũ eſt pulchrum eſſe ſpiritui in uno ſchemate inſiſtere: & in alterius progredi ſucceſsionem. Sæpe etiam hoc pulcherrimam orationem fecit, ſi tanquam in tertium ſchema deſcendentes, ſiſtat auditores feruente dicentis impetu, quem quidem auditoribus tranſmutatio ſchematis inducit. Pleroſq; contemplatio decipit, quæ perinde atque vehementia eſſe uidetur. Vehemens enim oratio, non eadem eſt in oratione atq; ſenſu. Aliud quid eſt ſententiæ uigor, & aliud orationis. Vigor quidem orationis, eſt ſchematum ſecundũ ſpiritum tranſmutatio. Sententiarũ vero, quando quis perfecta una in ſpiritu ſententia, aliam ſententiã latenter init, quæ ſpiritum facit. Deinde ab illo in alium ſpiritum, & eodẽ modo ex aliis in alios ſuccedentibus, uigor oritur. Vt in exemplo Demoſthenis uidere licet, quo modo ſpirituum cõpoſitio uigorem parit. Quando Illyrios & Triballos Philippus circumuenit, quoſdam Gręcorũ

ſubuertit, multos magnoſq́; potentatus in ditionem ſuam redegit, ex ciuitatibus aliquæ ibi ſub pacis ſpecie corruptæ ſunt, quorum vnus hic erat, tunc in quos iſta ille parauit oppugnati ſunt: ſi neſciebant, hæc alia eſt ratio non pertinens ad me ipſum. Hucuſq; ſpiritus eſt. Deinde hoc: Non ad me ipſum, cum expolire uoluiſſet, alium ſpiritum fecit. Ego enim prædixi, & proteſtatus ſum, & apud uos ſemper, & cũ miſſus eſſem, ciuitates autẽ laborabant: atq; hoc ad proditores uſq; progrediens, vnus eſt ſpiritus. Deinde dicit & alia. Præterea illi qui ſimul alios uendere putarunt, primũ ſe ipſi uenditos ſenſere. Poſthac deſinens, Ego in cauſa non fui, rurſum alium ſpiritum facit: quoniam proditores alios ſeſe uendunt Pro amicis enim & hoſpitibus quæ tunc cogitarunt, nunc aſſentatores, à Diis inimici, atq; omnia quæ eis iure conueniunt, non immerito audiunt. Et exempla in cõfirmatione ſumpta, huius ſunt, atq; hic. Quandoquidem propter uos, etiã olim iam periiſſet. Quamobrem trium ſpirituum compoſitio, perfectum reddit uigorem, qui ex ſententiis conſtat Item huic illud addendum eſt, quod quidẽ mirum ſplendorem affert, ſi fiat cognoſcaturq́;, quod uigore è ſententiis confecto abundantiorem in nouiſſimo loco ſeruandũ curet: ut, quod fieri opus eſt, ſemper augeri uideatur oratio. Abundantius enim eſt, quod uel ab exemplis, vel à parabolis robur & confirmationem capere poteſt. Arte igitur, quæ tibi ordinationem oſtendit, & in melius omnia redigit, facile animus inſtituetur: ac arte ornari videbitur, & prout conuenit omnia doſponet. Demoſthenes proditorũ exempla in ultimo loco ſeruauit: & Homerus completo in rebus ſpiritu ſecundũ quodq; membrum in parabolam venit, Scutum quidem ſcuto innititur, & galea galea, & viro uir. Tangebant ſeſe galeati equites, ſplen-

didisq; conis ualde nutantes, perinde atque ſi ſtipati ſtarent. Mox parabola, Sicut quando murum denſis quis lapidibus aptat, metuens uim uenti: ſic equites galeati & ſcuta condenſantur.

De intentione orationis.

INtentio orationis eſt, cum ſublata menſura ſpiritus, uſq; adeo intenditur & tanquam longus efficitur, ut in proprio dicentis ſpiritu capi poſsit. Eſt igitur intentio, ſpiritum in longius intendere, quàm oportebat. Cataphora eſt in accuſatione intentio. Sed hæc differunt, quoniam intentio in defenſione eſſe poteſt: cataphora uero in defenſione non fit.

De dilemmato.

DIlemmaton orationis ſchema eſt, quod acuminis gloriã habet & ueritatis: quod eſt, quando aduerſarium duplici interrogatione interrogamus, & in utriuſq; ſumus ſolutione parati. Sed interrogationes contrariæ inuicem eſſe debent: ut huic uel illi reſponſuro aduerſario, omnino. Si itaq; poſsimus utraſq; ſoluere, ſecundum dilemmata interrogare oportet: id dũ non fit, nec ſchema protendat. Cum interrogationum altera facilis ad reſpondendũ fuerit aduerſario, tibi uero ſolutu difficilior, omnino uinceris. Interrogas enim uel tanquã non reſponſuro aduerſario, uel tanq̃ ſi reſpondeat te ſolutuꝝ, Si reſpondens te uicerit, tibi ipſe tui uictorię autor eris. Non enim ſimplici interrogatione, ac ne in dilẽmate quidẽ interrogare eſt opus, niſi tum, cũ non habet, quid reſpondeat, aut id reſpondere cogitur, quod tibi conducat. In vniuerſum autem quicunq; interrogat, in victoriã interrogatione fretus interrogat. Dilemmaton eſt hoc modo: Num his geſtis aderas & cõſcius eras, an'ne? Si enim dicas, Aderã & conſcius eram, rhetor id dicendũ paratus eſt, Quo igitur modo his de rebus accuſas quarum es cõſcius? Si

dixerit non aderam, aduerſabitur ipſi: quoniã pœna dignus eſt, qui cum bonis ciuilibus reipu. præſto non adeſt. Et rurſus, videbas hæc futura an'ne? Si enim dixerit, Videbam aduerſatur, Quid igitur non præmonuiſti? Si vero dixerit. Non uidebã, Quid igitur, inquiet, nos, cum non videremus, de ignorantia futurorum accuſas, quæ omnibus hominibus ineſſe ſolet? Item dilemmata fiunt, uel ex duabus interrogationibus, quæ pro vno termino interrogent: hoc modo: Siue pulchram duxeris vxorem, ſiue turpem, vxorem, tamen ducere non oportebat. Vnus ex vtriſq; terminus deducitur, Quod vxorem ducere nõ oportet Propter impudicitiam quidem, ſi pulchra fuerit: aut ſi turpis, propter pœnã. Cõmunia igitur dilẽmata iſta ſunt, uel quando interrogationũ, quæq; propria indiget redditione. Hoc aũt dilemmaton ſophiſticũ eſt, atq; Demoſthenicum eſt ſchema: ut à nobis in diuiſiua arte tanquã paragraphicum antileptice conſideratum eſt.

De adhibitione, ſiue agnominatione.

AGnominatio eſt ſimilium nominũ pulchritudo, indifferenti ſignificatu idẽ ſonantium. Quæ quidem tum fit, quando duas, uel tres, uel quatuor dictiones, uel nomina quis dixerit, quæ quidem quãuis ſimilia ſint, diuerſum tamen ſignificatũ habent. Vt apud Xenophontẽ, Πάθει τὸν παθόντα. Et apud Homerũ, Εὖ πάθε πάθοντα. Et ibi lõgè apertius, Ητοι ὁ γ᾽ ἐς πεδίον, ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. hic enim ſimilia ſeſe habẽt. ἀλήϊον & ἀλᾶτο & ἀλεείνων: ſed ἀλήϊον eſt loci nomen, ἀλᾶτο vero res eſt: ſimiliter & ἀλεείνων. Aliud aũt ſecundum ſignatum, ut apud Thucydidẽ, & Aegyptus ſub rege erat, præter Amyrtæũ in Helæis regnantẽ. Tunc ꝓpter magnitudinẽ ἕλους nõ poterat ἑλεῖν: & bellicoſiſsimi ſunt ἕλοι. Ἕλος enim locus eſt, ἑλεῖν aũt res eſt, ἕλοι vero incolæ.

De circulo.

CIrculus eſt etiã interpretationis ſchema, quod pro priam pulchritudinem continet orationis: qui quidem fit, cum à quo quis nomine vel verbo incipit, in idipſum rurſus deſinit: nec caſum, nec ſchema, nec tẽpus, nec numerum, nec aliquid aliud mutat: hoc modo: Tibi pater * Cleptes erat, ſiquidẽ erat ſimilis tibi. *fur. A' qua enim pronominis particula incipit, in eadem deſinit. Poteſt etiã & periodicè dici, & narratiuè quidem: ut Demoſthenes in Leptinẽ: Dicitur ille fabricare domos, qui ſe in Lacedæmona legatũ dicebat eſſe profectũ. Deinde ſimili modo finiuit. Et omnes ſcitis, quo modo decepiſſe dicitur. Itaq; circulũ non numerus arguit, ſed principium atq; finis. Et circulus à circulis in terra poſitis nomen accepit: quorum ſicut propter æqualem vndiq; circunferentiam principium occultum eſt, ubi ſi uoluerimus coniicere, principium inueniri non poteſt: ita & horum ex ſimilitudine nominum, de cõſtituto principio dubitatur, ubi eſſe poſſit. Quare ſi ex circulo orationis ſchema facere uoluerimus, eum definire non erit indecorum. Circulus eſt, cum à quibus quis inceperit nominibus uel uerbis, in hæc eadem rurſus deſinere poteſt.

De epiphonemate.

EPiphonema, eſt oratio extrinſecus ſumpta ſuper aliqua re à nobis iam dicta: quod ſuppoſito, adhærere oportet non ſecus atq; ſi illius pars eſſet, neq; ab eo diſcordet. Oportet aũt ipſum extrinſecus quid aſſumere, ut epiphonematis natura clarior fiat. Et quod extrinſecus aſſumitur, tuto aliquid audere opus eſt. Ex quo epiphonema dictum eſt, non quoniam ipſum factũ dicitur, ſed quia ſuprà factum acclamatur. Donec enim per membrũ modice ſumptum quis factũ diſponere uoluerit, negotium dicit. Cum autem quieturus

quis:intulit quid toti tanquã à ſeipſo extrinſecus, hoc epiphonema reliquũ nominatur:hoc modo: Σὺν δ' εὖ/ρός τε νότος τε ὄρων ἐπαίξας, ζέφυρός τε δυσαὴς καὶ βορέης αἰ/θρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων: καὶ σὺν δὲ νεφέεσι κάλυψε γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον, ideſt, Simul amplusq; Notus Zephyrusq; Occidẽtalis,& Boreas æthregenetes magnã vndam voluens cũ nebulis,uelauit terrã ſimul & pontum. Hucuſq; deſcriptio eſt. Cũ vero dicit, ὀρώρει δ' οὐ/ρανόθεν νὺξ, ideſt, ruit è cœlo nox epiphonema eſt. Quatenus enim ex nebulis obſcuritas oritur, hoc ueritati adhæret,& rei eſt propriũ. Quatenus vero è cœlo noctẽ oriri dicit, bis audet: uidelicet & eam aliã eſſe obſ/curitatem dicens, & è cœlo fieri vnde minime fiunt tenebrę aut nox. Atq; hoc quidẽ uerum epiphonema eſt. Quinetiã eſt aliud genus epiphonematis quoquo modo factum, quod uehementiã pleriq; uocarunt, eã uno mẽbro non rectè finientes, quandoquidẽ non facilè quis cognoſcit, vnde fiat. Eſt aũt hoc genus tale: quando ſpiritus particulatim in multa mẽbra diffuſus, in fine rurſus vnum membrũ poſsidet: & ut ſumma/tim dicã, omnis ſpiritus qui diuidi in multa poteſt, & in ſeipſo idipſum cõplecti. Vt αἴας δ' οὐκ ἔτ' ἔμιμνε, βιάζε/το γὰρ βελέεσσι. Totus hic apud Homerũ ſpiritus par/ticulatim dicit, quæ Aiaci acciderunt, & prætereà in fine rurſus tanquã in uno membro omnia complecti tur, hoc modo: Vbiq; enim malum malo firmabatur. Prӕterea epiphonematica à tropis nomina in rem demũ trahuntur, cum audacter nobis cõpellentibus, ea quæ alterius ſunt negotii, in noſtrũ transferimus, ac ueluti in tuto habẽtibus, ob hoc ad parabolam hęc ipſa prædicta eſſe: hoc modo: Si quis naufragium ex parabola in oratione dicat, deinde in res tranſiturus quæ/cunq; naufragio ſuppoſita acciderunt, nominatim dicere uoluerit, ita dicet. In tempeſtate nunc reſp. uerſa/

tur, & ingenti procella quatitur, atq; optimo indiget gubernatore. Sed de hac iterũ cũ de tropis mẽtio fiet.

De trope.

TRope eſt, cũ non ex re ſuppoſita, ſed aliena, ſumptum nomen ponimus ad ſignificandum, quod & ſuppoſitæ & alienæ rei commune eſſe poſsit. Hæc & metaphora à grammaticis appellatur: ſed non vt illi dicunt, ab inanimatis ad animata, & è contrario. In vniuerſum autem ars rhetorica quæ accurata eſt, neque alienis animatorum, neque inanimatorum nominibus ſic utitur, ut dicat προπέποται τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ἀντὶ τοῦ προδέδοται, & τιθασεύουσιν pro κολακεύουσιν, ideſt, mãſuefiunt, adulantˀ. Apparet enim illo nomine, ſympoſiũ nõ eſſe ſuppoſitũ, & hoc, feras mãſuefactas non eſſe huic orationi ſuppoſitas. In hoc genere ſiquis ita cõmodè tranſlatum nomen impleuerit, ut omnẽ metaphorã perficiat, uirtutem orationi adhibuit: ſi uero deficiat, cacozelõ eſt, ideſt, mala mutatio: hoc modo: Talem in nos ipſi inimicum exercuimus. Incipiens enim nomen quod à certamine ſumpſit, ſtatim reddidit. Vel dicat quis mihi, ex quanam alia parte potens factus eſt Philippus, q̃ è nobis ipſis? & quæ ſequuntur eodem modo. Videndum eſt igitur ut quę cunq; traſlationi cõferunt, ſtatim reddantur, Quęcũq; vero ridicula ſunt, multo poſt tempore obliuiſcuntur: & quę perito artis manifeſta ſunt, artis imperitis penitus obſcura. Quod uenuſtũ eſt, ſtatim redditur. Hoc uero προπέποται τὰ τῆς πόλεως πράγματα, ſi quidem appoſitam habebat redditionẽ, magis ridiculum fuiſſet: cæterum clàm multo poſt poſitum, nõ apparet. Delapſus enim alicubi ita dicit, μεθύει, ideſt, inebriatur geſtorum magnitudine Philippus. Concitatum eſt hoc uocabulum μεθύειν, à principio huius προπέποται. Videbatur enĩ ridiculoſius eſſe ſi huic προπέποται τὸ μεθύει ſtatim

ſubiunxiſſet. Et cum huic μεθύειν τὸ ὀνειροπολεῖ, ideſt, ſomniat, appoſuiſſet, utpote uenuſtum, concinnā fecit orationem. Ebrietatis enim eſt, ſomniandi conſuetuto

De venuſtate.

SI quid venuſtū eſt in oratione rerum, quid aliud magis, quàm oratio? Venuſtatem quidem uenuſtæ mentis, non oratoris facultas, ſed negotii neceſsitas interpretatur: hoc modo: Magnus in cœlo Iupiter uolatilem currum agitans apparet: & quæ ſequuntur. Vbi ſenſus turpis eſt, orationis vtitur venuſtate: *Itaque ſenſum turpem ita qu:s efferet nomen nomini commodè coaptans, ut ne pleriſque quidem propter orationis uenuſtatem turpe negotium eſſe videatur. Quale apud Menadrum interrogata puella, quomodo uis ſibi illata fuerit, honeſtis nominibus rem uenuſtè narrauit. Hic in Dionyſiorum pompa me domum uſque perſequutus, mox domum ingreſſus, variis blanditiis conciliata matre me cognouit. Stuprum puella honeſte proſequitur, dum dicit, me cognouit. Quare uenuſta orationis compoſitio, turpe negotium honeſtauit. Item fit, uel quando nomen pro nomine ponimus, uel quando negotium, ſi valde turpe ſit, tacetur: ſed pro eo negotio, & quæ fieri ſolent, & quæ turpi negotio accidunt, dicuntur: quod quidem pro neceſsitate manifeſte uenuſte'que enūtiatur. Venuſte, quoniam turpe non dicitur. Manifeſte: quoniam vtrinque intelligitur. Vt apud Homerum, Virgineam zonam ſoluit, iuxta ſomnum fluebat, hæc grauida iam facta peperit, quem parere dicebat. Hic coitum ſignificauit, dum ea quæ coitum antecedunt, hoc eſt, ſoluit virgineam zonam: & quæ coitum ſequuntur: ideſt, grauida facta peperit exponit.

De cacozelia, ideſt, mala imitatione.

MAla imitatio fit, aut per impoſsibile, aut per in conſequens, quod & contrarium: aut per turpe, aut per impium, aut per iniuſtum, aut per id quod eſt naturæ infeſtum: quibus quidem modis exponendo narrationes perinde atq; incredibiles* cōfutamus. Atq; idcirco confutationes vſque ad decens procedere dicebamus: tanquam præter decens ſi inueniatur aliquid, id cacozelon, ideſt, malæ imitationis omnino futurum. Quod confutationi accidere poterit, ubi quidē dicimus hoc nō decenter factū, uel quia impoſsibile, uel quia turpe fit, & quæ ſequuntur. Fit etiam cacozelon, quādo una tropica dictione quis ute tur, deinde integram translationem reddere non poteſt. Quinetiam ſciēdum cacozeliam præconfirmationi ſæpe mederi: quæ ideo præmedela appellatur. Pręmolita enim interpretatione inducit: quo fit, ut audax quiddam auditoribus expectetur, quod etiam antè q̃ dicatur, tutum fore dicatur. Quod ſi nudum ante orationis præconfirmationem ponatur, uel uerbo uel ſententia cacozelon omnino uidebitur. Quod in Homero conſiderare licet, qui cum ſic dicturus eſſet, Venit magni montis verticem abrupturus, timens huius impoſsibile, hunc hominem reliqua oratione præconfirmauit, ne incredibilem de hoc faceret orationē hoc modo: Hic ſibi nutrimenta longè quàm homini conueniunt maiora ponebat: Hic clauam ferebat: quam non ſolum homo, ſed ne ſaxum quidem ſuſtinere potuiſſet: cuius horrendam magnitudinem amplè proſequit. Mox infert, Hic non hominis, qui pane ueſceretur, ſed ſyluoſi montis inſtar erat Huiuſcemodi igitur præpoſita oratio hoc admirabile de Cyclope dictum ueriſimile credibileq; reddidit, quod uenit magni mōtis uerticem abrupturus. Si enim talis erat ut præconfirmauit, non erat abſurdum hoc facere potuiſſe. Fit

*διχπαίος, q̃ ſcilicet nō tā docet res geſtas q̃ exaggerat.

etiam cacozelon per humilitatē, vt illud: οἴμοι δράκων μου γίνεται τὸ ἥμισυ. Item cacozela non correctioni ſolum vel præconfirmationi medentur, vt diximus, ſed ei quæ correctio nominatur. Sciēdum enim eſt, quod humile dictum venuſtate corrigitur, vt apud Euripidem, οἴμοι δράκων μου γίνεται τὸ ἥμισυ. Id enim communiter & humile dictum epiphora medicatus eſt, τέκνον περιπλακεὶς τῷ λοιπῷ πατρί. id eſt, filius patrem reliquū circumplexus eſt. Quod non ſolum uenuſte, ſed ſonore dictū, cum orationē iam epiphora erexerit. Cuius quidē contrarium eſt, ſi poſt venuſtatē in turpe deferatur: quod pari mō, cacozelon nuncupatur: vt apud eundem intueri licet, Hæc cadens, decore cadendo magnā prudentiā oſtendit. Hoc venuſte dictum eſt. Deinde humile & cōmune per cacozelon intulit: hoc modo: Celans quæ marium oculos latere ſolent.

De figuratis problematibus.

Figuratorū quidem problematū, quædā ſunt contraria, quædā obliqua, quædā vero per emphaſin. Contraria ſunt quando contrarium eius de quo dicimus, approbamus: hoc modo: A Lacedæmoniis pacem Athenienſes petiere: contrà, hi Periclem petiere. Decernentibus iam Athenienſibus Pericles in ſenatu iniuriis affectus, ſe mittendum cenſet. Aperte autē Pericles, & ſi me mittite dicit, ſub figura tantū orationis hoc agit: quoniā rationibus vtetur, quæ eum mitti non oportere confirment. Obliquū eſt, cum inter confirmandū contrarium, etiā aliud quid oratio perficit: hoc modo: Diues in maxima egeſtate ciuitatē nutrire tenetur. Si pauperem volet rapere ad victimā, id populus nō concedet. Pauper ſeipſum denunciat, & cōtrariū vult eius de quo dicit: quandoquidē mori non vult. Confirmabit ex obliquo non eſſe apud diuitem annonā: & ſi ſit, ſimpliciter cepiſſe. Per emphaſin eſt,

quando in aliqua re contradicere non poſſumus, nec audemus, quia prohibitum eſt: ſub figura tamen alterius axioſeos ſecundum orationis compoſitionē aliquid oſtendimus, vt quod dicere non licebat, ab auditoribus intelligatur, nec qui dixerit reprehendi poſſit. Furioſum lex quencꝫ fugere iubet. Rumor eſt patrē ſeſe nurui admiſcere: filius pro furioſo haberi, eáq; de cauſa fugi ſuadere conatur: Hic enim vt furioſus pater eſſe videatur, de fuga cogitat, ac id dicendo execratur: tum vbicꝫ patris inceſtum cū vxore ſua prædicat. Obliqua igitur & contraria in hoc commiſcuit. Nam contraria vnum agunt: obliqua vero duplicem ſenſum ac ſępe plures afferunt. Sed eadem ferè tractatio: cuius in declamatione actionem videre conuenit.

Aguntur enim talium problematum hypophoræ à præfirmatione eductæ: ac inde epicheremata quæcꝫ inueniuntur. Oratio ab inimicis corroborata ſolutiones magis imbecilles eſſe cogit. Plus enim ibi oſtēdet ſe velle uideri ſophiſtam rem, ꝙ ſecundū id quod uidetur, inducere, hoc modo: Pericles cum decernat ſe Lacedæmoniis eſſe mittendum, quæcunq; de ſe ipſo dixerit, ab hypophora confirmari faciet. Si quis alius ipſum Lacedæmoniis non mittendū cenſeat, imperātibus inimicis dicet non eſſe obtemperandum. Graue enim abſurdū́q; fore, ſiquis iubentibus inimicis gratificari ſtudeat: quando imperantibus amicis & nō hoſtibus morē gerere oportet. Item maiores noſtros necꝫ Xerxi, necꝫ Mardonio, necꝫ Dario, necꝫ cuiquam alii ſe ſubiicere uoluiſſe: Necꝫ nos Lacedæmoniis, cum multa de Potidea, Eginenſibus, Megarenſibusq́; imperarent, unquam audiuiſſe. Itacꝫ una actio eſt in figuratis problematibus hypophorarum confirmatio. Eſt etiam alia actio, ſi contra orationem ab alio poſitam ſenſa educamus: hoc modo: Si alius dixerit Lace-

dæmoniis non eſſe mittendum, quia iubentibus hoſtibus inſeruire non oportet, cum graue ſit & abſurdũ: neq; maiores vnquam noſtri, neq; nos id ipſum fecerimus: & talia huiuſce generis, hæc ego non dico. Licet & in aliud tranſmutare ſchema, ſi quis dicat: Ego ſi quis me coacturus inuitum ad Lacędemonios mittendum cẽſuerit: hæc & illa & ſimilia dixerim ſenſa, quæ infigurate ageremus, ipſi dicebam⁹. Atq; idcirco figurata hæc problemata nuncupantur, quoniam eadem ſenſa dici opus eſt, quæ niſi figurate ageremus, planè dixerimus. Opus eſt autem hac actione, tutaq; figura abundare, vt emphaſes non ſoluendo, nudas orationes inducamus: E' cõtrario vero, ſi noluerimus. Sed de contrariis & obliquis hactenus. Figura autem ſecũdum emphaſis talis eſt, vt antè diximus. Sed quandoq; hæc ſub huius figuræ inuentione agitur, ut nequis, cum contra rem dicat, dicere videatur. Quod quidem inuẽtum meum eſt, & in mea declamatione actum: hoc modo: Patrem cum filii vxore miſceri rumor erat, hæc ex ſocero iam grauida facta eſt: eũ qui naſceretur parricidam fore, conſultum oraculũ reſpondit. Partum iuſſus filius ſe negat expoſiturum, quare à patre exhæredatus eſt. Abdicatus filius contra exhęredationem ſe defendens, ſuppreſſum rumorem inceſtus ita per emphaſin oſtendere debet, vt ne reprehẽdi quidem poſsit, & patrem venuſtè aperteq; arguere videatur. Non mœchatum patrem dicet, nec quare id fiat, ſed huius figuræ viribus vtetur: hoc modo: Tuũ eſſe rumor eſt pater non meum hunc infantẽ: expone quem genuiſti, proiice puerum cuius factus es parens. In his aũt quæ per emphaſin efferuntur, his nominibus ac ſententia abundare opus eſt, quæ duo ſignificare poſsint, hoc eſt, id quod inculpabile ſit, & id quod notari poſsit: hoc modo: Patrẽ cum propria vnà eſſe

filia rumor erat: poſtquàm arcanum quid filio mater dixit, mox ſeſe laqueo ſuſpendit. Filium pater arcanum interrogat, nō dicentem hæreditate abdicat. Sic in hac re à nobis ſecundum prooemiū efferetur: Abdicatio quidē hæc minimè curæ eſt, ſed magno quē ex patre concepi dolore afficior, ſi poſt tantam generis copiam cum ſola filia vna fuerit, eiusq; coniugium iuuerit. Communia enim ſunt & his qui diuerſæ vitæ fuerint hominibus hæc nomina. Namq; ſubiectæ emphaſi propria & accommodata ita eſſe videntur, vt quod inculpabile ſit & quod notari poſsit, ſignificare queant. Item compoſitionis ſequela coniuncta aliud ſignificat, & diuiſa aliud: hoc modo: Rumor eſt quod pater cum filii vxore ſimul erat, occultum mœchum deprehendens filius dimiſit, à patre abdicatur: Exclamans, o pater vbinam pro mœcho captus interrogat, tu autem nuſquam eras: Nomen patris ſtatim mœcho appoſitum, in compoſitione fecit emphaſin. Et inductū hoc ſimili modo ſe habet, & pro mœcho captus exclamans pater, tu autem nuſquam eras. Mœcho autem & patri appoſitum ſtatim hoc, tu aūt nuſquam eras, in compoſitione emphaſin aperuit. Ab hoc nuſquam, vtrunq; tutelam habet.

De comparatiuis problematibus.

COmparatiua problemata ſi coniecturæ acciderint vel finitioni, facilē habent diuiſionem. Duplicibus enim capitibus in alterutro vtemur. In cōiectura à volūtate & potētia dicemus. Vt, me nō veriſimile eſt voluiſſe hoc facere propter hoc: te vero propter hoc feciſſe veriſimile eſt. Et ſecundū quodq; oīa epicheremata efferentur. Deinde rurſus, Nō veriſimile eſt, me ꝓpter hoc id facere potuiſſe: te aūt propter hoc id potuiſſe veriſimile eſt. Et hoc cōfirmabimus & χρῶμα, id eſt, colorē noſtrū ponemus, & approbabimus: atq; ab

aduerſario poſitum epicherematibus ſoluemus: & veriſimilem illis defenſionem confutabimus, noſtramq́; corroborabimus. Quæ autem in finitione accidunt, duplici ratione tractabimus: hoc modo: Hoc eſt aliquid operari, quod ego feci: & dicatur, quę facta ſunt, Deinde inferatur, Tu vero nihil horum feciſti. Subinde ſtatim inferatur quæ ab illo facta ſunt, & dicatur quod ea pro nihilo haberi debent. Epicherematibus vtemur, declamatiuisq́; inſinuationibus: & in his duplici definitione, qua & in ſimplicibus vti oportere docuimus, ab his quæ ſunt ante negotium, & ab his quæ poſt negotium accidunt. Ibi enim ſimplex facultas, hic duplex eſt. Si autē negotialis ambiguitas accidat, tunc quærere oportet, quę nam facta ſunt, duo an plura. Et ſic à conſequentibus vnicuiq; cōparatio ingerenda, & quàm maxime, ſi perſona cōparetur, tunc à laudibus & vituperationibus, ſtudia, inſtitutaq́;, geſta, fortunas, cęteraq́; omnia, comparationē fieri opus eſt. Similiter etiam ſeſe habent, quæ ex aliis circunſtātiis: quoniam ſi in comparationem incidant quæ ſingulis accidunt, pari modo comparabimus. Accidunt enim alia locis, alia temporibus, alia deniq; aliis circunſtantiis adueniunt.

FINIS.

De oratione politica.

Nō eſt Hermogenis.

Politica oratio, eorum quæ poſſunt perſuadendi facultatem ac voluptatem habere debet. Quod perſuaderi poteſt, ex ſtatuum cognitione ſtatuūq́; capitibus, de quibus Hermogenes in ſtatuū tractatu ample diſſeruit, facile ſumi poteſt. Qui enim capita didicit, ſcit ſententias inuenire, cum ſtatuum capita nos ad enthymematum inuentionē inducant. Vt in pri-

mo Olynthiacon dum vtile caput excogitauit Demo-
ſthenes, enthymemata facilè inuenit, quæ cum Olyn-
thiis coniurandum eſſe auditori perſuadere poſsint.
Vtile enim ibi caput eſt, Athenienſibus eam cõduce-
re coniurationẽ. Enthymemata ſunt, quoniã ſi Olyn-
thios ſeruemus, procul à nobis bellũ aberit. Si Olyn-
thios ceperit Philippus, cotinuo in nos bellum indu-
cet. Nõ enim ſi extra prouinciam bella geſſerimus, tot
impenſas patiemur: quod ſi in Atticam is irrueret, pa-
ti cogemur: quod profectò faciet, ſi Olynthios occu-
pauerit. Vi igitur cogit auditoris animum hoc enthy-
mema, & credere impellit. Ex capitibus igitur perſua-
dendi facultatem oriri dicebamus: vnde inuenta en-
thymemata oriũtur. Voluptas vero ex varietate ſche-
matum formarumq́; naſcitur. Aſpera enim vnius figu-
ræ oratio, ſatietatem parit. Contra vero ſuauitatem &
perſuaſionẽ, quæ varia eſt, & multis ſchematis diſtin-
cta oratio. Varietas, vt ait Euripides, omnium eſt vo-
luptas, quam quidem in hoc libro Hermogenes tra-
dit. Docet enim quomodo accuratè ornare, & inuẽta
enthymemata orationemq́; ſuauem ac dulcem redde-
re poſsimus. In primis prœmio vtitur, in quo idearũ,
id eſt, formarum cognitionẽ, ſiue dicere, ſiue quæ alio-
rum ſunt iudicare velimus, neceſſariã vobis eſſe oſtẽ-
dit. Nam etſi ingenio valemus, nihil tamẽ vtilitas in-
de ceperimus, niſi, quo rectè priſcos imitemur, artis
documenta noſcãtur. Deinde aperit, quod de vniuer-
ſali forma ſcriptũ eſt cõmentariũ, non de Demoſtheni-
ca, aut Platonica: & quod per Demoſthenicas oratio-
nes vniuerſam formã traditurus eſt, cum ille ſummus
orator mira varietate vtatur. Itẽ quod difficile eſt hu-
iuſcemodi formarũ miſtionẽ inuenire, inuentáq́; dice-
re. Itẽ quod nemo eorũ qui ante ipſum fuerunt, de for-
marũ generibꝰ rectè ſcripſit. Poſthæc quod ſeptẽ ſunt

formæ, quæ Demoſthenicam faciunt orationem: quarum hæ quidem generales, hæ uero ſpeciales: ex quibus quæq; oratio cõſtat. Item ex ſententia, methodo, dictionibus, ſchematibus, clauſula, numeroq;. Ad hęc etiam quæ orationis ſpecies facere poſſunt. Has itaq; reſumens, de quaque forma documenta tradit. Et in primis de dilucidıtate formæ ſeptem ſunt, dilucıditas, magnitudo, moralitas, generales ſunt: reliquæ vero quatuor ſpeciales & indiuiduę, ſicut uenuſtas, celeritas, ueritas, & grauitas. Quid etiam eſt forma, eſt qualitas orationis ſuppoſitis perſonis & rebus per ſenſa ac verba, & per vniuerſam denıq; harmoniã contextam vehementer accommodata.

FINIS.

Hermo-

HERMOGENIS TARSENSIS, PHILOSOPHI DE FORMIS ORATIONIS TOMVS PRIMVS.

SI QVID aliud oratori opus eſt, orationis formas cognoſcere, puto quàm maxime neceſſarium, & quid in ſe habent, & quomodo fiant. Etenim quæ aliena ſunt, ſcire diiudicare: & quæ bene ſe habeant, & quæ non, ſiue priſcorũ fuerint, ſiue iuniorum, non ſine ſcientia quæ de his eſt, fieri poteſt. Siquis etiam venuſtæ orationis autor eſſe uelit, longeq́; præſtantioris quàm illæ fuerint, quæ à priſcis iam literis traditæ ſunt, hac ſciẽtia maxime indigebit. Siue quis non nimis ſublimem & accuratam aſſequi ſtudeat, etſi optimo ſit ingenio, nulla tamen imitatio, nullaq́; experientia animi & exercitatio quæ ratione careat, eum uoti compotem facere poterit: quandoquidem hunc magis ingenii copia laſciuiaq; fallet, & ſine arte in quodcunq; inciderit, facilè corruet. Si quis autem hac ſententia fretus vtatur, cum priſcos imitari uoluerit, et ſi mediocris ſit ingenii, à termino tamen nunquàm aberrabit. Illud tunc uehementiſsimum, ſi quæ naturæ ſunt cum arte copulentur, mutuoq́; auxilio muniãtur. Hoc enim modo longè facilius quis rem aget. Verum illud diſciplinæ genus quod aliquo modo traditum eſt, non ab aliis, ſed à nobis cum ſit aſſequi tentandum eſt Contrà uero ingenioſi qui tales non ſunt, ſtudio & exercitatione ſuperabuntur. Quare cum ma

gna & neceſſaria ſit formarum cognitio,& his præſer-
tim qui hæc exercitatione comparare & iudicia bona
ſcire uolunt,hos quidem admirari non oportet, ſi nõ
facilè eam,nec talem quæ ſimplici quadam cõmenta-
tione indigeat inuenerimus. Poſtq̃ igitur non aliud
quidem vtilius facilè inueniri poteſt, profectò ſi quid
venuſta & pręſtanti oratione cæterisq; eius formis vti
lius & ſuauius hominibus oriri poſſet, ſummopere ad
miraremur. Quare cũ in hoc progredi,& de unoquoq;
horum doctrinã tradere debeam,in primis duntaxat
definiendo id faciã. Nec nobis de Platonis uel Demo
ſthenis oratione,nec de peculiari vtriuſq; figura,quo
niã de his in vltimo libro agetur, dicere eſt animus.
Itaq; nunc non de his,ſed ipſarũ quæq; ſeorſum præ
ponetur: & quid uenuſtas & quomodo fiat, & quid
aſperitas,quid ſimplicitas,ac reliquæ orationis formę,
ritè oſtendemus. Nos aũt eos in hac re ſequemur, qui
apud homines maxime approbati ſunt,eiuſq; rei fue-
re autores: quorum quidẽ cõmentatione admodum
indigemus. Atq; eum nos maxime ſequi neceſſe eſt,q
uaria oratione vſus eſt,& ex omni forma cõmiſta: cu-
ius exẽplo cæteras formas facilè oſtendere poterimus.
Eſt eni neceſſe ſiue has partes ſeorſim, ſiue per quãq;
ſpeciem oſtendamus, vnde & ex quibus quæq; conſti
tuatur oſtendere,& qualis,& quare talis: & de quaque
orationis forma diligentiſsime dicere. Item quæ mi-
ſtio,& quomodo admiſtis his quandoq; poetica, quã
doq; non, quandoq; laudatiua, quãdoq; deliberatiua
vel iudicialis, vel in vniuerſum talis, aut talis ſit ora-
tio. Solus eſt Demoſthenes, qui præ cæteris in oratio-
ne hac miſtura & varietate vſus eſt, nec alius quiſquã
vt mea fert opinio, præter eum. Hoc igitur duce, de
variis orationis formis dicendum eſt: cuius nemo me
thodum ac iudicium improbabit, niſi quod omnibus

in dicendo vti voluerit. At nos pleroſq; admiraturos idcirco arbitror: ſed id magis propter diſtinctam traditionē, quàm increpatione nos dignos exiſtimabūt, & maxime ſi quæ ſequuntur animaduerterint. Demoſthenes igitur quodcunq; caput in politica oratione delegerit, id accuratiſsime conſiderauit, ſeruauitq;, & qua miſtione indigeret, attendit: neq; quando conſultabat, deliberatiuam orationem à iudiciali & laudatiua diuidebat: nec quando quid aliud fecit, ſeiunxit vnquam. Quod non facile eſt inuenire illis, qui eum nō omnino ſequantur. His igitur orationis formis per inde atq; elementis vſus, orationis ſpecies in dicendo cōplexus eſt: cum vnum ſine alio minus commode tractare poſsit. Sed cum hoc inuenire quàm difficilimum eſſe mihi videatur, nihil tamen minus difficile, quàm inuenta dicere, & quid certi de his oſtendere. Nec ante me quiſquam in hunc uſque diem inuentus eſt, qui hæc tradiderit, quæ mihi cognoſcere licuit. Verum ſi qui, de his, quæ dicemus attigerunt, ſibi diffiſi ita perturbate quidem & confuſe ſcripſerunt, ut omnia potius confudiſſe quàm docuiſſe videantur. Præter hos alii apud alios de homine dicere quid uiſi, ſiue de venuſtate, ſiue de formarum orationis ſimplicitate, ſiue de Demoſthene & formis eius aliquid vobis oſtenderunt, ſiue de quaque oratione & proprietate, ſiue menſura in poematis vel proſa oratione diſſeruerint, omnibus profecto huiuſcemodi rebus nos indoctos ignaroſq; dimiſerūt. Quare hęc inuenire perdifficile eſt, & inuenta dilucide ac bono cum iudicio docere. Sed nō ex illorum inſitia hęc tradere opus eſt. Hęc igitur experiamur, ſecundū quam propoſuimus uiam. Si enim Demoſthenicę orationis principia ac tanquam elementa & quęcunq; in his ſunt, & quot, & qualia, & quomodo fiant, & quæ

mutua ipſorum miſtio, ac deniq; quid hunc & hunc miſtũ modum facit, diligenter oſtendere poterimus, breuiter de cæteris rhetorũ orationibus dicemus. Magnũ quidem negotiũ eſt aliter oſtendere oratorẽ, vbi negotiũ hic dabit argumentum: tu uero iudex non inuitus eſto. Quã ob rem Demoſthenicã orationem hęc faciunt, ſiquis vult in uno oĩa audire, dilucididitas ſcilicet & magnitudo, uenuſtas, celeritas, moralitas, ueritas grauitas. Nam tanq̃ unum hæc oĩa dico, perinde atq; affinia, ſimul coniuncta, ex quibus Demoſthenica cõſtat oratio. Harum vero formarũ aliquę in ſeipſis ſunt, & per ſe ipſæ ſe conſtituunt: aliquæ in ſe quaſdã alias formas cõplectuntur ſibi q̃ maxime conuenientes, ex quibus conſtãt: aliquæ vero aliqua ex parte de ſe cõmunicãt. In uniuerſum igitur, aliquę genera ſunt, quę ſuis ſpeciebus inferiorib⁹ præſunt: aliquę uero ab aliis ſeparatæ formis quamuis differant, aliqua tamen aliis formis impertiuntur: aliquę in ſeipſis manent, nullius adminiculo indigentes. Sed in ſequẽtibus quod dico clarius apparebit: quoniã ſecundum ipſarũ quanq; ritè progrediemur. Primum igitur ex quibus orationem conſtare conuenit, & ſine quibus aliquod orationum genus quandoq; non conſtat, dicendũ eſt, ut rem docilius proſequamur, quando aliquas inter ſe conuenire formas iam demonſtrauimus. Omnis enim oratio ſententiam habet, ac circa eam methodum atq; dictionem, qua iſtis aptatur, & quæ aliquã ſui proprietatem habeat. Item ſchemata, membra cõpoſitionem, clauſulã, & his ambabus numerum recte deductũ. Diuerſa enim orationis partium compoſitio, diuerſaq; terminatio, diuerſum numerum facit. Et cũ id obſcurũ ſit, exemplo aperiamus. Nanq; ſi ſuauitatem facere uoluerimus* ne ſententiæ quidem ſuaues erunt, quæ mythicæ & his conſimiles quædam aliæ: de quibus in ſuaui

*οὐκοῦν περι/ σωομένως

tate orationis poſtremo dicemus: ſed ſententiæ quidē ipſæ. Methodi autem eſt prædeducere & cum expoſitione ipſa præcurrere, ſed nō ex ſuppoſitione uel aliquo alio modo. Dictio uero per epitheta & quæcunq; uehemens & poetica: neque interciſa, neq; lata natura: item quæ puritatis ſunt omnes, dictionis rurſus eſſe uidentur: ſchemata uero quæ ſecundum rectitudinem ut plurimum, & quæ* ſine inuerſione: membra quæ paruo commatico maiora, & quæ ipſa cōmatica Compoſitio magis ſecundum partes orationis, quæ diſſoluta per talē dictionē, neq; omnino diſiuncta. Oportet enim ſecundum numerum, ſuauitatem habere uoluptatis: ſecūdum uero baſes quæcunq; dactilica ſint & anapeſtica. Sed qui de numeris & compoſitione dicturus eſt, de ſyllabis & elementis tractare cogetur: quandoquidē ex his & clauſula numerus conſtat: quod manifeſtius erit ex his quę poſt iſta dicentur. Itaq; cōpoſitio quidem ipſa ſuauiſſima, clauſula magis conueniens, numerus uero tanquam ſpecies aliqua compoſitionem talem & clauſulam ſequitur, cum aliud quid ita exiſtat præter iſta, ſicut in domicilio, uel nauigio diuerſa lapidum lignorumq; hoc uel illo modo ad finem uſq; compoſitorū. Species aliud quid pręter cōpoſitionē clauſulamq; eſſe uidetur Omnes igitur orationis ſpecies in his cōſiderantur, & per hæc fiunt ſententiam ſcilicet methodum, dictionē, ſchema, mēbrum, compoſitionem, clauſulam, & numerum. Quibus quidem oībus diluciditatem indigere, non ignoro. Nec ſatis certum eſt, quomodo tales fieri poſſint, per exempla: ſi proponantur, fateor his opus eſſe exēplis: ſi etiam nunc exempla ponantur, ne certum quidem fieri de quo oratio conſtet, adhuc concedemus. Quod ſi nunc & hic, & ſecundum vnumquodq; prædictorum exempla ponantur, prolixior erit propter

affimātis eſt in Græco codice. Nā poſtea Hermogenes dicit fabulas ſententias habere ſuaues.

* χωρὶς ἐπεμβολῆς, ſine interiectione.

ὅταν μεταξὺ τῆς ἀκολουθίας, ἔξωθέν τι ἐπεμβάλλῃ, inquit, ſcholaſtices: quādo inter ſequentia exterius aliquid inſeritur.

hoc oratio, & non immerito plurium confuſio ſubſe-quetur. Verũ nunc non de ſuauitate dicere decreuera mus, de qua poſtremo breuiter diligenterq́; dicemus: ſed de quibuſq; dicere, vnde quæq; orationis ſpecies oriatur: ut ab his ocilius incipientes, quæ ſequentur, facilius proſequi videamur Cum hęc ita ſeſe habeant, omnisq́; orationum forma per prædicta conſtitua-tur, diligenter ac ſummatim de omnibus quæ vnius ſpeciei proprietatem faciant, vtputa de ſententia, me-thodo, dictione & reliquis, dicere eſt q̃ difficilimum. Quin etiam magis impoſſibile penes quempiam pri-ſcoꝝ inuenire, & abundare cuiuſq; formę propriis, & quod tale ac tale ipſoꝝ, vnũq́; eſſe cõueniebat. Quod ſi facerem, eriperem ab oratione rhetorem. Non enim ſecundum iſta, aliqua prædictoꝝ forma magis abun-dabit, ſed parte aliqua iam ſpecie vnius magis reliquis vſurus, cum *peribole, id eſt, circuitione dicet, quare hoc fecerit. Sed cum de magnitudine dicetur, à nobis breuiter & de peribole referetur. Hac igitur quæ mini ma eſt ſpecies & pars vnius formæ, plus reliquis vſu-rus cæteris omnibus, ſecundum dignitatem ipſe diſtri bues. Nam ſublimes ſplendidasq́; ſententias, metho-dis, ſchematibus, & aliquibus aliis attenuabis. Contra vero minima & parua per hæc eadẽ efferes, & quæq; alia miſcebis nõ propriis ipſarum partibus, ſed diſtin-guens ac varians orationem, ſic ipſi omnia accõmoda bis, vt ex variis vnum totũ confici videatur. Omnes enim formę inter ſe aptate ita conſentient, vt ex oibus pulchris, vna hęc pulcherrima ſpecies Demoſthenicã orationem honeſtet ac tueatur. Quare apud priſcoꝝ neminem id ipſum inuenire licebat: quoniam naturæ quidem error eſt, vniformem & nõ variam facere ora tionẽ. In aliquo enim magis abundabant illi, ex quo talem ac talem cuiq; orationem facere contigit. Dico

*περιβολὴ, q̃ paulo poſt cõprehenſione interpretatur.

autem ꝗ ſuperabundabant,non ꝗa pluribus vtebanť, quę vnamquãq; formam fecerunt, vtputa methodo, ſchemate:cõpoſitione,clauſula,& ſimilibus:ſed quod dicam tale eſt,ꝗ̃ maxime propriis cuiuſq; formæ potiſ ſimum vti,quod quidem formam vt plurimum facit. Superabundare autem hoc erat,quę ſpeciei ſunt potiſ ſimis vti.Quod fit cum hæc aliquis prætermittit cęte ris vtens omnibus,etiam ſi illis abundet Inferior er/go erit ſpeciei illius oratio,cuius non erant propria,q/bus eſt vſus.De facultate itaq; dicendum eſt,quę ora/tionis ſpeciem facere poſſunt In quibus primũ ac po/tiſſimum eſt vbiq;,ſententia:deinde dictio,mox ſche ma tertium,quod dictionis eſt. Poſtꝗ̃ illud quod eſt ſententiæ,quod quidem erat methodus,quartum di/co:non ſecundũ potentiam in grauitate,vbi prima au ferre periculoſum eſt,vt in capitulo de grauitate mani feſtius erit. Compoſitio autem & clauſula fit vltima. Fieri fortaſſe poſſunt interdũ non nouiſſima,in poeſi præſertim. Alterum enim ſine altero vel parum, vel nihil ad ſpeciem confert orationis. Cæterum mutuo cum numero coniuncta plurimum Quinetiam nobi/ſcum muſicorum pueri dubitarent ſi iſta ante ſenten/tiam ponenda ſunt Dicunt enim numerų per ſeipſum omnino ſine articulata voce eſſe poſſe flexibilẽ, quan doquidem non vna orationum forma eſt. Ad facien/das dulces ſententias prę cęteris in oratione panegy/rica,numeros idoneos eſſe ferunt:contra vero ad tri/ſtes effingendas nulla magis quàm miſerabilis oratio. Magis enim quàm cętera omnia vehementem oratio nem animum mouere poſſe aiunt De omnibus au/tem quæ ſequuntur,in vniuerſum nobis verba dede/runt. Nos in eos verba non faciemus, ne tempus conteramus. At ſit quidem numerus, ſi quis velit, primus,aut ſi vult vltimus,aut etiam medius prædi/

ctorum, ego autem quales pleriq; ſint numeri, & qui ſint cuiuſque formæ proprii,& quatenus pedeſtri dictioni aliquem numerum accommodare conueniat, etiamſi non recinamus,me demonſtraturū polliceor. Quod ſi etiam hic numeri eandem uim habebunt, quam in cætera muſica, ponentur primum: quod ſi non tantum poterunt,à nobis pro iudicio noſtro ordinabuntur,& uim habebunt. Fateor etiam quandoque numerum ad hanc uel hanc orationem faciendá multum conferre,at non tantum quantum illi dicunt. Breuibus igitur prædicta reſumentes, ad inſtitutū de formis ſermonem reuertemur. Quædá enim ſunt quę orationis formas faciunt:& quæ huiuſmodi uis ſit, & quibus Demoſthenica oratio conſtet, & qua ratione hunc uirum proponendū & eligendū iudicamus,iam dictum eſt. Poſtq̄ autem ipſam ſeparatim per ſe ipſam inuenire non licet,neq; unam editam perfectam formam,niſi alicuius opus quis formam uelit appellare, ut Platonicam,Demoſthenicam: ac poſtquàm ipſam per ſeipſam,ut dicebam, uenuſtatem uel aliquá aliam apud priſcorum quempiam inueniri nō poſſe putant, neq; miſtionem orationis, neq; cæterarum quid pulchrè cognoſci uel fieri contingit, niſi prius hæc ſingula cognoſcantur, ex quibus facta eſt uel fit miſtio, ut albi,nigriq; natura, ex quibus fuſcus color, ſi miſceantur,oritur. Cum hęc ita ſeſe habeant,hos omnes harum autores (Demoſthenem enim dico ac Platonē, Xenophontem cæteroſq; alios,qui in hęc orationis elementa uenĕre)ſeorſim conſiderare,ac de ſingulis ſeparatim tractare neceſſe eſt. Facile enim eſt his qui hinc emerſerunt de illis dicere,ſublimesq; eorum cognoſcere miſtiones,atq; his uiſis,ſiue q̄s priſcos uelit,ſiue iuniores,inquirere & imitari facilè poterit. Proinde formas uideamus, ex quibus Demoſthenicam

orationem conſtare dicebamus: deinde quæ ipſis cõ-
ueniunt,& conſummatas reddunt videntes, diſtinctũ
quid & purũ erit, quid de vnaquaq; dici poterit. Formæ igitur tales ſunt, dilucitas, magnitudo, venuſtas, celeritas, moralitas, veritas, & grauitas: de quibus dicendum eſt. Et de dilucitate in primis, deq; formis quæ ipſam faciunt. Admirari autem non oportet, ſi quæ, formæ cum aliis aliquid communicare inueniuntur vel in ſententia, vel in dictione, vel in aliqua quauis re: vt cum ſimplicitate puritas, in rectitudinis ſchemate quibuſdamq; aliis Vt, Sannion quidã choros tragicos alicubi docet. Hoc enim purum eſt & ſimplex. Item aſperitas & vehementia cõmunes ſententias habent. Increpationes enim quæ aſperitas formæ ſunt, vehementiam ac vigorem faciunt, quando mẽbro & ſchemate longo pronuntiantur. Item ſplendor & uigor inter ſeſe communicant, quod non eſt admiratione dignum: cum in uniuerſum quæq; forma cũ aliis aliquid cõmunicare inueniatur. Non enim hoc aliquam formã prohibet, quin partes habeat alicuius eſſentiæ differentes, aliis ſæpe conſimiles. Vt homo, qui totus uniuerſus aliud quiddã eſt à cæteris animãtibus: cęterũ eum eſſe mortalẽ, multis communicatur: ac rationali differentia, quadantenus cũ Diis aliquid habet commune. Ac hoc à principio ſtatim definiuimus, formas aliquas eſſe, quæ cũ aliis quid commune habere videantur. Sed de his hactenus. Nũc vero ad dilucitatis rationem accedamus, quam idcirco primam ponimus, quia cuiq; orationi eſt quàm maximè neceſſaria. Sicut contrà eſt obſcuritas: huic purum accidit, & quod miſtione caret.

De delucidita te cui ſubiecta eſt puritas & elegantia ſiue immiſtio.

DIlucidítatem orationis elegantia facit & puritas. Purus ſermo ex omnibus ferè prædictis conſtat: ſententia, methodo, dictione, & reliquis. Elegantia vt plurimum circa methodum verſatur, quãuis aliquid aliud ipſam faciat. Sed prius de puritate dicendum, cui contraria eſt peribole, ideſt, comprehenſio in aliqua quidem re, non tamen in omnibus De qua in capitulo de magnitudine & dignitate dicemus.

De ſententiis puritatis

SEntentiæ puræ ſunt, quæ omnium cõmunes ac familiares, & quæ apertæ ac notæ à ſeipſis prouenire videntur: nihil profundi, nihil *ſubintellecti perplexiq; habentes. Qualis illa, Sannion quis eſt alicubi tragicos choros docens. Item hoc modo: Hi triginta talenta à Lacedæmoniis in Piræo mutuo accepiſſe dicuntur. Has igitur ſententias per ſe intelligere oportet, & non quorũ cauſa accipiũtur. Quod ſiquid ſubintelligamus, puræ non ſunt Itaq; puriſsimæ erunt, ſi ſecundũ ſeipſas cõſiderẽtur. Illæ quidẽ ferè omnino ſunt puræ gratia *epiboles: hoc modo: Germanas habemus vxores. Et illud, Particeps ſum debiti huius o Athenienſes. Multa igitur in priuatis purarum ſentẽtiarum ſunt exempla: non pauca quidẽ & in publicis.

Iuxta ſcholiaſten, Neq; ex dicentis opinione, aut ex cogitatiõe aliqd aſſumẽs.

*ἐπιβολῆς, id eſt, adiectiõis τοῦ ἐςι τοῦ ἐπιχειρήματος.

De methodo puritatis.

PVritatis methodus vna ferè eſt. Nanq; oratio pura fit, quando tenue negotium quis narrat, & à tenui incipiens, nihil extrinſecus aſſumit. Vtpute, genus in ſpeciem aſſumens, vel totum in partẽ, vel infinitũ finito, vel iudiciũ iudicum, vel negotii qualitatẽ, vel ad aliud differentiã, vel quid ſimile Nã hæc omnia complectitur, & ſunt ſententiæ ipſę periboles, ideſt, cõprehenſionis quæ eſt cõtraria puritati. Complectitur etiã quęcunq; negotiũ ſequuntur, ſi aſſumantur, vt locus, vel tẽpus, vel perſona, vel modus, vel cauſa, vel aliqd

tale. Quibus quidē omnibus puram narrationē exemptam ac liberā eſſe opus eſt per methodū, vel his omnibus, vel ita vt nihil horū ante ipſum negotiū conſtituatur. Poſtquā hęc quis aſſumpſerit, vel aliquid horum, facere etiam pōt per alia quæ puritatē faciunt, vt oratio pura videatur: vt per ſchemata, dictiones, & reliqua. Videbitur enim pure dicere, nō tamen ſic vere dicet, quia nihil minus cōprehendit, quod quidē in his quæ apud oratorē Demoſthenē maxima ſunt videre contingit: Poſtquā iniuriis affectus ſum o Athenienſes, & hæc à Conone paſſus, & alia quæ ſequuntur, & oīa ferè prędicta exēpla, omnino gratia epibòles accedunt. A' tenuibus rebus inchoat, quæ puritatis ſimplicitatisq; ſpeciē habent: q̄ quidē vbicunq; dicantur peribolen, ideſt, comprehenſionem efficiēt latentem. Ex his igitur patet, quod aliqua oratio pura eſſe videtur, non quidem talis eſſentialiter exiſtens: methodi quidem puræ eſt expoſitiue, & nō aliter res inducere. Nam methodus, vt arbitror, quędā eſt expoſitio, & non ſchema, vt pluriq; putant. Poſtquā aliquid multis ſchematibus expoſueris, vel per rectū, vel per obliquum, vel per ſimplex, uel per complexū, uel in genere per alia ſchemata, expoſitio eſt. Nam quæ eſſentialiter ſunt ſchemata, ex aliis ſchematibus fieri non contingit: eſſet igitur methodus quędam & expoſitio, Siue igitur methodus ſit, ſiue ſchema, uidere id oportet, quoniā id puritati conducit. Proinde has ſententias & methodos puritatis inuenimus.

De dictionibus puritatis.

PVra dictio eſt, quę cōmunis, & omnibus familiaris, non traslata; neq; per ſe aſpera, ut ἀτραπὸς, hoc modo: προσέβη τραχεῖαν ἀτραπὸν, ideſt, ibat aſperā uiam. Et illud, κατεσθίων κατέφαγε, ideſt, comedens comedebat, Et illud, ἐκνευρισμένοι, ideſt, eneruati.

Et illud, πεπρακὼς ἑαυτὸν, ideſt, vendens ſeipſum. Et illud, περικόπτων καὶ λωποδυτῶν τὴν ἑλλάδα καὶ ἁρπάζων, ideſt, circuncidens & ſpolians Græciã & rapiens. Hæc enim omnia & ſimilia manifeſta. Eſt enim magnitudo quæ hæc quoquo modo, non tamen plura habet. Ex quo multis ipſorũ aliqua claritate opus eſt, vt illud, ἔκνει ἀνεισμένοι indiguit hoc, περιηρημένοι χρήματα συμμάχους, ad claritatem conficiendam. Sed magnã dictionum puritatem apud Iſocratem intueri licet.

De ſchemate puritatis.

SChema puritatis eſt rectitudo, hoc modo: Ego Athenienſes repreſsi hominẽ malum & mihi infenſum. Oportet autem, vt dicebam, aliquanto prius hæc ſingula videre, ex quibus oratio cõſtat: ſicut hic ſchema ſolum videre opus, ſi purum eſt: ſed nõ quæ deinceps dicta ſunt. Non enim illa orationẽ in ſeipſa puram permanere permittebant. Talia ſunt & prædicta. Vt illud, Sannion eſt. Et illud, Sorores habemus vxores, & cætera. Rectitudo igitur ſchema eſt, quodcunq; in ſeipſo purum eſt, cæterũ argumentum eſt. Si vero obliquæ exponatur, eſt omnino peribole, ideſt, comprehenſio. Nã alienas ſententias obliqua allicit oratio. Et ſicut obliquum recto ſchemati contrarium, ita & comprehenſio puritati, tota ſpecies toti orationis ſpeciei contraria. Quod hinc facilius patebit. Erat enim Candaulis: &, Crœſus erat, & ſimilia, ſic quidẽ ſecundum rectitudinẽ illata, puram ac claram orationem reddunt. Si autem obliquè, non talia erunt: hoc modo: Crœſo exiſtente: &, Candaule exiſtente ſi dixeris, turbatio quędam orietur ſtatim, eo quod alium ſenſum ſubſequi opus eſt. Præteria circunſcriptio totius ſententiæ longa, non admodum etiã erit aperta: hoc modo: Crœſo exiſtente Lydo quidẽ genere, filio autem Allyati, tyranno gentiũ quę Alyn fluuiũ acco-

ſunt. Vides quomodo adhuc ſententia pendet? Sed & magis hoc faciendũ puto, ſi & quæ ſequuntur quis eodem ſchemate enunciaret. Hoc quidẽ non in recti-tudine erat, ſed ſententiæ in ſeipſis circunſcriptæ & comprehenſæ ſecundũ breuitatem deſinebant: hoc modo: Crœſus erat Lydus quidẽ genere, filius Allyati, tyrannus aũt gentium. In vniuerſum igitur omne ſchema à comprehenſione liberum, purũ facit orationem. Deinde ſi dicatur, Poſtquã enim non conſtituto principe chori Hoc & ſententia & ſchemate cõplicitum eſt & cõprehenſum. Si velis ſchemata puritatis interponere, & hoc ſecundũ ſententiam cõprehenſum & complexu non aufert: quanquã hoc quidem valde ſecundum ea quæ ſequuntur: hoc modo: Tertius hic annus, Pandionis tribus chori principẽ non habuit: aderat autẽ concio, princeps vero præcones ſortiebatur: ſermones fiebãt & conuitia. Et in vniuerſum quis omnia pariter circunſcribens, ſi ſenſa dicat, clarius & non cõplexe dicet, non habens magnitudinem aliquã nec tonum in dictione tãtũ, & his quæ ad ipſam pertinent ad faciendã orationẽ. Quare huius diſciplinę modũ admirari non oportet, ſi prius aliquid de cõprehenſione docearis: cũ apud doctos de ipſa diſputare videar. Non enim aliter quid de his docere licet, non quidem etiamſi aliunde incipimus aliquando, ſed non queadmodũ nunc à dilucidítate. Omnes enim ferè orationis formæ inuicem vnà inueniuntur, & manifeſtæ fiunt vel per ablationẽ & ſeparationem, ſicut, hic fecimus cum dicebamus, ſchemata pura eſſe quæcunq; cõprehenſione careant: vel per appoſitionem, vt cum dicebamus, dilucidítatẽ ex puritate & bona iudicatione conſtare. Sed de his nemo dixit: de comprehenſione autẽ à nobis ſuo loco dicetur. Nunc illuc, vnde digreſsi ſumus, redeamus. Con-

tratium etiam puritati eſt hyperbaton, quod in ipſa fu
gere oportet.

De membris puritatis.

POſt ſchemata puritatis de membris eſt rite dicẽ
dum. Ex prædictis conſtat qualia hæc eſſe de-
bent: quod breuia ſcilicet & conciſa, & quæ per
ſe ſententias efficiant. Longa enim membra & perio-
di non puræ ſunt orationis.

De compoſitione puritatis orationis.

COmpoſitio pura, primum quidem ſimplex eſt, &
nihil de colliſione vocalium curat: quod in fuca-
ta magis, quàm in ſimplici & pura oratione attendi-
tur. Deinde conuenientia proſæ orationis eſt, vt iam-
bica quędam & trochaica Minus enim hæc in tumo
rem & grauitatem attollitur, ut hoc, Ἐγὼ γὰρ ὦ ἀθηναῖοι
προσέκρουσα ἀνθρώπῳ πονηρῷ καὶ φιλαπεχθήμονι, id eſt,
Ego o Athenienſes repreſsi hominem malũ & infen-
ſum. Non oportet hic quid accurati quærere, quoniá
non fieri poteſt: ſed hoc ſufficiat, quàm primũ & ma-
xime in principiis membrorum tales pedes eſſe debe
re: & plures inuenire opus eſt per vniuerſam orationis
compoſitioné, trochæos & iambos, dactylis anapęſtis
cęteriſq; ſimilibus longè inferiores. Quin etiá paſsim
quoſdam alios his pedes admiſcere decet, ne perfecte
menſurata fiat oratio: ſed aliquid menſuræ habeat. Et
aliquid, inquam, naturalis habeat, ne omnino vbiq;
menſura ſit. Numerus etiá in oratione pedeſtri, quem
hæc compoſitio facit, cum clauſula nihil habet. Aut
enim menſuram aut non menſurá eſſe oportet: & mẽ
ſuram quidẽ talem ſecundum talem ſpeciem oratio-
nis, ac talem ſecundum talem: ſicut hic iambicam &
trochaicam eſſe opus eſt, vt hoc, ἀςγεχτάας ἐχλω. Et qui
dem ſymphora vſus eſt, nam habet breuem menſuræ
confuſionem: cum in hoc ἀςγεχτάας, ας ſyllaba longa

exiſtat. Hoc autem ſiquis delectatur, puram menſurã trochaicam, tetrametrã & catalecticam inueniet. Sed de compoſitione puritatis hactenus.

De clauſula puritatis.

Clauſula quidem ex ſupradictis facilè patebit, quæ compoſitioni pro neceſsitate ſimilis eſſe debet. Ex iambica quadã trochaicaq́; menſura hæc oratio inſtituitur, quæ in trochaicam aliquã vel iambicã deſinet. Quales ſunt trochaicarũ iambicarumq́; menſuræ, talis profecto fiet & numerus. Interea enim, vt dicebam, in pedeſtri oratione numerum pro natura menſuræ, vel non menſuræ eſſe opus eſt. Sed accurate, vt dicebã, orationi hãc puritatis clauſulã ineſſe opus eſt. Videre etiã oportet quod hæc omnia cõpoſitio eſt quæ ſecũdum pedes incedit: non enim etiã hæc alia. Praeterea clauſula, & quod ex his ambabus vnum quiddã perfectum, ſcilicet numerus oritur, quanquã moleſta illa quidẽ vſq; adeo, tamen nobis attendenda, vt breuia nimiũ cõprehenſa ad puritatem ſpectent. Cõprehendit enim aliquid, etſi illud breue. Idem ferè & in alijs proprietatibus multis, etſi non in omnibus contingit. Quod etiam ſtatim à principio, vbi de muſicis mentionem feci, teſtatus ſum: quod minus quàm alia quæ orationis genera faciunt, in ipſis & clauſulæ, & numeri valent, & per Iouem etiã per pedes deducta cõpoſitio. Vniuerſam enim formarum potẽtiam ſententiæ dictionesq́; habent, & methodi, mẽbra, & ſchemata. Poſſunt etiam aliquid facere, numerus, & clauſula, & compoſitio: & in aliquibus formis hæc ipſa plurimũ poſſunt, ut in pulchra, fucataq́; oratione. Sed hæc manifeſtius erit, cum de pulchritudine dicemus. In poeſi numerus & clauſula nimiũ poſſunt. Præter hæc nihil eſt vltra quærendum, vt omnes minime latere arbitror. De puritate itaq; hæc dicta ſufficiant.

Recapitulatio puritatis & partium eius.

SEntentiæ,omnibus communes, ac nihil habentes quod aliis ſit obſcurum Methodus, quãdo quis ex ipſo negotio tenuiter incipit, ac nihil extrinſecus aſſumptũ eſt: vt genus ſpeciei, vel totum parti, vel infinitum finito, vel negotii qualitas. Dictio, quæ nõ tranſlata, ſed communis, & omnibus familiaris, & quæ nõ per ſe aſpera. Schema, ſecundũ rectitudinem caſibus introductum. Mẽbra, quæ breuia & conciſa, ac etiam quæ per ſe ipſa ſententiã perficiant. Cõpoſitio, quæ nihil curet, nec uocaliũ colliſionem attendat: itẽ quæ iambica & trochaica. Clauſula, iambica, trochaica, vel ſimilium deſinentia. Numerus, quãdo ſermo aliquas habet menſuras, ne vbiq; quidẽ menſuratus.

De elegantia, orationibus, & partibus eius.

ELegãtia vero habet aliqua, quæ ſuapte natura dilucíditatem efficiũt, & puritatis ferè potiſsima adiutrix eſt, ad id quod illa efficere voluerit. Puritas enĩ clarã vult facere orationẽ, hæc vero, ſi quid contrarii neceſsitate quadã patiatur puritas, quãdoquidẽ multi circa orationẽ errores, corrigit. Et vt plurimũ, quod dixi, circa methodũ verſatur. Si enim elegantię eſt diſponere, quid primum, quid ſecundum ab aduerſariis petere oporteat, quidnam aliud methodus erit? Non enim ſi grauiter quid faciat, quando dicit, de quibus conuenit ciuitati orationem habere apud legatum: & primum, quæ ſibi commiſſa nunciarit: deinde in quæ incidit, & quæ ſequuntur, non hoc nunc conſiderandum. Sed quoniam tum propter grauitatem negotia erat confuſurus, ordinemq; in ipſis peruerſurus, tamẽ dicendo quẽadmodum ille ipſe volebat, per methodum claritatẽ induxit: hoc non prius illo dicẽdo, etſi prius erat illud hoc, ſępenumero clariorẽ ſimul & maioris vis fecit orationem. vt illud, Vos primum omniũ

audire

audire ac diſcere oportet, quid illud tandem ſit, quod effecerit, ut Cheronneſum tuto poſsideatis, & quod Thraces inter ſe diffideant. Erat enim obſcurum ipſi quod approbatum erat, ſi Charidemum primum calumniatus eſſet quod Cerſobleptæ imperiū paraſſet. Deinde ſic induxit hoc, quid illud tandem eſt quod effecit, ut Cheronneſum tuto poſsideatis? Nunc autē cum hoc illo prius poſuerit ſtatim in prooemio, quoniam hoc ſibi ſtudium eſt, quo tuto Cheronneſum habeant, & nō repreſsi iterum ea priuentur. Ac poſt hæc ſtatim à principio cum hoc aperuiſſet per approbationem, poſſeſsionis ſecuritatem in Thracum diſsidio elegantem ſtatim & claram fecit orationem. Quod vero etiam maiorem habeat uim, alibi dicetur. Quemadmodum igitur dicebam, elegantia ut plurimum in his verſatur, ſed ex aliis ſæpe etiam conficitur.

De ſententiis elegantiæ.

Sententiæ elegantes ſunt, quę cōſtitutiuæ ſunt omnes, & quę in principia orationem reducunt: hoc modo: Neceſſe eſt Athenienſes & minime abſurdum fortaſſe, ſicut temporibus illis negotia ſeſe habebant, ita uobis in memoriā reuocare, ut hoc tempore quæq; conſideretis. Etenim conſtituit quæ dici debebant, & in illis ipſis ordinem: hoc modo: Tria vobis à me nunc oſtendi par eſt, qui hæc omnia noui. Vnum quidem, quomodo præter leges decretū dicatur. Secūdum, quomodo id inutile ciuitati. Tertiū quomodo id indignus eſt aſſequi Charidemus. Horum omniū uobis qui audituri eſtis optio datur, quid primū, quid ſecundum, vel quid ultimū audire velitis. Deinde induxit, Quoniā de eo quod pręter leges factum eſt, primū audire vultis, id primum dicemus. Sæpe aūt hoc teſtati ſumus, quod nihil eorum quæ dicta ſint, accuſare oportet, etiamſi aliud quiddā eſt vnà cum elegan

tia. Etenim hic multũ grauitatis: ſed de illa nunc non eſt dicendum. Completæ autem ſententiæ ac methodi, elegantem faciunt orationẽ, dum præterita ſinunt, & eorũ quæ dicenda ſunt aliquas habent inſtitutiões, ex quibus in principiũ oratio deducatur: hoc modo: Vnum igitur hoc ciuile negotium quod huius eſt iuuenis, alterum vero recordamini Deinde à principio ſic cœpit oratio, Quando enim Bizantium miſit *Philippus*, vt Pithona conſuleret, & quæ ſequuntur. Et rurſus, Non igitur ſolũ ne Leucos iniuriis afficiat conſiderare opus eſt: ſed ſiquis alius de nobis bene *meritus*, & quæ ſequuntur. Et multa huius exempla. Hæc igitur ſunt elegantiæ ſententiæ.

De methodis puritatis.

Methodi autem ſunt, quæ prædictæ, ac etiam pro natura rerum vti ratione: ac ſi prima primo ponantur, & ſecunda ſecundo, & nonnulla horum ſimilia, qualia apud Iſocratem multa. Non autem grauis formæ iſta, ne Demoſthenicæ quidem. Quomodo autem igitur rhetor hæc aliter ſępe fecerit quæ elegantiæ ſunt, & horum commiſtionem complectuntur, quẽadmodum paulo antè oſtendimus. Contingit autem quandoque grauiſsimum eſſe, ſi præſens ordo rebus ſeruetur. Quod planius extabit, cum de methodo grauitatis agetur. Quinetiam ex natura rerum hoc elegans eſt, ſi obiectiones ſolutionibus anteponantur. Quod ab Iſocrate ferè ſemper obſeruatur, *ſed à rhetore* non ſemper. At alia quæque ordine ponet. Atque ſicut ſibi commodum eſt, primum, vel ſecundum, uel medium, ita ſoluit obiectiones: quandoque ſolutiones preponet, quandoque inferet, quandoque medias interponet. Sed de obiectione inducenda, in methodo breuitatis nobis breuiter agetur. Quare tales ſunt elegantiæ methodi.

De dictione & ſchemate elegantiæ.

ELegantiæ dictio eſt quę pura,& ſchema eius quod per ſummã aggerationem terminatur:hoc modo: Hic duo dixit, hoc quidẽ & hoc. Neq; enim quęſiuit auditor plura,q̃ duo . Et ſecundũ quod dicendũ erat, ipſe præuidit:& de quo ſummatim dixit, ipſe præiudicauit. Huiuſcemodi aũt ſunt, ſchemata, diuiſio, & enumeratio. Huic vero & alia ſenſa allicere, perplexã facit orationẽ,Cum actor oſtendere cœperit auditoribus,quid ſequitur, & quod aliud quid ſenſum ſuccedit,ſtatim totum præiudicant. Nã ſi dicatur quidem hoc eſt,primũ, continuo præiudicant quod & ſecundum aliquid dicẽdũ eſt.Cum aũt & hoc,O' uiri Athenienſes eos qui dicerẽt,facere oporteret,& quæ ſequũtur,facilè expectant quouſq; uinculũ diſſoluatur. Elegantiæ igitur hęc ſunt. Itẽ per ſchema elegans fit oratio,cum his qui dicit,ſeipſum interrogat: deinde paulo poſt reſpondet per interuallũ aliquod:hoc modo: Cuius igitur cauſa hęc dicuntur? Et rurſus:Quomodo igitur? Et rurſus: Propter quid? & ſimilia,quibus in oratione in Ariſtocratẽ vehementer uſus eſt : & dum id quod præter leges geſtum ſit,quęrit neceſſario vtitur. Vbi maxima diluciditate opus eſt orationi , quando ita locus ille requirit.Item ſuperiorum repetitiones elegantiæ ac dilucíditati ualde conferunt . Nã cum aliquod ſchema propoſueris eorum quæ alia ſenſa trahant, & cum ſubinde alia ſenſa inferre coactus eris, priuſquàm id quod ſequitur oſtendas, reſumere ac diſcernere opus eſt,ne tibi incerta & confuſa fiat oratio, vt Demoſthenes facere conſueuit. Philippi uires percurrere ,ac per hanc orationẽ quę à uobis fieri debeãt adhortari,hoc nõ pulchre fieri arbitror: quare aiunt? quia propter hoc & hoc. Et cũ multa dicat quæ propoſitionem approbent,ſequens nõ ſtatim induxit, quod

ſeorſum ab his vnum erat. Incerta enim obſcuraq; ſic oratio,non apparentis conſecutionis fiet. Reſumens igitur & primu dicens ſic, Hæc igitur omittã : deinde ſic inferens,quod ſeorſum ab his vnũ, elegantẽ & certam fecit orationẽ. Item in oratione aduerſus Aeſchinẽ,cuius igitur cauſa hæc dico? Vnius quidẽ o' Athenienſes maximè ac primi,ut nemo veſtrũ ſi me contra dicentẽ audiat,admiretur. Deinde multa inferẽs quæ cõplent orationẽ neceſſario vtitur reſumptione, ut claritatem inducat. Primi igitur huius & maximè cuius cauſa dicendo proſequar. Secundo aũt cuius? & nullo hoc inferior. Multa huiuſcemodi exempla apud eum virum inuenies. Sed hactenus de ſchemate elegantię.

De membris,compoſitione,clauſula,ac numeris elegantiæ.

MEmbra,compoſitiones,clauſulę,numeriq; elegantiæ,idem ferè ſunt qui & puritatis. Hęc autem omnia de dilucidıtate cognoſci debent. Quinetiam dicere auſim,quod oratio nunquàm dilucida fiet,ſi hęc aut aliquid horum non habuerit, quæ puritatem elegantiamq; faciunt. Contraria vero elegantiæ cõmiſſio, quę fit quãdo remotis his quę elegãtiã faciunt cõplexam quidem & refectã quis facit orationem. Nam hæc orationis eſt uitium. Nec ſimpliciter obſcuritas uitium eſt orationis,quando & emphaſis; hoc modo: οἱ δὲ συνεπιόντες ὅτου δή ποτε ἕνεκα Sino igitur hoc. Etiam figuratæ quæſtiones non clare res dicunt, & non ſecundum vitium procedere iam dicemus,nec orationis dicemus omne uitium. Poſthanc & de magnitudine dicendum : quoniam claritas aliqua magnitudine & pondere indiget. Sed claritati nimium conuenit expeditum humileq;,quod eſt magnitudini omnino contrarium.

De dignitate & magnitudine orationis.

POſt diluciditatem, de magnitudine orationis dicendũ eſt : quoniã diluciditati magnitudinem, dignitatem, & acrimoniam aliquã ineſſe neceſſe eſt. Quamuis modeſtum admodum diluciditati conuenit, quod eſt magnitudini contrarium. Rhetor aũt, vt arbitror, cum cognoſceret omnino dilucidam oportere eſſe orationem ciuilem, his ubiq; uſus eſt quæ diluciditatẽ faciunt. Atq; ne id periculum ſubiret, ut huius cauſa ſibi oratio in humilitatem incideret, ei quæ magnitudinẽ faciunt, admiſcuit: & cõprehenſione diuerſimodẽ abundauit: quod quare fecerit, cum de cõprehenſione agetur, planius oſtendetur. Nunc aũt primum de magnitudine, deq; his quæ magnitudinẽ faciunt, dicere neceſſe eſt, ex quibus cõprehenſio una eſt. Magnitudinẽ igitur & acrimoniam orationiſq; dignitatem hæ formę faciunt, uenuſtas, comprehenſio, aſperitas, ſplendor, uigor, ac deniq; uehementia parũ ab aſperitate ſemota, ut cũ de ipſa agetur, manifeſtius erit. Ex his uenuſtas in ſe ipſa eſt, ſimiliter etiã & comprehenſio. Cæterę uero omnes, partim ſeſe cõplectuntur, partim rurſus non cõplectuntur: aliqua ex parte inter ſe cõmunicant, & aliqua ex parte differunt: quare de venuſtate primũ dicetur, de reliquis vero, poſt hęc quæ de ea referentur. Comprehenſio in ſe ipſa eſt, ut dicebam, quare in ultimo loco de ipſa dicetur, & qua ratione hac ipſa abũdet orator. Quinetiam de cauſa, qua hac plurimũ per tumorẽ utimur: nec alio modo cognoſci poſſe, niſi prius de aſperitate, ſplẽdore, uigore, ac uehemẽtia aliquid dictũ fuerit. Sed de uenuſtate primum, cui ſtatim contraria eſt ἀφέλεια. i. ſimplicitas: de qua cum de moribus agetur, oſtendemur.

De ſententiis uenuſtatis.

VEnuſtæ quidem ſententię ſunt, quæ de Diis tanq̃ de Diis dictę ſunt. Vt illud, Et in ultis concubinã

quuntur. Vbi igitur politicę orationis eſt, quęrere quomodo terra moueatur, & quare includatur, & quare aquę ſubiaceat, & quo modo fulmina fiant, & ſimilia. Itaq;, ut dicebam, ſi quid ſimile quęratur, uenuſtam duntaxat & non politicam facit orationem. Poſt primas ergo uenuſtatis ſententias, hęc ſecundæ ſunt: Quod ſi hęc ipſa ſecundum explanationem ipſorum quę dicta ſunt, quis dicat, neq; cauſas quęrat, ex quiquibus fiant, politicam quidem & uenuſtam quis facit orationē. Vt illud Ariſtidis, qui Callixeno de decem ducibus non ſepeliēdis decernēti, aduerſabatur: poſtq̃ uno ſuffragio unoq; cōſenſu ſublati fuerāt. In defenſione pro iiſdē habita, tempeſtatē interpretat⁹ eſt: hoc modo: Fulmen o Callixene erat, fulmē qđ talia prohibuerat: id neq; oratione effabile, neq; facto ferendum Nuper enim cōmiſſo nauali prælio, mare īdoluit, uentus Helleſpontiacus īcubuit furens quidē & procelloſus: & cetera quę ſequūtur. Tertia autē uenuſtarū ſentētiarum ordinatio eſt, de rebus quę quidem natura diuinę ſunt, & ut plurimum in hominibus conſiderantur: hoc modo Siquis de anima dicat, quod immortalis eſt, uel de iuſtitia, ſiue temperantia cæteriſq; ſimilibus loquamur. Item ſi de omni uita, uel quid lex, quid natura, & quod lex inuentio eſt donumq; deorum. Item quod lex eſt quoddam commune inſtitutum, & omnibus idem Natura autem inordinatum quiddam & proprium in ſingulis hominibus habens. Et finis quidē uitæ omnibus hominib⁹. mors ē. et, Omnis hominū uita natura et legib⁹ diſpēſatur. Quare oīa quæ ubique et in genere dicuntur, uenuſtas habēt quoquo modo ſentētias: et maxime ſi ī genere id fiat Quod ſi ſecundū ſpeciē quis accipiat, aliud qđ facit: hoc modo: Malum o Atheniēſes, malū quidē eſt ſemper ſycophāta, et undiquaq; inuidus et

litigioſus,atq; id natura: Cynædus eſt quiddã humã/num. Aliquid enim aliud fecit, cum id ſecundum ſpeciem aſſumpſerit. Quod ſi ex his quæ in genere,& ex his quæ in partes compoſita ſunt ciuilis & cõprehenſa fiat oratio,neq; idem dicat,uenuſta uidebitur. Quae tam etiam poteſtatem in rebus duntaxat humanis ſententiæ uetuſtatis habẽt: quippe quę magnæ ſint & glorioſæ. Vt ſiquis de pugna apud Marathonem, uel de pugna nauali in Platęa,uel Salãmina,uel in Atho,uel Helleſponto & ſimilibus decernat. Si autem quid ſimile,ut apud Herodotum: uenuſtum cum uoluptate ſequitur,ut Iacchus & ſimilia, alibi explicabitur. Tales,itaq; ſunt ſententię uenuſtatis.

De methodis uenuſtatis.

VEnuſtę methodi ſunt,quę ſecundum enuntiatio/nẽ,& abſq; dubitatione per enarrationem dictæ: quibus æque ac ſi uideris,oĩa diligenter & cum dignitate dici debent,ac ſine aliqua dubitatione. Quid aũt exactę uenuſtatis eſt? cum id ipſum ſolũ curamus,nec aliud quicquam. Quod ſi de Heroibus ſiue Diis dicamus,magis ciuile ueriſimileq; uidebitur,ſi cum dubitatione dicatur. Itẽ allegoricę methodi quando perſeuerarent,uenuſtam facerent orationẽ: hoc modo: Magnus dux in cœlo Iuppiter,uelocem currum quatiens fertur,& quę ſequũtur. Sed ſi uolens quis per aliquod agile ac humile allegoricè loqueretur,tunc non uenuſtam,ſed alterius formę orationẽ faciet: imò quaſi ſimplicitatis. Item aliquid per emphaſin myſtice & perfecte cũ uenuſtis ſententiis ſignificare, ad methodũ pertinet uenuſtatis: quę quidẽ uideantur ſed nõ tales exiſtant,ut dicere id poſsint, quod per ſe non eſt apertũ. Sed tñ oſtendimus per methodi huius magnitudinẽ, & ſententiæ uenuſtatem. Quod genus apud Platonem eſt,cum dicit, Hic re uera exiſtens & bonus erat,

& ſimilia. Et methodum iſtam explicat dicens, Quod ſimile quid inuenire difficile, & ubi inueneris in publicum edere impoſsibile. Itaq; in uenuſtarum ſententiarum natura, methodi tales, ad uenuſtatis augmentum, nō parū conferunt. In ciuilioribus uero nō oīno emphaſis uenuſtatis cuiuſdam alterius operatiua eſt. Venuſtatis igitur & methodi ſententiæ hę ſunt.

De dictionibus uenuſtatis.

Dictio uenuſta quęcunq; ampla eſt, & os per prolationem inflat. Vt σομφάζειν. Et ut pleriq; ſtudioſe curant, hoc ex natura dictionum eſt fieri neceſſe. Similes etiam & aliæ quędam, ac præſertim quę α & ω plurimum utuntur Quemadmodum Plato οἰωνιστικὴν, dicit ὠωνιστικὴν nominando quoſdam qui per ω orationem honeſtabant. Simile autem de α dicitur. Theocritus enim quendam à mulieribus deploratum Dorice introducit, quę per α amplificantes plurima uoce utuntur. Hęc enim elementa α & ω orationem maxime extollunt & inflant, ſi prope ultimas dictionū ſyllabas fuerint: hoc modo: Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ ζάν. Secundę autem uenuſtatis dictiones, ſi per ο ſolum, in aliquid longum deſinant, ut ὀρέντης. Item quæ longis & diphthongis abundant, & quę ultima in ſimilibus habent pręter α diphthongum. Quod ſi ſecundum hoc ι ponatur, minime uenuſtam facit dictionem, quę hoc elemento ſuperabundet. Corripit enim magis tenuemq; facit, neq; os inflat. Item tranſlatę dictiones uenuſtę, & quę tument. Sed in his quo ad uſum, periculum non mediocre Nam ſi modeſte ſe habeant, orationem uenuſtam reddunt. Quod genus fuit, ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα, pro ἀγαθὰ ἐλπίζοντας. Vides quod cum illud προβαλλομένους modeſtiſsime ſe habeat, tranſlatio non apparet. Quę igitur modeſte ſe habent, hę ſunt. Si autem excedat quid

mediocritatem, exaſperat orationem, vt illud, αὖ δέ τι βδελυρὸς ἐνόσουν. Ex quo expoſitione ſibi opus eſt. Nā quod in adminiſtratione ciuitatis, & in actione largientium eſt, hanc dictionem ἐνόσουν exponit. Quod ſi tranſlationes magis abundarint, aſperiorem reddent orationem, vt illud, ἐκνευρισμένοι, & hoc, πεπρακὼς ἑαυτόν, & illud, λωποδυτῶν τὴν ἑλλάδα. Vlterius autem ſi procederent, & pinguiorem & ſimpliciorem ferè ipſam faciunt. Exemplum huius Demoſthenicum non inuenies, nec apud eum eſt. Sed multa apud *ſubligneos ſophiſtas, quippe q ſepulchra, animatos gypas, ideſt, vultures dicunt, quibus ſunt maxime digni, & alia ſimilia frigent permulta. Exaſperant enim ipſos tragœdiæ quædam, quæ multa huiuſmodi exempla habēt: ac etiam quicunq; poetæ aliquid quoquo modo tragicum præſumant, vt Pindarus. Verum de his tragicis ac Pindaro q hac oratione vſi ſunt, multa dicere poſſemus. Sed quando tempus non patitur, in ſuum locum transferatur. At his qui in ciuili oratione tam aſperis verbis vſi ſunt, profecto nullam defenſionem inuenio. Item uenuſta oratio eſt, quæcunq; nominatiua, et ipſa nomina. Nominatiuam dico, quæ à verbis in nomina tranſlata eſt, & quæ per participia, & pronomina, & ſimilia. Minime enim in venuſtate verbis vtendum eſt, vt Thucydides, qui vbiq; idem facere conatus eſt. Aperte enim in Cercyreorum ſeditionis expoſitione id fecit. Præter enī hoc ἐνομίσθη, cætera omnia ferè ſunt nomina & epitheta: hoc modo: τόλμα γὰρ ἀλόγιστος, ἀνδρεία φιλέταιρος ἐνομίσθη μέλλησις δὲ προμηθὴς δειλία εὐπρεπὴς, τὸ δὲ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα: & quæ ſequuntur Si quid autem his ſubeſt aſperitatis & duritiei alterius eſt orationis. Tale quiddam eſt apud Demoſthenem & dictū ab eo, & ab eo animaduerſum. Dico autem hoc, quod nō verba τὰς οἰκειότητας firma

*ὑποξύλοις σοφισταῖς, ideſt, adulteratos, minimeq; germanos. Metaphora à ſtatuis, q̃ exterius ſæpe inauratæ, interiꝰ ligneæ ſunt.

re dicebat. Deinde cōſideratio, quia venuſtiſsime nominat. De venuſtis dictionibus hæc hactenus.

De ſchematibus venuſtatis in oratione.

Schemata venuſta quæcunq; & pura, & quæ rectitudinem habeant & aliquid tale Quin etiã confirmationes, ſiue ſententiæ, ſiue ſchemata venuſta ſint. Vt demonſtrando mũdũ deficientẽ: Et, lex iubet reddere, & oportet: &, rhetor recte & pulchre decernat. Oĩa enim eiuſmodi digna ſunt, & uenuſta. Conſiderationes cum dubitatione, morales, ſed non uenuſtæ: hoc modo: Me aũt, ut conuenit, contumelioſum non eſſe oportet. Omnis igitur dubitatio magis moralem facit orationem: & qui dignitatem aliquam orationi allaturus eſt, etiam uenuſtatem apponere debet: hoc modo: Non erat apud nos belli finis, neq; liberatio à Philippo. Si autem dixeris non erat, ut puto, finis, & quæ ſequuntur, moralem facis orationem. Atq; etiã in ipſius ſententiam aliquid dicendorum referre dignitate plenum quidem, & uenuſtũ: hoc modo: Volo id ipſum dicere quod Thucydides. Agamemnõ mihi uidetur ex his, qui tunc potentia antecederent. * Apoſtrophe autem & hypoſtrophe ad orationem uenuſtam ac puram minime pertinent. Contra uero uenuſtatem deſtruunt, & corrumpunt puritatem, ſi iſtæ orationem perepembolæ, ideſt, interpoſitiones interſecent: & quod ſolutum ſit & liberum impediant, et ad communius ciuiliusq; ducant. Vt illud, Siue magnam ciuitatem habitant, ſiue paruam, omnis hominum uita natura et legibus diſpenſatur. Fecit quod ponendum erat. Non enim ſimile erat, ſi ſic diceret, ut prædictum eſt, uel per hypoſtrophen interſecando: hoc modo: Omnis hominum uita, ſiue magnam ciuitatem habitat, ſiue paruam, natura et legibus diſpenſatur. Item hoc uelox cum ciuili, etiam uenuſtum eſt.

* ἀποστροφὴ quando quis à iudicib⁹ ad litis aduerſariũ, ſermonẽ cõuertit: ὑποστροφὴ vero eadem quæ tũ ἐπεμβολὴ, tũ ὑπέρβατον dicitur.

Illud autem pure uenuſtum erat & immiſtum. Si igitur omnino nobis uenuſta oratio ineſſe debet, non hoc,ſed illo modo eam confici opus eſt. Si autẽ contra,tanquam alio modo ſcilicet.

De membris uenuſtatis.

MEmbra uenuſta,quęcũq; & pura ac breuiora,atq; ſicut ſeiunctio hęc eſſe debent: hoc modo: oĩs anima immortalis:nam quod ſemper mobile, immortale eſt. Item & illud, lex eſt inuentio donumq́; Deorum,ac prudens hominum doctrina,& quę ſequuntur. Fit autem longius in uenuſtate membrum, prout aliquando neceſsitas poſtulabit.

De compoſitione uenuſtatis,

COmpoſitiones uenuſtę,quę colliſionis cauſa uocalium,non breuiter dictæ. In uniuerſum uero dactylicæ ſunt,& anapęſticę,& pęonicę, & quandoq; iambicę,et ſpondaicę magis. Quare qui ex epitritis ſunt, uenuſto accommodantur. Trochaicę quidem et ionicę contrarię ſunt uenuſtati. Iudicium autem huius manifeſtum fecit,tale qui dictum corruperit: Σάων πηλαχίδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον. et per dictionũ permutationem à dactylico in ionicum, et confine ionico trochaicum ipſum ita conglutinauit: Σάων μελίην πηλαχίδα δεξιὸν κατ᾽ ὦμον. Quare duę ionicæ hic ſunt cõiugationes. Et poſt eſt metrum quod ithyphalicũ uocatur, ex tribus quidem trochaicis compoſitum, quibus rhythmus frangitur uniuerſus,ad contrarium dactylici et uenuſtatis uenire coactus eſt, et in aliis ſi uideris non paucis,ſimul idem factum eſt: ſolis dictionibus ac rhythmo in ualde contrarium ipſa traducẽtibus: hoc modo: ὡς ὁ πρόσθ᾽ ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθείς, βεβρυχώς, κόνιος δεδραγμένος αἱματοέσσης: ſi enĩ dictiones tranſponas,idem trochaicum per iſta facies immiſtum. ὡς ὁ πρόσθ᾽ ἵππων καὶ δίφρου κεῖτο τανυσθείς

αἵματι ἑαυτῆς κόνιος δεδραγμένος βεβρυχώς. Simile enim hoc illi, ἔνθ' οἱ μὲν ἐπ' ἄκραισι πυραῖς νέκυες ἔκειντο, ξένης ὦδε γαίης ὀρφανὰ τέκεα προλιπόντες, ἥβην τ' ἐρατεινὴν καὶ καλὸν ἡλίου πρόσωπον. Et rurſus ἀλλ' ἔχον ὥστε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀλῆτις ἥτε ςαθμὸν ἔχουσα, καὶ εἴριον ἀμφὶς ἀνέλκει, ἰσάζους' ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἀέριτο. Si enim tranſmiſcerentur hic dictiones, tetrametrum erit.

De clauſula uenuſtatis.

Clauſula in venuſtate, qualis & in puritate. Orationem vero ex aliquibus pedibus inſtituere oportet, ſeorſim quidem à clauſula, qui venuſtati conueniant, ne baſis incidat in trochæum, ne ue numerus rapiatur, ſed conueniens ſit & concinnus. Maxime autem conuenit, ſi primum in nomen deſinat, vel in aliquod nominatiuum, quod non ex paucioribus quã ex tribus ſyllabis conſtet: vt, εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα. Deinde ſi plures eſſent per deſinentiam longæ ſyllabæ, vt ſpondeus, vel aliquis epitritorum, præter tetartum, baſim facit: hoc modo: ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, φύσει καὶ νόμοις διοικεῖται. Differenter quidem venuſtã baſim numerus habet, ſi, vt paulo prius de dictione venuſta dicebam, deſinentia in fine vel in penultima talis ſit, vt in elemento aliquo amplo, quo in proferendo os intumeſcere videatur, terminetur. Ex prędictis manifeſtum eſt, qualis numerus eſſe debet. Sed videndum eſt, quoniam ſi vbiq; ex epitritis, vel dactylicis, vel aliis huiuſmodi oratio componatur, clauſulæ quidem non ita deſinerent, vt & quæ ſequuntur cõuenientes venuſtati pedes haberent, ne numeri quidem venuſti fierent. Idem etiam & de quaque forma dicendum. Nam ſi quædam oratio ex quibuſq; pedibus componatur, qui quanq; orationis ſpeciẽ faciunt, clauſulæ non per plenos integrosq; pedes fierent: de iis loquor pedibus qui formæ conueniunt. Sed dum

pedes deciduntur, numeri traſmutãtur: & q alicui alii ſpeciei magis ſunt accommodati, facile inueniũtur cu ius pedes erant, per quos oĩs ordinatio cõponebatur.

De aſperitate orationis.

EX his quæ magnitudinẽ orationis & tumorem faciunt, poſt venuſtatem, aſperitatem eſſe dixi. Abſoluta itaq; venuſtate, de aſperitate dicendum eſt. Aſperitas quidem & ſplendor ſunt, quæ ſeparatim per ſe vtraq; cõſiderantur, vt venuſtas: ac vigorem efficiũt, eiq; valde ſubueniunt. Ne in omnibus quidẽ illi ſubueniunt, per quæ fiunt, vt ſententia, methodo, dictione, ac reliquis. Sed horum quędam ſunt propria, quędam vero vigoris cooperatiua: vt ſententiæ & dictiones aſperæ ſi fiant, vigorem habent, Membra aũt aſpera vigorem non habent. Item mẽbra ſchemataq; ſplẽdoris vigorem faciunt. Contra vero ſententiæ ſplẽdoris vigore carent. Per hoc igitur vigorem oſtẽdimus, quẽ minime inſtitueramus: cum ex ſplendore & aſperitate conficiatur, quemadmodum & dilucitatẽ oſtendebamus, quam puritas & elegantia faciebat: vbi & propria de ipſarum quaq; dicebamus. Vigor enim, non ſolum per hæc, ſed per aliqua ſphodrotitos: id eſt, vehementiæ propria confici videtur, vt in eius capite dicetur. Quare neceſſe eſt ſeparatim de quaq; dicere, & in primis de aſperitate, quæ eſt ſuauitati omnino contraria. Aſpera nãq; oratio amara ſimul & obiurgatiua eſt. Verum de ſuauitate & voluptate in tractatu apheliæ, id eſt, ſimplicitatis plenè dicetur, nunc de aſperitate videamus.

De ſententiis aſperitatis.

SEntentiæ aſperæ ſunt omnes, quæ maiorum perſonarum obiurgationem non obſcuram continent, à minore perſona profectam: hoc modo: Si cerebrũ in capite, & nõ in pedis calcibus attuliſtis, & reliqua. Itẽ

illud, Vos mandragorā bibiſtis, vel aliquod ſimile venenum hominibus attuliſtis. Itē in epiſtolam, Si circūſpectam ſenatus dignitatem & Areopagum videtis, Ariſtogitonis accuſationem recordati cuncta detegite. At vos eneruati ablata à ſociis pecunia, in miniſtri ſortem, & additamenti partem perueniſtis, lætantes cū ſpectacula aut buculas vobis ad feſta celebranda mitterent. Itē & illud, Omni ex parte ſoluti mihi eſſe videmini, quando grauia quæq; vobis imminere toleratis, ſocios quos miſera quæq; pati videtis, nō defenditis. Et illud, Neq; temperatorū neq; ingenuorū eſt hominum, in eos qui propter pecuniæ egeſtatē aliquid belli prætermiſerunt, hæc inferre opprobria. Id aūt methodo perfectius eſt factum: in genere enim loquutus eſt, & non ſimpliciter obiurgauit. Præter ſententiam aſperā ambo hæc vltima exempla ex membris vigoris non conſtabāt, vt in vigore oſtendemus. Prima vero exempla talia non fuere, ſed pure aſpera. Difficile eſt apud Demoſthenem puram inuenire aſperitatem, ex quo contendimus ne vnam quidem relinquere dilucidatarū: ſed inuentu difficile. Quare vbiq; ipſas vir complexus, quibuſdā methodis leuiores efficit. Hoc eodem & in epiſtolis & in hunc modum uſus eſt. Mihi profecto bene videtur, quod hæc vtilia videntur, malitia nulla, veſtra autem ingratitudo. Aſpera quidem eſt ſententia, ſed quod ſic introductum eſt, & ante ſe poſt ſeq; complicitum leuius quoquo modo factum eſt: & inductum habet quid aſperitatis. Item hoc, ἵν τῶ μεταγνῶναι λύσατε. Et illud, O quid dices? ſi errores neq; probarem, neq; vituperarem, valde parui pendas, nec alios quidem, neq; vos ipſos pudeat: in quibus Ariſtogitonem abſoluebatis, in his Demoſthenem aſpernamini? Hoc autem ita fit, cum aliqua rectitudo & menſura faciliima per

*διαπορήσει. *interrogationem adhibetur. In vniuerſum autẽ horum exemplorum non eſt inopia, quæ aliquam rectitudinem habeant: cum multa & apud rhetorem, & apud alios ſint huiuſmodi. Sed apud hunc puram aſperitatem inuenire difficile eſt. Raro enim hac ipſa vtitur, niſi fortaſſe eandem eſſe vehementiam & aſperitatem aliquis arbitretur. Sed vbi inuicem iſta differũt, paulo poſt oſtendetur. Exempla vero minime iucũdæ aſperitatis apud rhetorem ſunt, vt dicebam, omnino rara. Ariſtogiton hercle tibi ſatis erit, ſi ab illo exẽpla capere volueris. Itẽ ſimilia apud Dinarchum multa. Sed de ſentẽtiis hanc orationẽ facientibus hactenus.

De methodo aſperitatis.

Methodus aſperitatis vna eſt, aperte quidẽ & tenuiter per obiurgationem, ſed ne aliter quoquo modo, ne complicita aſperitatẽ leuigantibus tales ſententias inducant. Exempla ipſius paulo prius dictum eſt ſimpliciter eſſe aſperitatis. Aſperæ enim ſententiæ aſpere introducuntur.

De dictionibus aſperis.

Dictio aſpera eſt, quæ trãslata & ſuapte natura aſpera: quale genus illud eſt: κατακεπέπατημένον φορεῖτε. Et illud, ἐκλελύκατε ὦ ἀθηναῖοι, καὶ ἀναπεπτωκότες κάθησθε. Et illud, ἐκνενευρισμένοι. Et illud, κατεδήδιον κατέφαγε. Item illud Διορωρυγμένοι κατὰ πόλεις. Item illud, περικόπτων καὶ λωποδυτῶν τὴν ἑλλάδα, & cęt. huiuſcemodi. Iſtæ igitur ſunt aſperæ & ſuapte natura duræ. Vt, ἀτραπὸς, ἔμαρπτεν, ἔγναμψε, & quæcunque ſimilia. Habet etiam & aliquid ſimile & περικόπτων, & ἐκνενευρισμένοι, quamuis non tantum, quantum & ſupradictæ dictiones. Sed de aſperis dictionibus hactenus.

Schemata aſperitatis.

Schemata aſpera maxime quidem imperatiua. Vt illud, Nunc Ariſtogitonis accuſationem recordati retegite,

retegite. Item quæ per interrogationem increpant: ut illud, Poſtquàm Olynthii ſciunt omnino prouideri oportere, uos qui Athenienſes eſtis, id ipſum minime curabitis? Item & illud, Non uidetis, q̃ manifeſta ſunt Olynthiorum exempla, qui in maximas calamitates inciderunt? Item & hoc, Decernitis Athenienſes de Thebanis, qui in inſula aliquid habẽt? & quæ ſequuntur. Siquis enim huius ſententiæ methodum & exemplum eſſe curet, productéq; dicere uideat Demoſthenem, uel aliũ quemuis, qui contra ſuppoſitam perſonam, & non contra aliquem dicentem aliquid cõmemoret, non parum quidem aſpera ac diuerſa per ſchemata fiet. Aſperitas autem omnia ferè, ut puto ſchemata in ſecunda & tertia oratione recipit, itidẽ & aliæ formæ: ſed hæc ſunt eius propria.

De membris.

Membra aſpera, quæ breuiora, & quæ non mẽbra, ſed inciſa melius uocari poſſunt: hoc modo: Nõ excurrimus? non eximus? nõ in eius regionẽ nauigabimus? Et illud, Quãdo igitur o' Athenienſes, quãdo ea quę opus eſt faciemus? poſtea quid factum eſt? deinde per Iouẽ quæ neceſsitas fuit? hunc vero cur oportet de his quæ facta ſunt cogitare.

De compoſitione aſperitatis.

Compoſitio uero aſpera, quæ uocalium habet colliſiones, & quæ ex incongruis incõcinniſq; ſibi pedibus conſtat: perinde atq; ſi ne vllam quidẽ menſuram proponere, neq; aliquã voluptatem per compoſitionẽ habere videatur, neq; iucundæ ſonoritatis emphaſim: ſed quæ diſſona ſit & inconcinna, ac deniq; non parũ exaſperet auditum. Adiuuat hanc maxime, aſpera deſinentia, quemadmodũ in aliis formis dicebamus. Quoniã hæc deſinentia cum ſimili compoſitione, conuenientem huic formæ rhythmũ effingit.

De clauſulis aſperitate.

Clauſula in aſperitate ſecundũ pedes æquè ac cõpoſitio inconcinna eſſe debet: modo in hoc, modo in illo pede definente membro. Aſper etiã numerus ita fit & diſſona oratio, ſi nullus ibi numerus extiterit. Hęc eadem in vehementia numerũ faciunt. Sed iandudum de omni vehementia dicendum, ut & ubi differat ab aſperitate diſcernamus. Contrà vero huic & ſuauitas aduerſatur, non ſecus ac aſperitati. Propriè autem vehementiæ contraria eſt, ἐπιείκεια, id eſt, decentia, de qua in capitulo de more. dicemus.

Recapitulatio ſuperiorum.

Sententiæ, quę maiorum perſonarum cõtineat obiurgationem, ab aliqua inferiore perſona apertè proficiſcentem. Methodus, quę eperte & tenuiter per obiurgationem, ſed non aliter: ne coniuncta cum expollicentibus, aſperitatem leuigent ſententiarũ. Dictio, quæ tranſlata & ſuapte natura aſpera. Schemata, quę imperatiua ſint, & quæ per interrogationem obiurgatiua. Membra, quę breuiora, & conciſiora ſint. Compoſitio, quæ vocalium habeant colliſiones. Numerus, qui pedes habeat incongruos & inconcinnos. Clauſula, quæ cõpoſitioni ſimilis, & quę pedes diſſonos habeat & inconcinnos.

De vehementia orationis.

Vehementia ſententias habet etiam reprehenſiuas, obiurgatiuasq́;, ut aſperitas. Verum aſperitas maiorum perſonarum habet, ut iudicum, uel conſultorum; vt diximus: at vehementia inferiorum perſonarum: vt ſi in aduerſarios, vel in eos in quos iam auditores libenter accipiunt, aliquid dicamus. Vt ſi contra Philippũ Demoſthenes quid dicat, quod barbarus, quod perniciosus, quod Macedo, uel in eos qui ſunt huiuſce generis. Primum igitur hęc vehementia ab aſperitate

ſententiis differt, quoniam apertiorem habet accuſationem, cum ferè conuitium exiſtat, quemadmodum in dicto loco communi: recipit itaq; huiuſmodi perſonas hęc ſpecies, illa vero non quæ ſunt aſperitatis. Vehementiæ exemplum tota ferè oratio eſt Demoſthenis in Ariſtogitonem: manifeſtius autem hoc eſt: *Iſte igitur ipſum accuſauit? venenum? peſtis? quem* quis videndo potius auguraretur, quàm alloqui uellet. Multa autem huiuſmodi, ex aliis eius orationibus ſumi poſſent. Vt illud, ἔπειτα ὦ κατάρατε καὶ γραμματοκύφων. Item illud, ἀλλὰ μὴ σπερμολόγος, περίτριμμα ἀγορᾶς, ὄλεθρος, γραμματεύς. Item illud, Quid igitur o calamitoſe calumniaris? quid rationes effingis? quid te ipſum non elleboro curas? tibi quidem erat Leptis pater, tui profecto non diſsimilis. In vniuerſum igitur, ut dicebam, infinita huiuſmodi in iudicialibus & deliberatiuis ſunt exempla. Vehementiæ hę igitur ſunt ſententię. Si quis autē vehementes, aſperas: contraq́; aſperas, etiam vehementes appellarit, nullius ferè momenti eſt. Niſi quod inuicem differunt, & quod plus habet aſperitatis vehementia: & quod in maiore perſona tibi vehementia vti non liceat, præter quàm ſi auditores cum voluptate audiant. Ex his igitur manifeſtum, quod hoc in oratione parui refert.

De methodo vehementiæ.

VEhementiæ methodus, ferè eadem quæ aſperitatis. Etenim dicere apette, manifeſte, & tenuiter has tales ſententias, modo ne quibuſdam aliis tenuibus remiſsis'ue ſententiis adiungas, nec aliter quoquo modo, vehementis eſt orationis. Exempla eius prędicta ſunt.

De dictione vehementię.

VEhemens dictio quæ & aſpera. Hic autē nomina æquè aſpera facere cōuenit, ac rhetor fecit, dicēs:

dictis manifeſta ſunt. Nã ſi de aſperitate decenter dictũ eſt, eadem & de his. Sed aſperitatẽ & uehementiam ſplẽdor ſequitur, cui aliquo modo vniuerſa quæ ſecundum γοργότητα, ideſt, truculentiam quandam prouenit oratio, aduerſatur. Quare ſplendori contrarium eſt cõma, ideſt, cæſum, & dialecticum & quodq; certatiuum orationis genus. Sed de ſplendore iam dicendum.

Recapitulatio.

Sententię quæ obiurgatiuæ ſint, & in inferiores perſonas, ac in eos in quos conuitia uel iurgia auditores libenter accipiunt, correptiue. Methodus, aperte & nude ſententias dicere. Dictio ad negotium per onomatopœiam accõmodata. Schema, quod per apoſtrophen, item quod demonſtratiuum. Membra, quæ magis cæſa, itẽ quæ non cæſa, ſed quæ per nomen dicantur. Cõpoſitio, quæ uocalium habeat colliſionem. Numerus, qualis in aſperitate. Clauſula, qualis in aſperitate incongrua ſcilicet & inconcinna.

De ſplendore orationis.

Poſt venuſtatem aſperitatemq;, & vehemẽtiam, de ſplendore iam dicere neceſſarium eſt. Nã ex his quæ magnitudinem, & dignitatem orationi comparant, in primis ſplendor eſt. Alia enim axiomaticæ orationi propria, ſunt neceſſaria: quippe cui aliquid venuſti, aſperi, & vehementis ineſſe opus eſt: itẽ amœnitatẽ, ne omnino auſtera ſit oratio. Sed ne eius quidem amœnitatis quę in pulchro eſt. Hęc enim ſuauitatis & ſimplicitatis eſſe videtur, ſed non compoſitionis quæ accurata diligentia decoris habeat aliquid. Etenim quod cæſum eſt, & rhetori ſuperabundat, tenue profecto eſt: nec interuallum habet, neq; magnitudinẽ. Nec ea amœnitate magnitudini eſt opus per ſe, ſed dignitate. Talem autem facit ſplendor, de quo

dicendum eſt. De genere vero ſplendori contrario, in tractatu vehementiæ diximus, quod eſt cæſum, & dialecticum & omnino contentioſum orationis genus, ac truculentum.

De ſententiis ſplendoris.

FIt igitur oratio illuſtris & perſpicua ex ſententiis, quando ſuaſionem quandam habet, qui dicit ob ea quę dicit, vel quod honeſta ſunt, uel quod pulchre factum, uel quod iis quę dicuntur, gaudeant auditores, vel ob cætera eiuſmodi, & in vniuerſum ob decora facinora, quibus vere licet clarum fieri, quod Herodotus dicit ἐλλαμπρύνεσθαι: ideſt, diuino quodam ſplendore illuſtrari. In his quidem ſplendor eſt. Vt illud, *οὐ λίθοις extruxi ciuitatem, neq; *πλίνθοις ego. Neque in his maximum eorum quæ ad me pertinent, ſapio Sed cum voluntas mea ædificationem conſiderat, & quæ ſequuntur. Item ipſum apud Thebas factũ, eſt rerum principium & conſtitutio prima. Hęc autẽ in inimicitiam & odium & infidelitatem ciuitatum ab his ſubiugatarum: hoc decretum, tum auertit ciuitati periculum futurum tanquam nebulam. Item illud, Hæc veſtri progenitores faciebant, hæc etiã veſtri antiqui qui Lacedæmonios & quæ ſequuntur. Item, Vos igit͡ ô Athenienſes. Lacedæmoniis mari ac terra dominantibus, & quæ Attica regione continentur, præſidiis & cuſtodibus iam tenentibus, Euboœam, Tanagram Bœoticam vniuerſam, & quæ ſequuntur, quouſque in Haliarton exiuiſtis. Multa huiuſmodi exempla in oratione pro corona. Quare quod ſua natura orationis dignitatem habet, idem & ſplendidũ eſt. Sed de ſplendoris ſententiis hactenus.

*lapidibus
*lateribus

De methodo ſplendoris.

SPlendoris autem methodus eſt, quãdo prolixas ſententias inducis, quando cum dignitate confidis, &

non dubitas,quando narrationem perſequeris, & nō intercipis. *Si* ſplendorem curas,hoc modo fiet, Poſtquàm ipſum apud Thebas factum eſt rerum principiū & conſtitutio prima, tum hoc decretum, imminentē patriæ calamitate auertit tanquam nebulam. Hoc totum ſplendidum eſt, deinde interceptū, & inter duo membra hoc aſſumptum ſcilicet, Alite hęc in inimimicitiam, odium, perfidiamq́; ciuitatum his ſubditarum, per introductionem interceſsit, ut ualde admodum eſſet ſplendidum & illuſtre. Non enim ſimile vtique fuiſſet, ſi diſſolute diceretur, ut exemplum poſuimus, vel decidendo: hoc modo: Ipſum circa Thebas factum eſt rerum princpium & conſtitutio prima. Hæc ante iſta, In inimicitiam, odium, perfidiamq́; ciuitatum his ſubditarum, hoc decretum, & quę ſequuntur. Tale etiam, & hoc, Poſſeſsio magna Philippo ad fuit, o' Athenienſes, apud Grçcos, non pleroſq́, ſed omnes. Decidit enim, & non permiſit nimium orationis ſplendorem deciſione & hypoſtrophe apparere. Item illuſtris methodi eſt, honeſta, honeſtius dicere, vt illud dicitur, Non per eos qui in Marathone occubuerunt progenitores, & quæ ſequuntur: hoc enim exemplum honeſtum. Recte cōſului pro libertate Grçcorum eſſe periclitandum. Sic enim faciebant, & qui in Marathone periclitati ſunt. Hic autem iuramentum inducendo, honeſtius ipſum fecit & perſpicuum. Non errabat, dum talia conſulit: non per eos qui in Marathone occubuerunt Et reliqua.

De dictionibus & ſchematibus ſplendoris.

SPlendidæ dictiones, quæ venuſtæ ſunt. Schemata autem ſplendida, quæcunq; & pulchra: ut oraculorum reſponſa: hoc modo: Non λίθοις fabri caui ego ciuitatem, non πλίνθοις: neque ob hæc, & reliqua quę ſequuntur. Item productiones, ut illud:

De membris ſplendidæ orationis.

Membra quæ orationem ſplendidã facere debẽt, longiora eſſe opus eſt. Et huius exempla omnia, quæcunq; in capitulo de ſentẽtiis ſplendoris diximus.

De compoſitione.

Compoſitiones ſplendidæ maxime quidem, quæ uenuſtæ: de quibus dictum eſt. Interdum fieri poteſt, vt trochaicis compoſitionibus vtamur, nihilq; læditur tali compoſitione ſplendida oratio, ſi clauſula uenuſta fiat.

De numeris.

Tales igitur deſinentiæ cum membra longa fiant, uenuſtum ac ſplendidum numerũ faciunt: etſi ex trochaicis cõponitur. Sed de ſplẽdore hactenus. Nũc autem de uigore dicendum eſt, cui rurſus ſcilicet contrariũ genus eſt: ſecundum ſententias quidẽ, quæcũq; uehementiæ & aſperitati contraria: ſecundum uero reliqua, quæcunq; ſplendori ſunt oppoſita.

De ſententiis recapitulatio.

Sententiæ, quando aſſenſum uel audientiam habet qui dicit, ob ea quæ dicit: uel quod honeſta ſunt, nam pulchre geſta ſunt: uel quia iis quæ dicuntur, iam gaudent auditores. Methodi, quando prolixe ſententias inducis: quando tanquam confidens, et non dubitans: quando exequens, & nõ decidens expoſitionem: & quando honeſta deniq; honeſtius dictis. Dictiones, quæ uenuſtæ, amplæ, & os implentes, & reliqua. Schemata, per auxeſim incompacta, niſi membra moueantur: obliquitas etiam & defectiones. Membra, longiora. Cõpoſitio, Clauſula, Numerusq; ſicut in uenuſtate.

De uigore.

Quemadmodum uenuſtas, deinde aſperitas, uehementia, & ſplendor per ſe fiant: orationiq;

magnitudinem cum dignitate ac tumore afferant, ſatis nobis in his quæ ante dicta ſunt, poſt dilucidītatē demonſtratum eſt. Poſt hæc autem rigor ſequitur: cuius quidem ratio oratori eſt omnino neceſſaria. Huic in ſententiis aduerſantur, quæcunq; uehementiæ, & aſperitati contraria: in reliquis uero, quęcunq; & ſplēdori ſunt aduerſa. Poſt ſupradicta igitur de uigore dicendum, & quæcunq; alia conſideranda: & quod per iſta quodam modo uigorem fieri contingit, ut demonſtrauimus. Atq; id aliqua ex parte in capite de aſperitate. Cęterum clarius oſtēdemus hic neceſſario; in ipſo de uigore tractatu ſtatim à principio potiſsimū erit manifeſtum. Sententiæ uigoris & methodi ſunt, quęcunq; aſperitatis erant & uehementiæ. Dictiones, quę earundem proprietatū & quæ ſplendori ſunt admiſtę. Vt illud, Νόσημα γὰρ ὦ ἀθηναῖοι δεινὸν ἐμπέπτωκεν ἐς τὴν ἑλλάδα καὶ χαλεπὸν, καὶ πολλῆς τινὸς ἀτυχίας, καὶ τῆς παρ' ὑμῶν ἐπιμελείας δεόμενον. Translatio quę aſperæ ac uehemētis orationis eſt, νόσημα γὰρ. Aliter enim quo quo modo interuallum & tumorem habet oratio, ut in ſplendore: & non maior hic aſperitas, quàm ſplendor apparet. Sed de his nominibus, ſatis nobis in loco de uenuſtate dictum.

De ſchemate uigoris.

Schemata uigoris, quęcunq; uehemētię ſunt & ſplēdoris. Nam ſecundū ſplendoris ſchema, fit uigor hoc modo: Ex eo ſitis ordine Atheniēſes, in quo uos progenitores relinquerunt. Item et illud, Poſſeſsio o Atheniēſes magna Philippo fuit: ex defectione enim initur. Itē illa ſimilia ſunt. Ne mihi ſeruetur neq; perdatur ullus, ſi hic grauia uel hic uelit. Et hoc, Multa nunc Olynthii dicere poſſent, quę tum ſi pręuidebāt, nequaquam tamen perdebantur Et, Dum periclitatur nauis, ſiue magna, ſiue parua ea ſit, tunc nautā ac gu-

bernatorem, et quenq; officio intentum et expeditum eſſe opus eſt. Poſtquàm uero procella prçualuit, in caſſum quodq; ſtudium adhibetur Iſta aliquid plus habent. Nō enim ex defectione inductum eſt. Vt illud, Poſſeſsioo Athenienſes magna Philippo fuit. Item illud, Sitis Athenienſes ex eo ordine, ſed inexpectate ex interpoſitione. Quare magis elucet, et plus uigor habet hilaritatis Propriæ autem hæc eſſet ἀπόστασις, ideſt, defectio. Cum autem ubi cōſtitueris, in prius reducis orationem, minimum uidetur eſſe ἀποστατικον, ideſt, defectiuū. Vt, Tanta, ſubdens, poſſeſsioo' Athenienſes, et quæ ſequuntur. Expectantibus enim hic uidetur ἀπόστασις, illic autem nō admodum quid ἀποστατικὸν: hoc modo: Per Iouem hoc et illud fieri oportuit, et hoc non fieri: Multa iam Olynthii dicere poſſent, & quæ ſequuntur. Verum, quemadmodum dicebamus, ſecundum ſplendoris ſchemata, ſic fit uigor. Secundum autem uehementiç ſchemata, apoſtrophe ſcilicet & argumenta uigorem facerent. Vt illud, Potius ipſam prudētiam & *dignitatem in Theſſalorum regione amittere oportebat Æſchines, & reliqua. Item illud, Nō dicere oportet eum qui manū intus habeat, non, ſed legationē agere intus qui manus habet. Mirari autem non oportet, ſiqua iam apoſtrophe, quamuis dicamus uehementiç eſſe ſchema, ſimul & moris aliquid habuerit. Vt illud, M hi ne iraſcaris, nihil enim mali in te dico. Methodum enim ſic fecit, ut nihil dici uideretur amare per ſuſpicionem perſonç leptinç, & nihilominus uehementiā interim habebat. Itē & in more oſtenditur. Quod uero mos uehementiā faciat, nihil prohibet. Ironiç id oēs oſtendunt. Vt, πῶς ὑμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τούτων τὰ πράγματα ἔχει, ideſt, quomō cum probis his res ſe habent? Item & illud, Pulchrū *uirum & tritagoniſten ſummum te enutriuit mater.

* ἀνδρίαντα, ſtatuam.

Infinita etiã alia, & illa tamen moraliter ſimul & uehemẽter dicta ſunt. Item illud, Tu ſimilis Aeſchini? hic enim frater tuus? ſed apud eos qui uiuunt o' optime: & quæ ſequuntur. Hæc igitur uigoris ſunt ſchemata: cætera uero omnia ſimpliciter conſimilia cum ſplendore habet: membra ſcilicet, cõpoſitiones, deſinẽtias ac numeros. Et de uigore quidem tantum. Si quis autem dubitaret quale illud eſt, Hucuſq; Laſthenes amicus appellatus eſt Philippi, & reliqua. Et illud, Eubœam ille populatus, & propugnaculum in Atticam pręparans, & quæ ſequuntur, & quęcunq; ſimilia, an uigoroſa, an ſplendida, & quid magis: ſicut in loco de ſplendore oſtendimus, & hic rurſus ubi de uigore agitur, multa quæ ſplendoris ſunt propria, uigori inſeruire dicimus, ut membra longa, & quæ his conueniunt & numeri. Sæpe dictionẽ, & maxime apoſtatica ſchemata ex ſplendore & uigore miſta, in idem incidere dicebamus. Vt illud, Hucuſque Laſthenes, et ſimilia nihilominus uigoroſa uideri, ſi quidem quæ ſplendoris ſunt, uigor habeat. Sententiæ enim horum ſunt. ut hoc: Laſthenes philippi amicus appellatus eſt. Item et illud: Sed Eubœam ille ſibi uendicans, et in Atticã propugnaculum parans, et quæcunquæ talia, uehementia quoquo modo in perſonas dicta eſſe uidentur Et quemadmodum ea quæ propria ſunt uigoris, ita et ſchemata, et membra ſplendoris, una cum ſententiis aſperitatis, uigorem faciunt. Quare quis fortaſſe dicet quid hæc dicere oportebat, quod ſplendor et uigor commiſceantur? natura enim hæc ſemper miſta eſſe oportebat, ut uigoroſa eſſet oratio Sed ſcire opus, qđ primum hic dicimus uigorem et ſplendorem eſſe cõiunctos. Sed non aſſerimus ſplendorem -aſperitatem ſimul, et uehementiam genuiſſe, quæ uigorem faciũt. Neque uigor et ſplendor concurrentes, uigorẽ faciũt.

Sed ſententię aſperæ ac uehementes, ſimilesq́; methodi, cum ſplendoris dictione membrisq́; uigorem faciunt. Quare non ſe inuicem ſequuntur, ſed omnino uigor aliquid habet ſplendoris. Contra uero ſplendor nihil habet uigoris, niſi quis contendens uiolenter dicat. Splendoris hæc erant propria, membrorum prolixitas, & apoſtatica ſchemata, uel quid aliud, cum in ambobus hæc pari modo inueniantur, & nihilo magis quicquam illinc eo, quàm illinc huc transferri liceat. Sed hę nugæ ſunt. Manifeſta quidem hæc ſunt vel cuiq; minimo intellectui, quæ propria ſint ſplendoris. Vigor autem ſuapte natura generis ſubſtantiam non habet: ſed eorum miſtio quæ aſperitatis ſunt & vehementiæ, ac eorum quæ ſplendoris, vigorem facit. Proinde, vt dicebam, hæc non ſequuntur. Quod enim vigorem habet, idem & ſplendorem retinet: & ſi quid vehemens & aſperum, vel vtrunq; ſimul. Non idcirco neceſſe eſt id eſſe vigoroſum, quod aſperũ eſt, vel vehemens, vel ſplendidum. Habent enim hęc, & ſecundum ſeipſa ſubſtantiam ab aliis omnino ſeiunctam. Itaq; aliquis ita dicere poteſt, quod ex iſta ſentẽtia, vtputa aſpera vel vehementi, vigor fieri poteſt. Simili etiam modo ex hoc membro vtputa ſplendido, vigor confici poteſt: non tamen iſta uigoris ſunt propria. Apud iſtos vero qui talia ponunt, uigorẽ ita eſſe, vt uigor & ſplendor coeant, primum, ut dicebam, cõſiderandum eſt, quod non ex uigore & ſplendore uigor fit, ſed ex quibus dictum eſt. Deinde quod iſta, Huc uſq; Laſthenes & reliqua: & illud, Sed Euboeam ille occupans, & quę ſequuntur: ac deniq; quæcunq; ſunt his ſimilia, miſceri ubiq; dicimus, & à ſententiis incipiunt. Etenim ſplendidæ ſunt uehementesq́; ſẽtentię, & ſplendoris plus habent, ſiquis eas recte contempletur. Conſideremus autẽ quales ſententias dicebamus

eſſe ſplendoris, & in primis eas quibus ſuadet rhetor, dicens: Non vt ibi conſiſtere velit: quod ſi partis Philippi, ciuitas facta eſt, non conſulit. Scitum eſt hoc apud ciuitates ex Theſſalorum tetrarchis & aliis: hoc modo: Etenim ſi vt vicit Philippus ſtatim abiit, & poſt hæc quietem duxit: ac neminem neq; ſuorū ſociorum, neque aliorum Græcorum iniuria affecit, tamen aliqua querela & accuſatio poſſet eſſe ob ea quę in aduerſarios deſignauit. Quod ſi ſimiliter omnium dignitatem, præfecturam: & reliqua quæ ſequuntur. Conſtituit hoc per ciuitates, vt dicebam, & per gentes. Conſtituens autem hoc ipſum ſecundum hominem ab his, nemo dicet proditoris voluntatem quærens, quod pecunias acceperit. Deinde rurſus hoc conſtituere volens, manifeſtum & notum omnibus habet exemplum. Quapropter ſuaſiue dicens ſplendida vtitur oratione. Ego autem, ſiquid exempli habeamus ſplendidum magis quàm hoc, non vidi ſcilicet, Hucuſq; Laſthenes Philippi amicus nominatus eſt, & reliqua. Itaq; fluentium membrorum prolixitas, quibus ſuaſiue rhetor in ſententia vtitur, epanaphorarumq; productio non mediocris ineſt, quę quia ſecundum coniugationem proferuntur, admirabilem decorem efficiunt. Sed cum de decore agetur, diligentius de his à nobis ibi tractabitur. Nunc vero in id quod à principio dicebatur, redeundum eſt, quod hæc ſplandidam ſententiam reddát. Non enim Euthycratem, neque Laſthenem, neque alios proditores ſibi propoſitum fuit accuſare, ſed quod erat propoſitum confirmare. Splendida igitur propter hæc, vehementia vero ob hoc, quod videtur eſſe dictum in perſonas proditorum. Neq; talem ſimpliciter oportet orationem eſſe quæ contra proditorem habetur, expoſitam uidelicet, & minimum vehementiæ ha-

bentem: qnanquam hæc oratio aliquid etiam vehe- mentiæ habet. Et ſententiæ quidem tales, iuxta quas etiam ſolas, aliquis ſtatim diceret, miſtum eſſe ſplen- dorem & vigorem. Quæ vero ſequuntur manifeſta ſunt, ac omnino ſplendoris propria. Similiter, ſi qui- dem ſententia illius ſplendida (vt certe ſplendida eſt, quemadmodum oſtendimus) & iſta erunt: me- thodum dico, & ſchema cæteraq́; omnia. Quapro- pter etiam cum ab his vigor conſtituatur, neceſſe eſt dicere hic communia ipſorum fieri & ſimilia. Tale autem & illud, Eubœam ille. Huius enim, quia pacem Philippus ſoluit, hæc quæ dicta ſunt omnia, confirmationes ſunt & fides, quibus qui ſuaſit notis & manifeſtis, illuſtratur. Sed ſimul hic plus vigo- ris eſt, ſicut & illic plus erat ſplendoris. Aperte enim hic contra perſonas dicit, & non, vt illic, exponit & non accuſat. Adhuc etiam magis vel ob hoc vi- gore videtur abundare, quoniam correptiuo repre- henſiuoq́; ſchemate vſus eſt ad Æſchinem, dico in- terrogatione: quod cum ſit vehementiæ, vigor reci- pit: ſplendor vero non. Et hoc fit ne in prolixita- tem membra reſoluantur, ſed vnum ſint totum: vi- deri autem ſcindi complexionibus, & fieri cęſum, cum neque ſplendoris neque vigoris ſit, vehemen- tiæ vero magis. Cæterum cum vehementia à ſplen- dore abſit, vbique aliqua ex parte cum vigore com- municando, plus vigoris quàm ſplendoris habere facit videri orationem. Si vero comprehenſione, ma- xime uero plenè procedat, hoc rurſus alius erit ſer- mo. Ac de vigore hactenus. Deinceps de compre- henſione dicendum, quippe quæ ſola ex his reliqua eſt formis, quæ magnitudinem faciunt. Cui cum cõ- traria eſſent puritas, de ea in loco de diluciditate di- ximus.

De comprehenſione.

POſtquàm de dilucidıtate dictum fuit, cum de magnitudine, timore, dignitateq; orationis dicere decerneremus: id ipſum à uenuſtate, aſperitate, uehementia, ſplendore, uigore, ac deniq; quàm maxime à comprehenſione fieri dicebamus. Cum de cęteris formis ante dixerimus, quæ magnitudinem faciebant, neceſſario de comprehēſione diceremus: quamuis alia de ea ſcientia ferenda eſſet non mediocri ſtudio digna, cum omnem leuet pigritiam, & magis hac quàm cęteris formis, quæ orationis magnitudinē faciunt, ſit uſus orator. Sed quare ita fecerit, poſtremo dicemus: nunc uero dicere non conuenit prius, quàm de ipſa aliquid oſtendatur. De ipſa aūt dicere ordiamur, cui contraria eſt puritas, ut in tractatu de dilucıditate diximus.

De ſententiis comprehenſionis.

COmprehenſio in ſentētiis eſt, ſi quid huic de quo agitur, extrinſecus aſſumpſeris, ut genus ſpeciei: hoc modo, Malum o Athenienſes, malum ſycophanta ſemper. Cęterum hoc cinædus humanum quiddā eſt. Aut infinitum finito: hoc modo: In hoc Æſchinis certamine in multis ego ſum inferior: duo uero o Athenienſes magna: & reliqua. Aut totum parti: hoc modo: Sed cum tota ſacra ſit arx iſta, magnamq; *loci* amplitudinem habeat, iuxta ęneam magnam Mineruam à dextris ſtatuit. Nō enim arx genus, neq; à dextris Mineruæ locus, ſpecies arcis eſt: neq; *infinitum* quid eſt & finitum, ſed toti pars, ac parti totum aſſumitur. Facit autem & comprehenſionem quandam, aliquid per congregationem extrinſecus aſſumptum, etiam ſi non aſſumitur infinitum: hoc modo: Duo autem & magna: unum quidem hoc, alterum autem & hoc. Item illud, Tria enim maxima opprobria ſuſtinent, quod inuidi, quod ingratiſsimi, quod pfidiſsimi

etiam

etiam videntur. Item & illud, Hic duo dixit, vnũ quidem hoc, alterum autem & illud. Multa apud rhetorẽ eorum quæ antè dicta ſunt exempla inuenies. Haud enim ab re erit uidere, quomodo tales poeticæ aſſumptiones non comprehenſionis ſolum, ſed elegantiæ ſunt. Quatenus enim quod præuident quid auditores audient, elegantiam faciunt. Quatenus uero quod extrinſecus aliquid aſſumunt, comprehenſionem faciunt. Nec vero admirari oportet, ſi elegantia quę cõprehẽſioni quoquo modo aduerſari videtur, per eandem rem fieri videtur, utputa per aſſumptionem eius quod ſecundum congregationem. Non enim ita ſunt contrariæ orationis formæ, quemadmodum aliæ quędam, ut ſimul conſiſtere nequeant: ut calidum & frigidum: mors & uita: nox & dies: & quæcunq; talia. Cõtrà uero in his contingit, quæ quamuis ſunt contraria tamen ſimul cohęrere poſſunt: & tunc longè admirabilior fingetur oratio: quoniam ex cõtrariis formis bene cõfecta perficitur. Sed difficilis eſt hæc miſtio, qua priſcorum nemo ferè ſic pulchre, ut poſt Homerum Demoſthenes vſus eſſe videtur. Quomodo enim nõ difficile ſit, comprehenſionem dilucidit ati miſcere, & redundanti ac pleno claritatem, tenue venuſtati, gratiam ad magnitudinem accommodatam, vehementiæ ſimplicitatem, & aſperitati uoluptatẽ? Vbi autẽ audaciæ opus eſt pulchritudo, & ornatum cum probabilitate: ſplendori vero truculentia quædam & contentio, & tanquam ſtrenuũ quiddam abſq; vlla vtilitate & humilitate: rurſus vero vigori uerisſimile, & quod veri reconditiq; demonſtratiuũ eſt: & quæcunq; aliæ orationis formæ cõtrariæ inter ſe vidẽtur eſſe naturę. Ego vero non ſatis noui, ſi quid eſt hac re in oratione difficilius: & alioqui ſi opus ſit his omnibus ac ipſis ſingulis, miſtionibusq; ipſarũ vti. Sed hęc exacte de-

monſtrare, ac per exempla, alio opus eſt tempore: de quibus dicetur, cũ de grauitatis qualitate diſſeremus. Nunc aũt hoc dixiſſe ſat ſit, neminem mirari oportere (quod ſanè in his minimũ eſt) ſi cõprehenſio per hoc & elegantia effici poteſt: ferè enim hæc contraria nõ ſunt. Quinetiam & cõprehenſionibus omnibus, quando augent & plenam faciunt orationẽ, aliquid elegantiæ adeſſe opus eſt, ne cõfluat neq; incerta fiat oratio: vt ſuprà de elegantiã diximus. Ad cõprehenſionẽ igitur, vnde diuerterã, nunc redeo. Facit itaq; cõprehenſionem, ut dicebã, quando quid eorum quæ extrinſecus ſunt in ſentẽtia aſſumitur: uel cũ non tenuia dicuntur, neq; ſola per ſe, ſed cũ his quæ ſequuntur: ut loco, tempore, cauſa, modo, perſona, perſonę ſententia, & cæterorum deniq; omniũ quæ ſimpliciter talia exiſtunt: hoc modo: Cupiebã choro præeſſe, quando? Tertius hic annus eſt. Vbi? in eccleſia. Propter quid? cũ nondum chori princeps deſignatus eſſet, ac iccirco multa vtrinq; verba & conuitia fierent. Quomodo? uolens. Qualis exiſtens? nõ omnino diues. Inſania enim quæ paſsim eſt, ultra uires aliquid facere dictitabat. Hoc autem eſt aſſumptæ perſonæ proprium. Qua ſententia? per ambitionem. Per ſententiam igitur producendo ita, ex his comprehenſio conſtat. Poteſt etiam & horũ quodq; augere, & in comprehenſione ſententiam, orationem ex aliis amplificare, hoc modo: Choro pręeſſe cupiebam pauper exiſtens. Hoc quidem erat perſonæ tenue. Augebatur autem, primũ à differẽtia ad aliud, vt nullo cupiente. Deinde alia auctio, Ne diuite quidem vllo cupiente. Deinde alia, Non aliis muneribus immunis duras, ſed multa miniſteria operatus, & ĩ donatiuis & in trierarchiis. In uniuerſum igitur ſecundũ quodq; augere uolens, multa exempla, ac finita infinitaq; enthymemata inuenies. Præterea non ſolũ à ſiue-

prædictis locis cōprehenſio ſumi poteſt, ſed undecūq; incipere uolueris: aut à ſimili, aut à contrario, aut à genere, aut à ſpecie, aut à toto Itē à maiore, pari, & minore. Hæc uero nō ſunt aſſumptiones, ſed fides magis, per hæc enthymemata & exempla fiunt, quæ quidē oratione quæ ad comparandam fidem pertinet, indigent. Item comprehenſionem per ſententiam facit, ſi quis non ſolum ipſum negotium exponat, ſed digreſſoria narratione utatur, ut ſi non hoc fecerit, quod fieri opus erat, oſtendat. Vt ſi diceremus quod cætera omnia dimiſit & ſpreuit, & hæc in quibus conductus eſt peregit. Hactenus de comprehenſionis ſententia dictum ſit: nunc de methodo dicamus.

De methodis comprehenſionis.

COmprehenſionis methodi hę ſunt. Res inuertere & quæ ſecunda ſunt, primū dicere. Deinde cogi prima interponere, & figura uti per interpoſitionem: hoc modo: Poſtquā rurſus ex legatione ipſa uenimus in iuſiurandū, de qua nunc iudicia habentur. Deinde prima interpoſuit. Neq; paruum, neq; magnum: nihil impetrantes eorum quæ ab ipſo ſunt (quando pacem feciſtis) uel dicta uel expectata: & quæ ſequuntur uſq; ad illud, περὶ ἧς μὲν τῆ βουλῆ. Rerum igitur inuerſio per methodum comprehenſionem facit, ut quemadmodum dicebam, interponere cogatur, ut hic: uel prima neceſſario coaptare: hoc modo: Sed in hoſpitio quod eſt ante Caſtorē & Pollucem, ſiquis ueſtrum illatus acceſſerit ſupplex, uidit quod dico, hic facta ſunt ſacramenta. Hucuſq; huius interpoſitio facta eſt, Si quis ueſtrū illatus ſupplex arceſſerit, nouit qđ dico. Deinceps hoc interponitur, & ſecundum hoc cōprehenſionem fecit: hoc modo: Quando iam huc exercitū ducēs acceſſit Philippus. Deinde poſtremo qualitas, & ipſa cū auctione cōprehenſa: hoc modo: Turpiter ò Atheniē

ſes & indigne, ſi quid, & cętera. Et dicendo per epicriſim, aliam orationis qualitatem fecit orator. Poſteaquã autem hoc à principio interpoſitum, Si quis ueſtrum, illatus acceſſit, nouit quid dico, non ſolum comprehẽſionem fecit, ſed uelocitatem, quæ ſimul interſecaret orationem, & uerè quoquo modo formaſſe uidetur. Sed nunc non de hoc. Inuerſus igitur rerum ordo, comprehenſionis methodum facit: item ſi propoſitionis confirmationem ac fidem eiusq; amplificationẽ prius ipſe poſueris, ut in oratione pro Corona. Nam cum diuiſiua in hac oratione propoſitio exiſtat, quod utilem de trierarchiis tulit legem, & cum hanc probauerit, quod propter hanc pauperes lædi deſinunt, diuitesq; publicis oneribus carere prohibentur, ciuitatẽ his temporibus labefactatam, conſidera quomodo cõfirmationem amplificationemq; propoſitionis prius inducit. Videns, inquit, claſſem nobis ſolutam, diuitesq; à paruis oneribus immunes eſſe factos, & qui parua ac modica poſſiderent rem conſumpſiſſe omnẽ & ciuitatem deniq; ex his temporibus pauperem eſſe factam, legem tulit: & quę ſequuntur. Multum enim hic grauitatis, ut in ſuo loco dicemus, eſſe uidetur. Simile etiam huic & illud. Si quid noui decernitur o Athenienſes, & cætera. Prooemii enim hęc quidem propoſitio, quod ſi iunior adſit primusq; dicat, tolerari debet. Huius uero confirmatio eſt, quod antiqui nihil de his quę fieri opus eſt, in multis concionibus dixerunt: & ſi quę aliæ ſunt, quas propoſitionis cõfirmationes pręordinauit. Cõtrà in Archidamo Iſocrates, qui quamuis non comprehenſiuam, grauem tamen orationem effinxit: hoc modo: Veſtrum fortaſſe aliqui admirantur, quod omne reliquum tempus ciuitatis legibus cum impendiſſem: & quæ ſequuntur. Sed de methodis comprehenſionis hactenus.

De dictionibus comprehenſionis.

DIctio per ſe comprehenſionis propria meo iudicio non eſt,ut quædem aliæ, aliis formis accommodatæ: niſi fortè quis aliis dictionibus æquipollentes, cũ ſimul poni poſsint,comprehenſionis proprias eſſe dicat:hoc modo:Quid dicemus?quid fabimur? Item illud, Quæ ego prouidi Athenienſes & conſideraui, hoc conſului. Item illud, Sunt diſcrimina & certamina,quæ parua & magna pręmia habent. Item & illud, Tunc populus omnium bonorũ rex & dominus erat. Infinita ſunt huiuſmodi apud orationẽ exempla,quæ quidem aliqui diſquirentes,hæc cõprehenſionis propria eſſe dixerunt. Sed nos quod videbatur de his diximus. Pleonaſmum enim æque habet aliquem, & argumentum : uel auxeſim, uel diluciditatem, uel quid ſimile : cõprehenſionem autem etſi oſtendit, non tamen ſecundum dictionem . Nulla enim dictio per ſe ipſam cõprehenſionem habet:ſimul connexe,ut arbitror,habent,& emphaſim faciunt cõprehenſionis. Nõ enim cõprehenſiuum hoc,Quid dicemus?neq; hoc, Quid fabimur?ſed ipſorũ connexa poſitio aliquam cõprehenſionis emphaſim ac ſpeciem prætulit. Hoc fortaſſe non dictionis,ſed methodi. Et cũ ſententias oẽs ſimul exponimus,id fit cum inſiſtimus. At hoc cõprehehẽſionis proprium eſſe non puto,cũ magis ad δεινότητος:ideſt,grauitatis methodũ ſpectare uideatur. In his enim rebus quibus valemus, inſiſtamus : quod in oratione pro corona fecit orator. Vtrum,inquit,oportebat Aeſchines,ciuitatẽ ſpiritus dimittere, & ſententia retinere dignitatẽ? & quæ ſequuntur. Hac ſententia pluries quàm quater,hoc in loco uſus eſt,ac maxime hoc ipſo ſchemate:dico aũt hoc , apoſtrophe per interrogationem . Propter honeſtũ enim in ſententia permanet,& continuatis interrogationibus aduerſario

grauiter inſtat, nec reſpirare permittit. In quibus igitur valere poteſt, hoc facit: in quibus vero debilis eſt oratio, alio modo vtitur. Semel enim ac breuiter dicēdo, abſoluit In quibus igitur valemus rebus, perſeueratione utamur. Et hoc vtriq; methodi erat: ut illud, Quid dicemus? quid ſabimur? methodus quædā erat, quā facere vt cōprehenſionem cōplectatur, haud erit iniquum. Eſto etiā ſub methodo cōprehenſionis ipſa perſeueratio. Quanquàm non vbiq;, hic tamen ſi inueniatur cōprehenſionem facit, ſed non coeant propter ea quæ dicta ſunt, ac etiā hoc, Quid dicemus? quid ſabimur? dico etiā adhuc huiuſmodi. Vt & quidē quādo hæc feciſſe uiſus eſt, & in hunc modū vſus videtur, meo quidē iudicio. Hic enim ſimiliter reſtat alterum membrum ſimul poſitum, quemadmodū illic dictio.

De ſchemate comprehenſionis.

COmprehenſionis ſchemata prima ſunt. quæ ſecundas uel tertias ſententias in vniuerſum attrahunt Penes hæc alia ſunt, de quibus ſecundū vnumquodq; dicemus: & in primis de his quę ſententias in ſeipſis ſiſtere nequeunt, ut dicebā, trahentia alias ſententias primis. Eſt igitur enumeratio talis. Vt primum quidem hoc, ſecundū vero illud. Quod idem elegantiæ & ſimplicitatis eſt, ſi contrariā redditionem acceperit. Etenim hoc per longum comprehenſiuum eſt, Si autē ex reſumptione fiat, reſumptionis cauſa ęlegātem facit orationem: comprehenſionem autē omnino habet, quoniā per longum redditur. Vt primū quidē o' Athenienſes, ut ne quis veſtrū cum me aliquid dicentem audierit, admiretur. Deinde, multa cum dixiſſet per interpoſitionem iterum reſumpſit Huius quidē primi & maxime cuius cauſa dicebam, hoc proſequutus ſum. Deinde ſic neceſſariū reddidit, tanquā quod ſequeretur ſchema. Vt ſecundi vero, & quæ ſequun-

tur. Enumeratio itaq; eſt ſchema comprehenſionis, & quæcunq; huic ſimilia, numeratiuum dico Quale genus hoc eſt. Primum quidē o' Athenienſes oro omnes Deos & omnes Deas quancunq; beneuolentiā: & quę ſequuntur, quandoquidem hoc veſtra refert Atque id per delationem honoris dictum, ut illud, *Maxime quidem cū conducere putetis reipub. ſolutā eſſe legem: deinde etiam pueri Chabriæ cauſa.* Trahunt ſententias & quę ſecundū ſuppoſitionem ſchemata: ac maxime ſi cū partitione quis ſupponat. Vt ſi enim iam eo erāt res Aeſchines, ut nihil plus eſſe Thebani ſuſpicarētur, cur nō factū eſt? Deinde ex neceſsitate hoc inſequutū eſt, *Si vero præſcire vetatur: quis ille eſt qui blaterat? non iſte?* Quando autē ſine partitione ſuppoſitiuo ſchemate vtetur, omnino aliquid dicet, & neceſſario ſubſequens ſenſus alius, non ſimiliter comprehenſionem faciet: non enim ſic apparet quod neceſſario ſequutum ſit, quemadmodum in hoc. Si enim prohibere ciuitatem vnà cum cōmuni Græcorum concilio facere pacem, ego cū Philippo egiſſem. Deinde quod ex neceſsitate ſequitur, Tibi non fuiſſet reliquū tacere Attrahuntur ſenſus & obliqui, ut illud, Inſtante enim Phocenſi bello, hoc uel illud. Deinde attractum, *Vos ſic diſpoſuiſtis.* Cōprehenſio hic in maiore fit, non ſolum ſecundū ſchema, ſed ſecundū ſententiā, & methodū, aliaq; ſchemata plura. Quale eſt illud ex interpoſitione, Nō propter me (non enim ego.) Itē enumeratiuum. Primū quidem uos ſic diſpoſuiſtis; & alia multa. Sed hæc obliquatio cōprehenſionis plurimū habet, ſicut & hic: Pluribus o' Athenienſes iam orationibus habitis parum opus eſt per quanq; concionem: & quæ ſequuntur Et rurſum, Poſteaquàm Choragus Pandiomidi tribui cōſtitutus non ſit, & quę deinceps. Sed infinita apud Rhetorem huius comprehenſionis

exempla vbiq; diffuſa. Nihil enim eſt quod non comprehenſiuum ſit apud eum. Dico autem niſi cęſum quis accipiens, tanquàm paruum comprehenſiuũ & purum eſſe dicat. Sannion eſt utiq; quis, qui tragicos choros docens, quod non duxerit exercitum, damnatus eſt. Sed hoc ſi bene conſideretur, quoniam ſtatim hic illud, quod uſus eſt vtili, vbi purum eſt pręter mẽbrum? Et omnino quæ deinceps, omnia quoquo modo non cõprehenſiua ſunt. Infinita igitur agud Rhetorem, ut dicebam comprehenſionis exempla, ubi quidem & in priuatis nihilominus hæc forma ſuperabũdat. Vbi magis, ut puto, puritate opus eſt, quoniam in more ut plurimum eà verſantur. Et hęc cauſa eſt, qua in comprehenſione ipſa puritas multum extare videtur: quod cum de ea ageretur, cui magnitudinis & dignitatis cura eſt, me dicturum promiſeram. Ex aliis formis hæ magnitudinem Demoſtheneæ orationis efficiunt. Propriis autem nulla ferè præter vehementiam accommodatur: quæ quidem non pura, ſed cum aliqua uoluptate adhibentur. Ex aliis vero nulla. Neque enim aſperitate, neq; venuſtate, neq; ſplendore, neq; vigore quis potiſsime in priuatis vtetur. Vehementię vero interdum licet alicubi, atq; id cum more aliquo. Vt hic, ἄλλα ὦ χαλεπώτατε βιωτὲ, διώκται χρῆσθαι. & multa huiuſmodi exempla inuenies. Comprehenſio autem ferè ubiq; priuatis accõmodari poterat, ut ipſa res oſtendit. In publicis vero cauſis poſſunt quoquo modo & reliquæ, quæ magnitudinem faciunt formę, eo quia rerum magnitudinem comprehendant. Attum maxime, ſi perſona dicens habeat dignitatẽ, vt in oratione pro Corona: etiam ſi vniuerſaliter dicatur, aut etiam epiphoram recipere poſsit. Vigorem autem tum maxime facere conuenit, ut in orationibus in Philippum. Neq; ille magis ille venuſtate, aſpe

ritate, vehementia, ſplendore & vigore quàm cõpre/henſione in his abundat. Cuius quidem rei hæc eſt cauſa, quod in his ſumma dicendi ratio continetur. Sed vnde digreſſi ſumus, ad comprehenſionis iterũ ſchemata redeamus. Attrahuntur nãq; ſenſus, & ſchema ἐπτρέχον appellatum, ex compage vel coaptatio/ne: hoc modo: Quoniam enim nondum concio ulla prætermiſſa erat propter abuſum: & quæ ſequuntur. Item ſenſus & ſubſtantiæ, quale illud eſt: Ita aperte Philippum corripui, vt eius ſocii ſurgentes conſenti/rent. Item illud, Quanta in me beneuolentia eſt, tan/tam concedere. Item tales ſenſus & partitiones attra/huntur. Vt illud, Quæ igitur antequàm ego rempub. gererem, & concionem haberem, Philippus occupa/uit & detinet, dimittam: ex quo autem reipub. præeſſe cœpi, & hæc gerere, iſta referam. Cũ igitur multa par/titionis ſchemata, non in Demoſthenica ſolum, ſed in quauis oratione repeniũtur, de partitione dicere haud erit iniquum.

De partitione.

Partitio quidem omnis comprehenſionis ſpeciẽ habet, cum aliquid attrahat Quare aut apertam comprehenſionem habet, aut ad emphaſin vſq; com/prehenſionem facit, cæterum aliud quiddam facit. Per longum aũt cũ ἀνταπόδοσιν, id eſt, mutuam reddi/tionem recipit, comprehenſionem penitus effingit, quale illud eſt: Philippi ergo vires & potentiam exe/qui, ac his rationibus dicere vos facere quæ oportet: vſq; ad illud, Quæ vero ſeorſim ſunt. Hic enim mu/tua redditio eſt. Hoc vero exemplum etiam plenũ eſt, non modo comprehenſiuum. Plenitudo autem nihil aliud eſt, niſi comprehenſio in ſeipſa redundans exu/beransq;, perinde atq; ſi quis comprehenſam compre/henſionem dixerit. Sed de ipſa paulo poſt dicemus,

apertioraq́; exempla ingerentur. Partitio autem quæ per longum mutuam redditionem habet, comprehenſiuam facit, vt dicebamus orationem: per breue vero, velocem, quale illud eſt: Veſpera iam erat, venit quis nuncians ad prętores, deinde me accuſat, hoc defert. Si autem ſecundum coniugationem accipiatur, pulchram ſimul & accuratam faciet orationem. Vt illud, Circa chori principum impenſas, parua diei parte gratia eſt ſpectatoribus: circa belli apparatus copiam, omni tempore ſalus eſt ciuitati. Duo mẽbra & ex duobus aliis coniugatis compoſita, tanquam per conuerſionẽ vel æque conuerſum mutuam redditionem faciunt. Hic autem non ſolum per cõiugationem partitio, ſed decorum æquiparationis color efficit. Itaq; partitiones plenam reddunt orationem, quando inuicem interponuntur Vt illud, Si de nouo quodam negotio o Athenienſes, & quæ ſequuntur. Prius enim quàm cõtra redderet, alteram partitionem inter poſuit. Si quid autem mihi placebat eorum, quæ dicerentur ab his, ſilentium ducebam: ſi vero minus, tunc conatus fuiſſem dicere quæ ſenſiſſem. Deinde poſtremo mutua redditio, Quoniam de quibus ſæpe iſti dixerunt, nũc conſiderandum eſt. Plena igitur facta eſt propter hoc oratio. Itaq; ipſæ interponentur partitiones, vel quando inuicem compoſitæ fuerint, plenitudinem faciũt: quale genus illud eſt. Hoc decretum vni quidem Cerſobleptæ conſpiranti ad imperium Charidemo ſecuritatem dare, cæteris vero aliis regum præfectis timorem & metum, ne quàm habeant præuaricandi cauſam. Deinde priuſquàm ſententiam ſoluere cogitaret, aliam cum prima partitionem coaptauit. Debiles quidem ſcilicet vna coniunctæ, validam reddunt orationem. Hoc ergo modo plenitudinem fecit. Quam ob rem plenitudo fit, vel quãdo comprehenſiua ſchemata per interpoſitionem inuicem ſuperabundant,

vel per compoſitionem, vt iam dictū eſt, vel cum aliis cōprehenſiuis nonnulla ſimilia ſic quoquo modo cō plicantur, vt partitione quæ ſecundum ſubſtantiā, vel aliud aliquid ſimile alii interpoſitum, uel coaptatum cōplicitumq́; quemadmodū paulo ante oſtendimus. *Eſt enim plenitudo nihil, niſi cōprehenſio redundās.* Quæ enim cōprehenſionem faciunt, ſi plura, ſecundum idē accipiuntur: ut interpoſitiones & ſimilia plenam ſtatuunt orationē. Sed magnæ ſonoritatis & potentiæ eſt in his aperte & non confuſe dicere. His autem multo magis rhetor abundat, quæ de partitione & plenitudine dicta ſunt. Itē comprehenſionem facere dicebamus ſchemata, quę non ſolum alia ſubintellecta attraherent, ſed quæq; alia, de quibus dicere neceſſe eſſet. Hoc aūt quod ſecundū arſim & theſim cōprehenſionem facit, perfectā reddit orationem. Vt illud, Non tanquā reddituri ueſtra. Deinde theſis, ideſt, poſitio, Sed ut alios cōſeruaturi. Hoc ſchema in attrahētibus alia ſenſa non poſuimus, quoniā per ſe ipſam reſponſio poni poteſt, ſed non neceſſario ipſam poſitio ſequitur. Vt illud: Non propter me. Neq; enim ego vnquam rempub adminiſtraui. Primum quidem vos ita diſpoſuiſtis. Nihil enim hic poſitiuum, ſequutum eſt ad reſponſionem. Hoc igitur ſchema ſecundū arſin & theſin cōprehenſionem facit, perfectam reddēs orationē, & ex reſponſione complicatur. Hoc autem modo prolata ſenſa, opulenta admodū eſſe uidentur. Vt illud, Non ſolum hoc, ſed & hoc. Non enim ſolū ſi quiſquā quid vtile conſiderans, hoc audientes accipiatis, ſed de veſtra fortuna ſuſpicor, & reliqua. Item per conuerſionē ſchema dictum, cōprehenſiuum eſt, quale illud eſt, Si enim tum cum venimus Euboicis auxilientes: & quæ deinceps. Etrurſus, Hic enim ea faciens quibus ego capiebar: & quæ ſequuntur.

Interpoſitio autē in vniuerſum eſt, ante deſinentiam ſententiæ ſubuerſio, aliarumq́; ſententiarum interpoſitio. Quoniam autem de cōprehenſione ſatis, & nō nulla in loco de plenitudine & pura oratione, ac in vniuerſum in pluribus locis iam diximus, exemplaq́; non pauca poſuimus, nunc videndū eſt, quonam modo interpoſitiones velocitatem efficiunt. Si enim breues ſunt, humilitatē in narratione extollunt. dum orationem cædunt, & per hanc deciſionem longe faciūt velociorem, quale illud eſt. Cum exarſiſſet Phocicum bellum. Deinde interciſa narratione, interpoſitionem facit: hoc modo: Non propter me. Nō enim ego adhuc tum rempub. gerebam. Deinde rediit iterum ad narrationem. Primum quidem vos ita diſpoſuiſtis, & quæ ſequuntur. Tale eſt etiam & hoc, Eſt igitur iſte primus Athenienſium, qui ſciuit Philippum (ſic tum in concione dicebat) inſidias Græcis parantem. Item ſi breues ſint interpoſitiones non magis velocem, quā comprehenſiuam parant orationem, quale illud eſt: Hoc illud, quod & verum eſt, malum apparere. Vides quomodo concitata & velox eſt oratio? Fit etiam per interpoſitionem quæ breuis exiſtat, quod & verū eſt. Non tamen à comprehenſione liberatur, nec rurſus ſic, quemadmodum ne tum quidem cum eſſent longæ interpoſitiones, orationem velocitate liberari permittunt. Quanquā magis tum faciunt cōprehenſionē, quā velocitatē. Ac quæ ad ſententias, methodos, ſchemata pertinent, ac ſi dictio comprehenſionis ita fieri poſsit, vt oſtendimus, ſufficienter demonſtratum eſt.

De membris, compoſitione, deſinentia ac numeris comprehenſionis.

MEmbra quidem, uel compoſitiones, uel deſinentias uel numeros, non poſſumus dicere, qđ propria ſint cōprehenſionis. Omnia enim mēbra, ut uno

verbo dicam, omnes numeros, compoſitiones, & deſinentias, quæ in cęteris ſunt formis, profectò recipiũt. Quare illæ comprehenſionem etiam admittũt oẽs, præter fortaſſe puritatem. Extra ſeipſam autem puritas eſt, ſi per comprehenſionem, fiat: &, quemadmodum dicebam cum de ipſa agebatur, ei cõtraria omnino eſt comprehenſio. Ex quo & ſecũdum multa ex contrariis inuicem comprehenſio puritasq; fit. Si non omnes ſpecies per ſententiam aliis complexe concurrant, puram facere orationem, vel è contrario, mirari non oportet. Contingit enim qui pure dicere videntur, ſententiis circuire, quæ negotia ſequuntur: contra autem comprehenſiue qui dicere videntur, puram & tenuem efferre ſententiam. Sed de hoc ſatis in loco de puritate à nobis dictum eſſe puto.

De diligentia & decore.

POſt ſermonem de diluciditate & dignitate, qui ſecundum magnitudinem, nunc de diligẽtia & decore qui ſecundum orationem dicendum eſſet. Dilucidæ enim orationi ac tumorem & dignitatẽ habenti, omnino aliquo decore & ſonoritate opus eſt, niſi tanquam inſuauis & voluptatis expers & ſimplex futura ſit. Huic autem quod contrarium ſit inaccuratũ & diſſonans, & ſecundum compoſitionem vile, manifeſtum eſt. Si vero id conferat, quemadmodum aſperitati & vehementiæ, alius eſt tractatus. Sed de decore & diligentia dicendum Decor igitur in oratione proprie etat, qđ ex omnibus quæ eius formas faciunt, omnino conſiſtit: vt ex ſententiis, methodis, dictionibus, & reliquis bene coaptatum & commenſuratum, cum aliqua moris qualitate, quæ per totam orationem perinde atq; in corpore color eluceat, formæ accommodata. Dico autẽ, quod ipſam orationem ſiue ſecundum ſingulas formas quis efficere decreuerit, ſiue in

ea omnes formas commiſcuerit; variam & Demoſthenicam & ciuilē omnino ambiens orationem, ſiue etiā ipſarū aliquas aliquibus accommodet. In vniuerſum enim decor membrorum partiumq́; cum pulchro colore, norma eſt & commenſuratio. Ex quibus vel formis totis ſimul miſtis vel implentibus quanq; formā conficitur oratio. Et hæc quidem membra & partes ſunt ipſius. Oporet vtiq; decor, ſiue varius, ſiue vnius ſpeciei eſſe debet, horum commenſurationem habere, hoc eſt, conſonantiam, & quandam ſibi floridam morum qualitatem ineſſe, perinde atq; pulchrū vbiq; colorē apparentem, quā quidem ex natura aliqui orationis colorē appellarunt. Hic igitur decor eſt, quem Plato mihi dicere videtur, quippe qui caput, media, & extrema vniuerſo corpori congruentia, orationem habere oportere teſtatur, quæ nec fluxa ſparſaq́; ponantur, ſed ſcite & cōmode inter ſe conquadrantia. Quin etiā non poſſe ſic aliquando pulchrā fieri orationē. Et hoc in Lyſia Erotico reprehēditur, quod ſententiis & ordine non cōcinne vſus eſt. Non enim ſententias & dictionē improbat, cum ſententiis ſæpe iiſdem vteretur. Item dictionem valde laudat, nominibus & verbis excultā orationem reddidiſſe referens, neq; immerito, de hoc rhetore id dictum eſt. Sed de Lyſia Lyſiæq́; oratione, ſiue tota, ſiue ſola parte impræſentiarum differatur. Nunc ad inſtitutum noſtrum redeamus. Decor orationis proprie videtur omne, quod ſupradictum eſt. Sunt enim quædam quæ manifeſte aliis in oratione decorem ferunt, perinde ac ornatum quendam extrinſecus poſitum & fucatum. Cui quidē ſoli decoris nomen in oratione pleriq; tribuerunt: de quo Iſocrates loquutus eſt, eumq́; ab auditoribus attēdi, & in furores trahere dicit. De conciliatione autem hæc, & huiuſmodi nonnullis orationibus, in Pana-

thenaico aliqua retulit. Hoc etiam non parum Demoſthenes vſus eſt, quod quidem non minus neceſſariũ eſt, quàm ſupradictæ orationis formæ, & his quæ dici debent. Hæc igitur cum ita ſe habeant, oportet & de decore dicere: in primisq́; videndum eſt, quod hic decor circa dictionem ſolam, & circa ſequẽtia dictionem ſchemata, præterea circa membra, compoſitiones, deſinentias, numeroſq́; verſatur.

De ſententiis & methodis.

SEntentiæ autem ipſe ſuapte natura, & peculiares methodi huius decoris non ſunt. Niſi forte quis dixerit δριμύτητα, ideſt, vim quandam acutam, de qua paulo poſt dicemus quando de ſimplicitate & ſuauitate differetur. Sed in primis de dictionibus & de his prius quæ confeſſi ſumus, dicendum eſt.

De dictionibus pulchris.

DIctio igitur pulchra omnis, quæcunq; aperta & pura. Aſperæ enim tranſlatæ, manifeſtæ ſunt & aliud quid ſimile. Vt illud, Ἐμὲ γοῦν ὡς ἄθλιον οὕτω διατεθειμένος, καὶ πεπρακὼς ἑαυτὸν, ἐλήλυθεν. Item & illud, Ἐκεῖνα ἀργυρωμένα & quæcunq; talia. Pulchræ autem ſic in tali decore non ſunt. Iſocrates autem decoris quàm maxime ſtudioſus, tranſlatis minime vſus eſt. Plus autem diligentiæ & decoris breues dictiones habent, & ex paucis compoſitæ ſyllabis: quale genus illud eſt, Περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ.

Schemata pulchra.

SChemata pulchra decorum faciunt ornatũ: & aperte fucari videntur quicunq; colores, quibus maxime abundat Iſocrates. Sunt & apud Rhetorem, non tamen tot neq; tales: & præſertim illi qui diffuſi, quiq́; ſuapte natura diligentiam ſapiunt: quale genus illud eſt, Τῇ τε πόλει βοηθεῖν οἴεται δεῖν, καὶ δίκην ὑπὲρ αὐτῆς λαβεῖν, τοῦτο κἀγὼ πειράσομαι ποιεῖν. Præter talem colorẽ,

& ita vſitatum, nullum alium apud Rhetorem poſſumus inuenire. Sed cauſam qua hic ita ornatam ad ſatietatem vſq; orationem elaborauit, continuo in euidentibus contineri diximus, dum eam orationem in Androtionem contemplabamur. Quod igitur hoc raro vtatur, manifeſtum eſt: non tamen raro quidem colorib⁹, ſed his modeſte, & cũ feſtiuitate: decidit enim ipſos per interpoſitionem quandam, orationiq; admiſcet, aut permutando in fine ſyllabas quæ mẽbra adæquent, aut quæ per membrum omnem colorem ęquiparent. Syllabis in fine ęqualibus, nuſquam vſus eſt niſi hic, Τῇ γε πόλει οἴεται βοηθεῖν δεῖν. Quæ quidem ſimilia, ſexcenta quis inueniet apud Iſocratem. Non ita Demoſthenes: ſed illis tribus modis tantum vſus eſt; aut decidendo, vt dicebamus, aut ęquantes ſyllabas immutando, aut quę ſecundũ membrũ totum ęquẽt. Decidit igitur hos colores hoc modo per interpoſitionem, Τὸ μὲν γὰρ πολλὰ ἀπολωλεκέναι κατὰ τὸν πόλεμον, τῆς ἡμετέρας ἄν τις ἀμελείας θείη δικαίως: τὸ δὲ μήτε πάλαι τοῦτο πεπονθέναι. Et interpretatio, Πεφηνέναι τέ τινα ἡμῖν συμμαχίαν, τούτων ἀντίῤῥοπον ἂν βουλόμεθα χρῆσθαι. Deinde ei quod à principio ſic æquum membrum reddidit, Τῆς παρ' ἐκείνων εὐνοίας εὐεργέτημ' ἂν ἔγωγε θείην. Decidit enim ſic per impoſitionem, Immutat etiam ſyllabas quæ in fine æquiparent: hoc modo: Τὸ μὲν τοίνυν ἐν τῇ πρεσβείᾳ πρῶτον κλέμμα μὲν φιλίππου, δωροδόκημα δὲ τῶν ἀδίκων τούτων τοιοῦτον ἐγένετο. Si enim ibidem dicas, Τὸ μὲν τοίνυν φιλίππου μὲν ἐν τῇ πρεσβείᾳ κλέμμα, ibidẽ δωροδόκημα, aperta fiet ad decorẽ orationis adiectio: idcirco igitur immutauit. Simile huic & illud, Τὸ καὶ μηδὲν ἀληθὲς ἀπηγγελκότας καὶ κεκωλυκότας ἐμοῦ τὸν δῆμον ἀκοῦσαι τἀληθῆ καὶ μηδὲν ὧν προσετάξατε ὑμεῖς πεποιηκότας καὶ ἀνηλωκότας τοὺς χρόνους. Hæc enim æquantia, ſi in fine poſuiſſet, decenter ſe ipſa ornabatur oratio.

Longè enim à uerisimili abfuiſſet, ſi ita dixiſſet, Μηδ' ἀληθὲς ὃ ἠγγελκότας καὶ τὸν δῆμον ἀκούσαι μου τἀληθῆ κεκωλυκότας, καὶ τοὺς χρόνους κατατετριφότας, καὶ μηδὲν ἂν πρὸ σέ τοῦ ξεκτ μ.πεπεποιηκότας. Vitauit igitur tale quiddã. Multa ſunt huiuſmodi apud eum exempla, ſiquis quærere velit. Vt illud, Ταῦτα γράψαντος ἐμοῦ τότε. Itē & illud, Τὸ τῇ πόλει συμφέρον ὑπὸ τοῦ Φιλίππου ζητούμενος, τοιοῦτόν ἐστιν. Sed iſte quidem hunc colorem vitauit, quamuis perfectam quanq; orationis rationem calleret. Iſocrates vero minus, quippe qui non exiſtentem natura ſua colorem eſſe cogebat: cum magis ſibi decoris, diligentiæ, quàm veri probabilitatisq; cura ineſſet. Coloribus in membro æquantibus, ubiq; Demoſthenes uſus eſt: quia non ſunt exacti decoris, & celeritatem quidem & veritatem ſapiunt. Vt illud, Τὸ λαβεῖν οὖν τὰ διδόμενα ὁμολογῶ ἔννομον εἶναι, τὸ χάριν τούτων ἀποδοῦναι παρανόμων γράφῃ. Tribus enim membris, & per omnia æqualibus, cæſum vnum induxit, hoc eſt, παρανόμων γράφῃ. Et fortè cũ celeritate ac vehementia per apoſtrophen decorem induxit. Similibus ſæpe coloribus Iſocrates, ſed non per apoſtrophen uſus eſt. Et fortaſſe nunquã hoc ſchema apud ipſum inuenies.

De æquatione.

AEquationis colores in principio, & in fine fiunt: In principio quidem hoc modo: Προσήκει προθύμως, καὶ ὁ Πλάτων Παυσανίου δὲ παυσαμένου. Διδάσκουσι γάρ με ἴσα λέγειν οἱ σοφοί. In fine quomodo hi colores fiant, ſuprà demonſtratum eſt. Vt illud τῇ τε πόλει βουλῶν, & quæ ſequũtur. Colores igitur hi, ut dicebamus, ornatum afferunt, & per membra ἐπαναφορὰν, id eſt, repetiones: hoc modo: Μέχρι τούτου Λασθένης φίλος ὠνομάζετο Φιλίππου ἕως προὔδωκεν Ὄλυνθον· μέχρι τούτου τιμῶν ἀκοῆς ἕως ἀπώλεσε Θήβας. Fit enim epanaphora in hac parte orationis. Sed ab æquationis colore hoc ſche-

ma differt in principio: cui quidẽ ſyllaba vna in ambobus eſt membris, ſiue plures, ſed non ita, vt partem integram efficiat orationis: hic autem integra dictio. Itaque quod erat epanaphora, à principio æquationis color eſt. Quod vero ęquationis color eſt à principio, non adhuc eſt epanaphora. Minime autẽ mirandum eſt, ſiquid ſplendoris & vigoris ſupradictũ habet exẽplum. Inter ſplendorem enim & decorem, in omni ferè exemplo non mediocris eſt affinitas: ſimili modo, & inter vigorem. Virentia enim & iuuenilia corpora omnino perſpicua & pulchra ſunt: ſed non è contrario. Pulchrum enim aliquid eſſe poteſt, nec tamen aliquid vigoris & perſpicuitatis habebit. Epanaphoræ autem ſi per commata fiant, velocem ac celerem orationem facient, ſed non pulchram. Vt illud, Προσιὼν τῇ βουλῇ, προσιὼν δὲ τῷ δήμῳ. Hic enim velox partitionis redditio celeritatem genuit. Item ἀντιστροφῆς, id eſt, cõuerſionis ſchema decorem parit non mediocrem: ſed aliquo modo ἐπαναφορᾷ, id eſt, repetitioni contrarium eſt, cum membra in eãdem deſinent dictionem. Et ab æquationis colore differt eodem modo, quo & epanaphora: exemplum tale eſt. Si enim quis quæcunq; acceperit etiam ſeruauerit, magnam habeat fortunæ gratiam. Si vero imprudens perdidit, unà etiam perdidit memoriam habendi fortunæ gratiam. Item & illud, Si aliquid fit eorum quæ vobis conferre videntur, mutus Aeſchines: ſi quid obſiſtit, & fit quod non oportet, adeſt Aeſchines. Et rurſus illud, Ad ea facienda celeriter, & in tempore quæ ad bellum ſpectant, multò præſtant: ad conciliationes autem quas ille libens cum Olynthiis faceret, contra eſt affectus. Rurſum eſt hoc apud Rhetorẽ ſchema, & hoc ſi per comma dicatur; velocem ac celerem faciet orationẽ, at nõ ornat: quale illud eſt: Ταξιάρχους παρ᾽ ὑμῶν, ἱππάρχους παρ᾽ ὑμῶν. Si

quid autem habet aperti ac manifeſti, vel hic vel in epanaphora, alterius eſt rationis. Item epanaſtrophe ſchema eſt ex his quæ orationem excolunt: fit autem, quando ex fine vnius membri quis principiũ ſtatuit: quale illud eſt, Οὐ γὰρ δήπου κτησιφῶντα μὲν δύναιτ' ἂν διώκειν δι' ἐμὲ, ἐμὲ, δὲ εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν αὐτὸν, οὐκ ἂν ἐγράψατο. Item illud inſidiarum, & exercitationis manifeſtum eſt, quando quis vnam dictionem diuidens, ex vltimis illius ſyllabis, principium inducti membri faciet: quale illud eſt Thucididis, Σαμία μία ναῦς. Deinde illud, Βοὶ ἦν. Et apud poetam illud, Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευε. Illud autem, Τοῦ δ' ἐγὼν ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν, δέμας δ' αἴθωνι σιδήρῳ. Epanaſtrophe cũ ſit, non ſimile eſt ſupradictis, neq; pari modo inſidiari uidetur: ex quo non ſyllabis, ſed ne dictione quidem, imo toto commate fit anaſtrophe.

De gradatione.

Eorum quę maxime orationẽ exornãt, gradatio eſt: quę rara tñ apud Rhetorem: nã ſemel aut bis tantum. Eſt aũt hæc nihil aliud q̃ ditata ſuperabundãsq; anaſtrophe: hoc modo: Οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δέ. οὐδ' ἔγραψα μέν. οὐκ ἐπρέσβευσα δέ. οὐδ' ἐπρέσβευσα μέν. οὐκ ἔπεισα δέ. Celeres autem partionum redditiones & breues membris fecerunt celerem eſſe orationem. Sed ſi multis reſponſionibus generoſitas oriatur, alius eſt conſiderationis. Quanquàm aliquo modo generoſitas decoris eſt propriũ, ac reſponſiones ipſæ. Sed an id eſſet proprium, ſæpe teſtatus ſum, quàm ſit difficile inuenire apud Rhetorem tale quiddã, quod ut plurimum vnius formę ſit. Quàm maxime hic uir uarietate vtitur: ac ferè ĩ omnibus ipſius partibus, oĩa inuenias. Vſq; adeo formarũ miſtione ſcitè & cõmodè vſus eſt. Concurrunt enim ad inuicem ferè vniuerſæ apud eum, ac veluti ex corruptione vnum quodam faciunt

poſitione diſcordent, neq; vocalium colliſione diſſonent, ſed cōſonantibus vndiq; contineantur. Qualia ſunt Iſocratis, cuius quidem non membra ſolum cōſonātibus, ſed tota oratio continetur. Tantæ ei curæ fuit, & vocalitas & decor. Hæc igitur, quæ dicebam, cetera membra excolunt: videntur enim quoquo modo membra illa diligentiam habere, & ſuppoſitum quendam ornatum, ſed non valde aliquid cōmaticū ſapiunt. Tamen etiam ornant, breuia ex complexione, quando inter ſe tanquā ex interpoſitione ea dicuntur, quæ totam ſententiam complectuntur, non ſecundum ipſius quanq; partem perfectam & plenam, ſed vniuerſim tanquam ſi eſſet vna: hoc modo: Οὐ τοίνυν μόνον μὴ λέγων ἀδικηθῆ δεῖ σκοπεῖν, ὦ φιλοτιμίας ἕνεκα περὶ τῆς δωρεᾶς σπουδὴ γένοιτ' ἄν, οὐ χρείας, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλος ἂν μὲν ἐποίησεν, ἡμᾶς ἂν πρᾶγμα, εἰς δέον δὲ νυνὶ γέγονεν αὐτῷ τὸ παρ' ὑμῶν λαβεῖν τότε τὴν ἀτέλειαν. Et ruiſus. Ἔστι δὲ οὐκ ἄδηλον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι Λεπτίνης, κἄν τις ἄλλος ὑπὲρ τοῦ νόμου λέγῃ, δίκαιον μὲν οὐδὲν ἕξει περὶ αὐτοῦ φέρειν, ἀναξίους ἀνθρώπους εὑρημένους ἀτέλειαν ἐκδεδυκέναι τὰς λειτουργίας. Atq; hac plurimum oratione vtitur. Vides igitur quemadmodū breuia ſint omnia, præter membra vltimorū exemplorum in vtriſq; & ut interpoſitiones, non interpoſitiones quodāmodo videantur eſſe: & quo modo ex conſequenti aliquo interpoſitæ, ſed non ad ſatietatē elatæ? Non enim idem erat, id ipſum ita dicere, Τοῦτ' ἐκεῖνο ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὂν παρέχει ψεῦδος φαίνεσθαι, vt quod verum eſt, falſum appareat, vel vt hæc habent iam dicta exempla. Quare ibi plus velocitatis eſt, etiam ſi aliquid ineſt diligentiæ; hic autem è contrario diligentiæ plus, etſi velocitatis habeat aliquid. Huius igitur decoris & diligentiæ multa quidē & diuerſa in omnibus ipſis orationibus Demoſthenica ſunt exempla. Illa autem oratio περὶ τῆς ἀτελείας,

ideſt,de immunitate,vniuerſa ferè talis eſt: vbi & dili gentiæ & ornamenti multum ineſt. Cauſa autem cur talis,in eius orationis expoſitione diximus. Ex ſupra dictis igitur manifeſtum eſt,quali cōpoſitione decoræ orationi opus eſt: & quod in primis ſine vocalium col liſione,deinde ne menſura aliqua abſit,ac ea quidem menſura quæ ſecundum pedes orationi ac formę,quā facturi ſumus, ſit accommodata. Alia enim venuſtæ orationi menſura propria eſt,ut ſuprà de uenuſtate di ximus: & alia alterius formæ, quemadmodum in ſin gulis demonſtratum eſt. Siqua autem alia compoſitio ne,pulcherrima oratio indiget (per hanc enim pluri mum eius oſtenditur) & diligentia & ornatus hic ad modum eſt decens. Ex quo oportet tum maxime cum pulchram facimus,ad metrū proxime accedere: rhyth mum,non tamen metrum aperte vitioſum enim illud eſſet. Sed de his pluribus poſthac diſcutiendum. Hac ſermonis diſcrepatione nimia,neminem moleſtari'ue reor. Nā qui de numeris,& his quæ hęc exornant,di cturus eſt, maiori ſubtilitate rerū tenuium breuitateq; cogitur vti. Sed vnde diuertit,illuc referatur oratio. Fit igitur hic numerus,ut dicebamus,ſi metricam quo quo modo compoſitionem habere,ac ſonum quendā huiuſmodi edere uidebitur: Et in primis, ne uocales collidantur: deinde pedes ex quibus componitur nu merus decenter ad inuicem ſeſe habere videantur,& ne diſſonantes edant aſperitatem. Tertium, quod & maximum eſt,ſi partes orationis,ex quibus conficitur numerus,nec æquiſyllabæ,ac æquitēporeæ,nec æqui tonæ fuerint: ſed hæ quidem paucioru,illæ vero plu rium & ſyllabarum, & temporum: item hæ acuti to ni, illæ vero non item. Quanquam ita componantur inter ſe, vt inter longas, breues: & inter breues lon gæ dictiones inſerantur. Hæc enim maxime accura

ta & ornata eſt orationis compoſitio.

Deſinentię decoris.

DEſinentiæ decoram orationem decent, non quæ βεβηκῦῖαι, ided, conuenientes. Hoc enim venuſtiæ eſt, & uenuſto decori magis accõmodatur. Vt illud Ἐκλελυκέναι τὰς λειτουργίας. Nam Rhetori uenuſta deſinentia curæ fuit, ne vbiq; ornare videretur. Quod enim infertur habet aliquid decoris, ſi id aliquo modo conuenire videtur. Et hac oratione plurimum uſus eſt. In breuiorem enim aliquam orationis partem deſinebat, & ſententiæ cauſa ſtabat numerus, & ſententia aliqua ex parte complebatur, & conueniebat: ſecundum vero dictioné, non ſimiliter: tametſi in uocalem ω deſinens, quod & uenuſti erat numeri. Conueniens igitur fini numerus eſt, ſi cum ſententia perfecta pars aliqua orationis longa, in longam ultimam deſinat ſyllabam: hoc modo: Ἀντ' ἐξ ἁπάντων ἐκλέγειν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν ἄριστην γένεσθαι. Inconueniens autem numerus, & tanquam pendens & incõpactus, ex contrarietate ſupradictorum eſt, quando nondum completa ſententia, interim uero deſinente, dictio in breuem fiat partem orationis: tametſi breuem habeat vltimam, uel omnino in breui deſinentem: hoc modo: Ἐγὼ δ' ὅτι μέν τινων κατηγοροῦντα πάντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεάν, τῶν ἀτοπωτάτων ἐστὶν ἐάσω. Et rurſus, Ἐστι δ' οὐκ ἄδηλον τοῦθ', ὅτι Λεπτίνης. Et rurſus, Κἂν τις ἄλλος ἀπόδῃ τοῦ νόμου λέγῃ. Et rurſum, Δίκαιον μὲν οὐδὲν ἐρῶ. Hæc enim omnia numeri quidam ſunt non profecto conuenientes, ſed inconcinni, ut dictũ eſt: & ornatæ orationi hi maxime conferunt. Et quia non conueniunt, generoſam deſinentiam faciunt, quale illud eſt, Ὡμολόγηκα τούτοις, ὡς ἂν οἷός τε ὦ συνερεῖν. Sententia enim conueniens fuit, nnmeri uero non. Non enim hoc Rhetor uolebat Poſtquã cauſam nõ dixit, Ὡμολόγηκα

HERMOGENIS
DE FORMIS TOMVS SECVNDVS.

De celeritate.

DECORA quidem, & cum tumore & dignitate, ac etiam clara quomodo fiat oratio, ex his patuit quæ ante hęc diximus. Opus eſt autem etiam huiuſcemodi orationi, omnino & celeritas, vt ne tarda ipſi, & certa ſolum magnitudo ſit & decor, ſed & celeritas, cui quidem diſſolutum contrariū eſt & ſupinum. Celeritas autem, dictionem, methodum, reliquaq; conſiderat: ſentētias vero nō: niſi fortaſſe quis acutos ſenſus, veloces velit appellare. Sed de acumine in loco ſimplicitatis, acrimonię, grauitatiſq; dicemus.

De dictione.

SEd dictio quęcunq; tandem illa ſit, breuia confert ad celeritatē, vel quæ è contrario aduerſantur. Methodus autem celeritatem faciens, vna fere eſt plurimum: quandoquidem per cæſibilem fit formam. Hæc in ſchematibus eſt & membris in quibus conſideratur: præterea etiam in compoſitione, deſinentia, & numeris. Sententia autem, vt dicebam, nulla eſt quæ ſuapte natura celerem orationem faciat: niſi acumen, vt paulo ſupra dicebam, celeritatis proprium quis ponat. De quo in loco ſimplicitatis & grauitatis nobis agetur. Nunc autem primum de methodo, dicemus, quæ celerē faciat orationem, & quę nō longe ab acrimonia & acumine differat, neq; tamen eadē exiſtat,

De methodo.

Methodus, ut dicebam, velocitatis vna eſt, ſi celeri quaque breuiq; anthitheſi & occurſibus vtamur: hoc modo anthiteſibus: Τὶ γὰρ βουλόμενοι μετεπέμπεσθε ἂν αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασι. ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. Et rurſus dixit, Ἀλλὰ τὸ τοῦ κεφάλου καλὸν τὸ μηδεμίαν γραφὴν φυγεῖν; καὶ νὴ Δία εὔδαιμόν γε. ἀλλὰ τί μᾶλλον ὁ πολλάκις μὲν φυγὼν: & quæ ſequuntur. Et rurſus, Κακοδαιμονοῦσι Βυζάντιοι. σφόδρα γε. ἀλλ' ὅμως δεῖ σῶς αὐτοὺς εἶναι. συμφέρει γὰρ τῇ πόλει. Hæc enim aliqua ex parte acuta ſunt. De concurſu autem, hoc eſt, coitu, & de quoque eius genere, & quã oportet quenque accipere tunc nobis ſummatim dicetur, cum de grauitate diſſeretur. Apoſtrophe autẽ, ut illud: Παρὰ σοὶ κατέλυον αἰσχίνη, καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν, & cætera. Videtur quidem aliquo modo eſſe methodus, ego uero non idem ſentio, ſed potius eam ſchema eſſe iudico. Verum ſiue ſchema, ſiue methodus ſit, apoſtrophe tamen ex his una eſt, quę celerem faciant orationem, & quàm maxime ſi ſępe fiat, Μετάβασις autem, id eſt, tranſitio, nunc quidem in iudices, nunc in aduerſarios, uel in quodcunque quoquo modo concitetur, celerem faciet orationem. Hæc igitur methodus celeritatis eſt.

De ſchematis.

Schemata quidem cęſa ſuapte natura uelocia ſũt, & huius cauſa celeritatis aſſumitur. Hęc autem tollere nata ſunt langorem ueluti tarditatemq; orationi incidentem. De his igitur primum dicemus. Schema in primis per hypoſtrophen orationis ſupinitatem eripit: quod quidem in expoſitionibus multum confert: quale illud eſt: Ἐσὶ τοίνυν οὗτος ὁ πρῶτος Ἀθηναίων αἰσθόμενος φίλιππον. Deinde ex interpoſitione hypoſtrophen ſubuertit, & tanquam tunc concionans

dixit. Deinde rurſus deſcendit in expoſitionē, Grçcis inſidiantem: tale illud etiam eſt: Τοῦ γὰρ φωκικοῦ συστάντος πολέμου. Deinde hypoſtrophe, Οὐ δι' ἐμέ, οὐ γὰρ ἔγωγ' ἐπολιτευόμην πώποτε. Deinde rurſus expoſitio, Πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκεισθε: & quæ ſequuntur talia ſunt. Hoc autem ſchema quidā κατα πλοκὴν nominauerūt. Item expoſitionum ſupinitatem ſchema remouet ἀνατρέχον appellatum: hoc modo: Ἐπειδὴ γὰρ οὐ καθεστηκότος χρηγοῦ: & quæ ſequuntur. Hoc idem etiam comprehendit. Hypoſtrophe uero ſi minus longę eſſent, minus etiam comprehenderent. Sed id tunc diximus cum de περιβολῇ, ideſt, comprehenſione agebamus. Atque hęc quidem ueluti quędam remedia ſupinitatis ſunt, ac idem poſſunt, quod in diluciditate elegantia. Illa enim commiſta diſcernit, ad diluciditatem, ut ſuo loco oſtendimus. Hæc uero ſchemata ſupinam orationem regunt, celeremq́; reddūt. Per ſe autem ſimiliter habent, quæ dicēda ſunt, ut ea quæ de diluciditate ſunt dicta. Quemadmodum enim illic puritas ſuapte natura claram orationem faciebat, indigebatq́; elegantia ad emēdandum & corrigendum ſicubi cōfundebatur oratio, ita ſe hic habent cęſiuū orationis genus, quod magnam celeritatē parit, ſi quandoque neceſsitate aliqua oratio in ſupinitatem euadit, opus eſt ſupradictis ſchematibus, quæ ad regendam & ſuſcitandam à ſupinitate orationem nata ſunt. Cæſa autem & uelox oratio, in ſchematibus maxime, modulationibus, & conſonantiis conſideratur. Videndum eſt etiam quod oratio quandoque cæſa eſt, nec tamen uidetur eſſe talis: ac aliquando uidetur eſſe talis, cum tamen uere non cædat res. Quandoque utrunque facit, & cędit & cædere uidetur. Sed paulo poſt ſecundum quanque ipſarum exempla ponentur, ubi manifeſtum erit, quicquid de his dicturi ſumus.

Nunc primum de figuris dicemus quæ ex neceſſitata & cęſiua & velocia ſunt. Schemata igitur huius ſpeciei hæc ſunt, diſiunctum ſcilicet & cęſiuum. Vt illud eſt: Προσῆλθε τῇ βουλῇ. Προβούλευμα ἔγραφε. Cęſiuum autem ſecundū nomen: hoc modo: Ἀμφίπολιν, πύδναν, ποτίδαιαν, μεθώνην, παγασάς. Item denſæ, & per minimum mutationes: hoc modo: Τὸ πρῶτον ἀμφίπολιν λαβὼν, μετὰ ταῦτα πύδναν, πάλιν ποτίδαιαν, μεθώνην αὖθις, εἶτα θετταλίας ἐπέβη: & quæ ſequuntur. item per minimam orationem partitiones, quæ mutuam habeant redditionem: hoc modo: Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν ἧκε δ᾽ ἀγγέλλων τις ὡς τοὺς πρυτάνεις ὡς ἐλάτεια κατείληπται. Cęſiuum per epanaphoram relatum: hoc modo: Ἐπὶ τοὺς νόμους καλῆς, ἀλλ᾽ ἑαυτὸν καλεῖς. Cæſiuū per antiſtrophen, ideſt, conuerſionem, vt: Ταξιάρχους παρ᾽ ὑμῶν, ἄρχοντας παρ᾽ ὑμῶν. Item celeres minutim συμπλοκαὶ, hoc eſt, cōnexa ſiue complexiones: hoc modo: Καὶ σπουδαῖα νομίζων ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει περὶ ὧν βουλεύεσθε, ἐφ᾽ ἃ παρελήλυθα. Item thucydides, Καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν ὦ λακεδαιμόνιοι, καὶ ὑμῶν οἱ πρεσβύτεροι. Si autem multæ fiant complexiones, ac non ſecundum quanq; completa conſtitutaq; ſententia, ſed in vnam tanquā periodum comprehenſorum omnium, cæſiui nihilominus emphaſis erit. Quin & velocitatis etiam emphaſis quędam: moderata autem quoquo modo cōprehenſio magis fiet quàm celeritas: hoc modo: Sed Euboeam ille ſibi aſſerens, & pręparans propugnaculū in Atticam, & occupans Oreon, & quę ſequuntur: huiuſq; utrum lęſit & pacta fregit, & ſoluit pacē, an nō? Sed ad id quod à principio dicebamus redeundum. Schemata uelocitatis iſta ſunt, & hercle cum cæſiua uidetur oratio, neq; talis eſt: aut cum utrunq; facit. Cędit enim vere ſic res per minima & cædere videtur. Cædentis autem & quæ cędere non videatur, non

hæc ſunt: ſed ſunt obliquationes, & quæ ſecundum ſyſtrophen, & quæcunq; talia. Multa enim per minima in illis ſchematibus dicuntur, quæ nobis nō oſtendunt quod res cædamus. Cuiuſq; autem ipſorum exē ponemus, ut nobis apertior fiat oratio: Orationis cædentiſ, & quod non videtur cædere, exemplum hoc eſt: Πολλῶν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι λόγων γιγνομένων, ὀλίγου δεῖν καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν: & quæ ſequuntur. Hoc igitur ex obliquitate tale fit. Item ſchematis per ſyſtrophen exemplum in hoc genere tale eſt: Ὁ γὰρ μετ' ἐκείνων Λακεδαιμονίους ἀφεῖναι κελεύων, πῶς ἂν ἀρχομένον καὶ κορώνειαν τότε Θηβαίοις παραδιδοὺς, τῷ δίκαια νομίζειν ταῦτα εἶναι πεπεῖσθαι κείναι συμφέρει. Multa enim paucis in vtriſq; dicuntur, cędi tamen non videntur. Apud rhetorem autem infinita ſunt huiuſcemodi exempla. Multa etiam & orationis quæ res cædere videtur, & re uera non cædit, contrà uero etiam multa complectentis orationis exēplum tale eſt. Sed ille Euboeam ſibi uendicans, & præparans propugnaculum in Atticā: & quæ ſequuntur: hucuſq; an iſta faciens? & cętera. Hic enim multa dicere videtur, ac per Iouem etiam celeriter ipſorum quodq; abſoluere. Vnde & celeritatem quandam habet oratio, & hoc quidem videtur; nō re vera tamen tam multa dicit, neq; ſubito ipſorum quodq; abſoluit; ſed contra immoratur comprehendens. Genera nanq; ſpeciebus, & tota partibus, & infinita finitis; & cætera quæcunq; comprehenſiua de quoque aſſumens, perinde atq; ſi propriam hypoſtaſim haberet, cædere videtur: dum aperte per ſymplocas & transgreſsiones, à rebus in alias res transfertur: ex quo multa videntur eſſe, cū duo omnia ferè exiſtant. Eſt autem Euboica & Bizantium. Quod ſi uis plura etiam ſint: non tamen tanta ſunt, quęcunque per ſymplocas eſſe videntur. Exempla vero orationis res non cædentis, & quę tamen cę-

ſiua,uidentur,apud Rhetorẽ infinita ſunt. Cõtra uero orationis quæ cæſiua ſit, & cædere uideatur, exemplum tale eſt: καὶ συνδοῦα νομίζων ὡς ἀθηναῖοι καὶ ἀναγκαῖα τῇ πόλει περὶ ὧν βουλέσθε Sed hoc apud Rhetorem rarum eſt. Cauſas autem quibus nunc hoc modo, nunc illo cæſiua oratione vtitur, & quatenus nos iſto vti oportet, tunc oſtendetur, cum de methodo grauitatis dicetur. Nam an his an illis omnibus generibus, item quando, & ubi, & ad quem finem, & quomodo vti cõueniat, illius eſt proprium. Sed ad celeritatis orationem iterum eſt redeundũ. Methodum & ſchemata quibus in celeritatẽ ſuſcitatur oratio, diximus. Ex ſchematibus etiam manifeſta ſunt, quæ ſequuntur. Dictio igitur breuis, ut dicebã, qualiſcunq; ſit, celeritati confert: quin etiam & accõmodatæ idoneæq; breuitates. Membra celeris oratiõis breuia omnino eſſe opus eſt. Celeritatis cõpoſitio, aut raro, aut non omnino uocalium habeat colliſionẽ. Non enim orationem uere celerẽ ſic hiantẽ eſſe oportet, niſi forte exaſperari opus ſit, vbi trocheus trochaicæq; coniugationes ſuperflue re debent. Cuius ſigna manifeſta multa tragœdiæ pręferunt, in quibus trochaicè compoſita inducuntur, & apud Menandrũ. Archilochus vero id longe manifeſtius fecit & celerius, tetrametri enim ipſi, ex quo fieri puto, celeriores & conſideratiores aliis eſſe videntur. Trochaicè igitur cõponuntur, & ſuapte natura in his currit concinnũ. Si aũt non integri trochæi apud Rhetorem in celeritate ſemper inueniuntur, iam ſæpe teſtatus ſum nihil vnius tantũ generis apud ipſum inueniri, ſed uarium & diuerſum: nunc venuſtis ſententiis celeritatem uel aliquẽ imponens numerum, uel methodum, aut aliquem alioꝝ: nunc uero ẽ contrario, Vt illud. Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν, ἧκε δ' ἀγγέλων τις ὡς τοὺς [illegible] ὡς ἐλάτεια κατείληπται. Continuo quidem [illegible]qui [illegible]us

habet ad celeritatem, propter numeri impoſitionem, quæ à principio ſtatim trochaica exiſtit. Deſinentia autem uelox ſuapte natura deſinit in trochæum, neq; conueniens eſt. Non enim poteſt celer numerus eſſe conueniens & concinnus. De conuenientibus autem numeris, deq; pendentibus & inconcinnis, cũ de decore diſſerebatur, diligenter dictum eſt.

De more.

Quando autem clara, digna, decora, & uelox fiat oratio, ex ſupradictis ſatis extare poteſt. Nunc de more neceſſario differendum eſt. Nam ſi quid utile eſt, hoc profecto utiliſsimum eſt cõſiderare. hoc morale genus orationis quomodo fiat: & quomodo quandoq; ſi opus ſit toti: quandoq; etiã ſupradictis omnibus formis, utputa uehemẽtiæ, uenuſtati, decori, cæteriſq; aliis immiſceri poſsit. Dico enim nunc morem, non ſimpliciter hunc ſolum qui per omnem orationem perinde atq; in corpore color, neceſſario habeat apparere: ſed ad immiſcendum ubique natum, ut in uehementia, aſperitate, ac cæteris omnibus. Illud autem fit cum ſubiectis perſonis idoneam ac decentem orationem quis accõmodauerit: ut ducibus, rhetoribus: aut his qui proprie morales appellãtur: ut auaris, miſeris, cupidis, & ſimilibus. Et qualia cuiq; perſonæ genera quiſq; accommodauerit, in loco de grauitate dicebamus. Mos igitur de quo nunc loquimur ac ſpecies eius, poſſunt quandoq; per totã accipi orationem: quemadmodũ & iſta, ut uenuſtas, aſperitas, & reliqua Poteſt autem & ſuapte natura, quẽadmodum & illæ per ſe & per partes fieri, ut ſæpe apud rhetorem inuenire licet. Id autem clarius extabit, ſi de eo conſiderare cœperimus. Morem igitur in oratione facit æquabilitas, ſimplicitas, & ad hęc quod per ſe uerum apparet, & in cuiuſq; animo ſitũ eſt. Grauitas

vero morali orationi ſubiacet, neq; eam cõplet æquabilitas & ſimplicitas, & verũ, & quod in animo quiſq; habet. Neque enim ſuapte natura contemplari poteſt, quemadmodum vnaquæque illarum formarum ſeſe habeat. Sed ipſi opus eſt æquabilitate, ſimplicitate exceteriſq; moralibus aliquid omnino accedere oportet. Quod apertius oſtendemus, cum de ipſarum quaque diſſeretur.

De ſimplicitate.

Sententiæ igitur ſunt ſimplices, quæ ſimpliciter quidem puræ, ac omnibus hominibus cõmunes, & quę ad omnes perueniant, uel peruenire videãtur: nihilq; profundi habeant & excogitati. Manifeſtum igitur quemadmodum ſimplices nobis erunt & purę. Vt illud, Me ipſum malum exiſtimate, hunc uero dimittite. Et hoc quidem clarum eſt, quod hæ puræ ſententiæ omnino ſimplices eſſent: hæ uero purę & ſimplices. Proprie autem ſimplices dicerentur, quęcunq; ſimpliciſsimorum ſunt morum, & à quodam infante prolatæ, ut ne ſtolidum quis dicat. Veluti, diſſerere de negotiis quibuſdam, & illa dicere nulla cogente neceſsitate; neque quoquam interrogante: qualia apud Anacreontem Theocritumq; in bucolico carmine, & pleroſq; alios: hoc modo: Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα, ταὶ δέ μοι αἶγες βόσκονται κατ᾽ ὄρος: & quæ ſequuntur. Cum vero de puritate dicebatur, exempla tum nobis ciuiliora erant, magiſq; aduerſantia, ſicut planè propoſitum eſt, Me malum exiſtimate, hunc autem dimittite. Ac ſententiarum quidem purarum & ſimpliciũ, ſi alio orationis tractatu non meminimus, hic de his dicere eſt maxime neceſſarium. Eas autem non diuidemus, quaſi puræ à ſimplicibus differant, contrà ſimplices à puris. Quamobrem purarũ ſimpliciumq; ſententiarum, aliquæ ciuili orationi magis ſunt accommodatæ,

ſatæ, aliquæ minus, aliquæ nulla ex parte. Quas certe potius dicat proprias eſſe ſimplicitatis, ut ſuprà dictū eſt, tametſi nihilominus puras exiſtentes. Dico ueᵒ eas quę infantium eſſe poſsint, ac hominū ex infantium mente loquentium: quinetiā & mulierū, & agreſtium, ſiue quocunq; modo uerū ſimpliciter dicatur, & non malorū hominum mente, quale illud eſt: Quā pulcher mihi auus o' mater. Item illud eſt: Iſti mali, inquit Cyrus, ſunt: Aſſyrios dicens, & in malis equis uadunt. Vide quàm ſimplex eſt iſta ſententia? Item & illud Theocriti, Αδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε τήνα. Et ne oia dicam, multa in bucolicis huiuſce generis inuenies: & quàm maxime apud Anacreontem & Menandrum infinita inuenies: ut mulieres loquētes. pueros amantes, præterea cocos, virgines molles, nō nullos alios. Et in vniuerſum, propterea quod iſti mores talium perſonarum ſubiacent morali orationi, ut ſunt auarorum, agricolarum, & ſimilium: hæc quidem omnia aut certe pars maxima ſimplicitati ſubiacere opus eſt, quippe quæ propriè moralia appellātur. Hoc etiam inſpiciendum eſt, quod ſententiæ quæ puræ ſunt & ſimplices, ſi quis uoluerit morem fingere talium perſonarum proprie moralium, neceſſariæ profecto illi ſunt & vtiles: quæ vero aliter habent, ciuili orationi accommodare non poterit. Item ſimplices ſententiæ ſunt, quæ aliquo modo frugali ac modico adhærere videntur. Hæ autem fiunt quando de vilibus, & quibuſuis rebus habetur oratio, ut in oratione pro Corona, ψευδομαρτυριῶν, ideſt, falſorū teſtimoniorum, Η τὰ καταχύσματά φησι κατέχει, catachyſmata infudiſti. Item alibi, Τὴν ἐξωμίδα ἐκτίλλειν, Rhodiū expilare. Item in oratione in Eubulidem dixit, Quod mater uittas ī foro uendebat. Multa quoq; ſimilia ſunt & in priuatis orationibus: apud Lyſiam tamen crebrius

quàm alibi. In publicis vero rara & cum aliqua voluptate inducuntur, vt ſeorſum à perſona laſciuiat, recōditum aſſumens. Vt illud, Τοῦ κατακεράτου κυρηβίωνος, ideſt, perquàm maledicti vel execrati cyrebionis. Itē illud, Πῶς ἀπὸ τοῦ ἄγαν ἀτελοῦς, ideſt, quomodo à nimis modico. Item illud, Sic mater tua quotidianis nuptiis in cōuiuio adhuc apud Calamitem Heroem uerſata, pulchram ſtatuam virilem & tritagoniſten ſummum educauit. Hoc aūt ad hanc pertinet formā, etiāſi vehemēter inducatur. Lene enim negotiū eſt: ſed quotidianis nuptiis dicendo, partim vehementia, partim ironia ac reliquis omnibus extulit voluptatem. Item & illud, Serpentes parios frango: & quę ſequūtur, vſq; ad illud: quod ſic à vetulis ſalutatus, tale quiddam eſt. Solatium his verbis attulit, dicendo ipſum quaſi cognoſcentem quæ dicta ſunt. Illa vero per nimis modicum facta ſunt, Καὶ ὠβέλισάν τινες καὶ ὑπεξείλοντο, ἴσως ὀρθῶς ποιοῦντες. λέγω τὸ κυάμους ἑφθοὺς βοῶσα. καὶ κατὰ πᾶν τὸ θέρος ἐπλανᾶτο: & quę ſequuntur, ideſt, quare nō nulli obelo foderunt ac ſuſtulerunt, nimirum recte facientes, & cætera. Hæc enim & ſimilia in priuatis orationibus æque aptarentur. In publica vero & aliquam dignitatē habente oratione, uel perſonæ vel negotio aliqua ex parte accommodari poſſunt. Simile eſt illud in oratione in Neæram, Ὠβελισμένον ὑπόπινον, τὸ ἀπὸ τριῶν τριωβολημάτων τὴν ἐργασίαν πεποιῆσθαι λέγειν. Valde enim modicum eſt, & nimium eſſe videtur. Item ſimplices ſentētiæ in epicherematibus, ab irrationabilib[9] animalibus ſumptæ. Vt illud, Bos cornu petit, equus vngula, canis ore, caper dente: & ſi à plantis quis inceperit, eam quoq; conficiet. Hęc autem plus aliquid habent ſimplicitatis quo ad ſententiā. Propius enim accedunt ſuauitati, qua re fit ut apud poetas frequēs ſit. Quod ſi apud illos hęc magnitudinē habent, mirari

non oportet: quia vulgus, quemadmodum hic, non frequenter his vtitur exemplis: ſed cum vnū aliquod ſumpſerint dicunt. Hoc autem omnino orationē ſimplicem fieri non ſinit. Præterea poetis voluptas & magnitudo ſuapte natura curæ ſunt. Quare aut dictionibus aut ſchematibus id extollūt, quod fortaſſe ſuapte natura ſimplex exiſtat & ſuaue. Sed de ſuauitate in poſterum dicetur. Supradictum aūt exemplum ſimplicitatis plus habet, eo quod iis abundat, quæ ſecundum partē, vt paulo ſuprà dicebamus. Methodus aūt quædam ſimplicitatis eſt, ſed non ſententia: ſi exponentes his, quæ ſecundum partem ſunt, abundarint. Quandoquidem & hoc, ſi meſſores aliquis, & eos q aliquid mercede faciunt acceperit in infinitum, atq; his inſtiterit quæ ſecundum partem, ſimplicem orationem faciet, ſi hoc modo dixerit. Si meſſores, & foſſores, & manipulorum collectores, ac paſtores ouium & armentorum: Si enim ſic inſtiterit his quę ſecundum partē, ualde, ſimplicem reddet orationem. Præterea ſimplex & morale per ſententiam, & per iuſiurandum aliquid credi, ſed non ob res. Vt Deos omnes inuoco & Deas vniuerſas quotquot Atticam regionem habitant, & Apollinem denitq; Pythium. Item illud, Primum quidem o' Atheniēſes Deos oro omnes ac Deas. Infinita igitur huiuſmodi apud eum inuenies. Omnia igitur hæc iuramentorum, moralia ſunt & ſimplicia, ſiue per auditores, ſiue etiam per aduerſarium iuret. Hęc enim ꝯtentionis nō ſunt, A' Ioue ac Diis non recipi, & quę huiuſmodi ſunt, ſed ipſa fide moralia ſunt & credibilia. Si uero fidem aliquam per contentionem acquiſitam in medium adducas, aut aliquid aliud huiuſmodi ut in iuramentū delabatur, ſchema tale aliud quid eſt, & non ſimplex neq; morale. Neq; enim iuramentum ahuc illud eſſet, niſi quoquo modo introduceret

aliud quid exiſtens,ut in hoc deueniretur. Quod aũt propriam poteſtatẽ cuſtodit & tuetur, aliud quid per methodum aſſumit Vt illud,Non per eos qui in Marathone periclitati ſunt maiores: & quæ ſequuntur. Hoc enim honeſtũ eſt exemplum: ac fides huius eſt, quod ciuitatis huius ſit conſuetudo,pro libertate Grę corũ pugnare & periclitari. Sic vero inductum,ut in iuramentum deueniat, non ſimplicitatẽ, neq; morẽ,ſed ſplendorem & magnitudinẽ peperit. Sed de his hactenus. Nunc ad ea redeundum, quæ à principio dicebamus. Sententiæ ſimplices tales ſunt,atq; hæ ſunt. Methodi vero ſimplicitatis eædẽ ſunt quæ puritatis. Ac quæcunq; illic dicta ſunt,eadẽ & hic dici vidẽtur. Poteſt enim aliquis orationẽ aliquam ſententiarũ cauſa ſimplicem nõ exiſtentem, per quędã alia facere, ut ſimplex eſſe uideatur:ut per ſchemata,dictiones,& reliqua. Quamprimũ enim acrimonia,aut acute aliquid dicere,aut ſcilicet alicui reſpondere orationi,aut quocunq; modo (id quod aliqui ſpeciem acrimoniæ appellarunt)non ſolum non ſimplex,ſed omnino ſimplicitati contrarium eſt. Id enim proprium eſt grauitatis. Quoniam ὀξύτης, ideſt,acuitas, ſiue etiam δριμύτης, id eſt,acuitas,nihil aliud ſunt quàm ſuperficiei profunditas. Nomine quidem differunt, uobis vero nihil, aut certe parum. Et quemadmodum dicebam, cum ſuperficialis ſenſus introducitur, quãuis profundus exiſtat, ſimplex tamen eſſe videbitur. Sæpe enim hoc apud Xenophẽtem. Sed de ipſa latius paulo poſt dicetur, cum de ſuauitate diſſeretur. Dictio quidem ſimplex, ut plurimũ,eadem eſt quę & pura. Sunt etiã quædam tanquam proprię ſimplicitatis: quale apud Iſocratem, ἀδελφίζειν:: & apud Xenophontem, κλαυσίγελως. Morales enim iſte ac nimis ſimplices & acutæ quidem: de quibus in loco de acrimonia dicetur. Hę autem ut plu

.num in ſimplicitate ſuauitatem efficiunt. Suauitas vero tanquá aliquis decor eſt ſimplicitatis, de qua nō multo poſt dicemus. Et primum quidem de hac, deinde περὶ δριμύτητος, poſtea περὶ ὀξύτητος. Sed rurſum in ſermonem ſimplicitatis redeundum. Dictio enim talis ſimplicitatis eſt propria, ſchemata aūt ſimplicia ac membra, eadem quæ erant & pura, cōpoſitio etiam ſimilis: ſed ea ſimplicilior, quæ magis ſoluta: hoc modo: Audite me iuſte defendentem. Quales apud Xenophontem multæ ſunt, necnon apud Socraticum Aſchinē & Nicoſtratum. Ex his patet qualis eſt in ſimplicitate numerus, & qualis hic compoſitio bonam facit vocalitatem. Deſinentia vero & baſis ſimplex, quæ conuenit, ſiue cōcinna. Quod ſi venuſta fuerit, longe magis quadrabit tamen hac, videlicet ἀγαπαζομένης καὶ ἐκχεομους. Ornata enim magis illa eſt. Simplex igitur magis firma baſis eſt, quàm conſonantia, & concinna deſinētia. Sed de his ī loco de decore nobis accurate dictum eſt. De ſuauitate iam me dicturum promiſerā, & de pulchritudine ſiue floriditate, quas iam tanquá intenſionem quandam ſimplicitatis eſſe dicebamus. De ipſis igitur aliquid dicēdum eſſet. Poſt iſtam, περὶ δριμύτητος ſiue ὀξύτητος dicemus.

De ſententendiis ſuauitatis.

SEntentiæ ſuaues & iucundæ ſunt maximæ, quæ è fabulis proficiſcuntur. Vt, Quando nata eſt Venus, cæteri dii comedebant, & Porus conſilii filius, & quæ ſequuntur. Sunt autem hæc ex Sympoſio Platonis: ac rurſum in Phædro cicadarū fabella, quod hæ erant homines ante muſarum generationem: & quæ ſequuntur. Item apud Rhetorem dicta in Ariſtocratem, In hoc iudicio dii pœnas inuicem dare & accipere exiſtimati ſunt: & reliqua vſq; ad illud, Quod in iudicio furentis & Oreſtis duodecim dii affuere. Sed

quoniam in politica oratione hæc figmenta ſupinitatem faciunt, per propria celeritatis ſupinius longe fabulatus eſt Rhetore ipſas incidens ac diuidens. Quęcunq; autem ſunt aliæ methodi, ſecundum quas figmentis uti oportet, diligentius in loco de grauitate dicetur. Verum ad illud redeo, Primum igitur, ut dicebam, maximam ſuauitatem ac uoluptatem in oratione ſententiarum figmenta pariunt. Secundo narrationes ferè quæcunq; cum fabulis affinitatem habent. Vt de Troiano bello ſi quis diſſerat, uel quid huiuſmodi. Tertio, narrationes quæ parum fabulæ participant aliquo modo, magis id efficiunt, quàm quæ fabulis ſuadent: qualią ſunt Herodoti omnia, quæ modice facta habent. Vt de Pane dicta & Iaccho, & alia quoq; nõ nulla: alia quidem facta eſſe creduntur, & figmento liberantur. Sed non ſimili modo his, quæ ſuapte natura fabuloſa ſunt, participatio ineſt ſuauitatis. Eſt etiam & aliud genus præter hæc, quod uoluptatem ſuauitatemq; ſententiarũ edit, & aliam aliquando potentiã habet. Hoc enim & fabuloſa ipſa uoluptate excedit, & ſæpe ab his quæ tertium ordinem habent, ſuperatur. Hæc autem talia ſunt, quæcunq; ſenſibus noſtris iucunda ſunt: ut uiſui, tactui, guſtui, ac cæteris quibus fruimur ſenſibus, hæc quę diximus voluptatem faciunt. Sed aliquæ ſunt turpes fruitione ipſa voluptates, aliquæ vero non tales. Et has quidem non turpes ſimpliciter deſcribere decet: ut loci pulchritudinem, diuerſas plantationes, fluuiorum varietates, & quæcunque talia. Hæc enim viſui voluptatem uiſa apponunt, & auditui ſiquando pronuncientur: quale genus Sappho præſtitit, Αμφὶ δὲ ὕδωρ ψυχρὸν κελαδεῖ δι' ὕσδων μαλίνων. καὶ, αἰθυσσομένων ἢ φύλλων κῶμα καταῤῥεῖ: & quæcunque ante hæc & poſt hæc dicuntur. Tale in Phædro eſt apud Platonem, Per Iunonem, hæc

ula ſedes eſt. Platinus enim ipſa vmbroſa valde & alta,& quæ ſequuntur. Hęc igitur ſiquis ita deſcribet, voluptatem faciet & ſuauitatem. Item quæcunq; etiã ſint turpes fruitione ipſa voluptates, per auditum ſi- bi ipſæ ſimilem delectationem & ſuauitatem pariunt. Quibus enim quiſque factis gaudet, illis etiam dictis delectatur: intemperatus quidem intemperatis,& mo deſtus modeſtis, ac faciens quæcunque faceret. Quan doquidem illud, Ηρα καὶ ἀγκὰς ἔμαρπτε κρόνου παῖς ἣν παράκοιτιν, ἡδονὴν μὲν ἔχει: ideſt, vlnis rapuit Saturni filius concubinam,uoluptatem magnã habet, & mo- deſtiæ quidem accedentem. Dictione uero, multum etiam uoluptatis amiſit. Non enim aſpere ſolum, ſed dure illud ἔμαρπτε dictum eſt. Item & illud,ἀγκὰς: prola tione ipſa ac uoce,ſi quis hanc ſententiam aſſumpſe- rit. Vides enim id quanto magis magnitudinis eſt quàm uoluptatis? Hæc autem quiuis intemperatus au dire ſemper malit aut etiam dicere, quę fecerit. Neq; illud in comœdia temperatum ac modeſtum: Τὸ μέντοι, τοῖσι δ' ὑποχθὸν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην: & quę ſequũ tur maiorem habent uoluptatem. Fabuloſum igitur & ſuapte natura delectabile diuerſa iucunditate nego- cium. Neq; turpe eſſet tales expolire ſententias ac vo- luptates,quale illud eſt: Πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα περιστάθη οὔρεϊ ἶσον κυρτωθέν, κρύψε δὲ θεὸν θνητήν τε γυναῖκα. Et in sũ ma,infinita ſunt apud poetas exempla In vniuerſum etiam, omnes amatoriæ ſententię ſuaues eſſe ſo- lent, incidunt autem ipſæ fere in omnibus prædi- ctis ſpeciebus ſuauitatis iuxta ſententiam, & eorum ſunt quaſi partes. Quare proprium ordinem his ſen- tentiis non reddemus, ſed tantum ea memoria te- neamus: & qua etiam gaudeamus oratione ſiquis vta- tur, vt eſt oratio laudatiua erga nos, vel progenitores noſtros, vel ea quę nobis grata eſſe ſolent. Hęc plane

voluptatem faciunt, & politica eſt huiuſcemodi uoluptas, ac ſæpius etiam auditores iſta ſuauitate perfundunt, quàm quæ natura ſunt uoluptates. Hæ igitur ſunt illius uoluptatis vires, quæ ex his naſcitur, quæ ſenſibus noſtris delectationem ferunt. Item & illud parit voluptatem, ſi inſenſatis ſenſatum quid apponatur: quale illud eſt: Τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδέν μ' ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει ἄνθρωποι. Dubitaret fortaſſe aliquis, an per dictionem hic, an per ſententiam edita eſt ipſa ſuauitas, & fortaſſe magis per ſententiam. Trope enim quædam hic eſt in hoc, Οὐδέν με ἐθέλει. Ex metaphora autem in dictione facta eſt trope, at non ut in hoc, Μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή: id eſt, melle ſuauior fluebat oratio. Hic enim ῥέεν, id eſt, fluebat magis tranſlatum eſt, quàm ἐθέλει: id eſt, uolebat. Statim quis hæc ad allegoriam reuocaret hoc modo: pro hoc quod me nihil docere poterant, dixit, quod me nihil docere volebant. Nos tamen concedētes quod id interdum fit, hoc definiuimus, quod omnino inſenſatis ſenſa ſemper appoſita, pariunt ſuauitatem. Quemadmodum & in eo quod de Sappho prædiximus manifeſtum eſſe, & cum lyram Sappho interrogat, & cum ea reſpondet. Vt, Ἄγε χέλυ δῖά μοι λέγε φωνάεσσα δὲ γίνεο: & quæ ſequuntur. Herodotus autem id crebrius fecit quod à nobis dictum eſt, ubiq; fere orationis uoluptatem operatus. Sed in his quæ à Xerxe Helleſponto dicta ſunt, mira excelluit uoluptate & ſuauitate nō mediocri. Xerxes mare colopizans hæc barbara & ſtulta loqui cœpit: O ſalſa aqua, hanc tibi legem Imperator imponit, ne quid mali in eū moliaris, quamuis ab eo patiaris iniuriam. Rex autē Xerxes ſiue uelis ſiue nolis te traiiciet, tibi autem poſt hac tanquam doloſo & amaro flumini nemo mortaliū iure ſacrificet. Hic enim Xerxem introduxit ad aquam

loquentem, perinde atq; ſi ſenſum & electionem haberet, ſuperauit voluptate ſpectaculum. Hæc enim apud poetas dicuntur licentia poetica, ſed non quem admodũ diximus. Vt illud, Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξε μέγας οὐρανός. καὶ, αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκων οὐρανοῦ. καὶ, γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα διΐστατο: ideſt, Magnum cœlum circunſonuit, & per ſe portæ mouebantur, & mugitum alacritas per mare diffudit: & quæcunque ſimilia. Non tanquam in ea quæ ſua ſponte aliquid faciant dicuntur, ſed quæ etiam ſcire poſsint, quid agendum ſit. Hæc enim poetis conceduntur. Item neque hac ſuauitate carebunt, ſed uoluptatem hæ ſententiæ facient, longè quàm in alijs modeſtiorem, ſi irrationabilibus quis animalibus hominis propria affingat. Quod à Xenophonte factum eſt, cum canem triſtem uultum præferre dixit. Præterea redire ac ueſtigiis non credere eas refert. Et cum dicit, Temerariæ quæ non permittunt adiutrices ſibi prudentes anteire, ſed inſurgentes ſtrepunt. Nam hęc omnia, & adiutrices, & prudentes hominum, & non canum ſunt propria. Et nonnulla etiam his ſimilia ex venatoria arte capies exempla. In quo quod ſuapte natura uoluptatem habet, multam etiam & per alia, ſed in primis per ſententiam: quoniam natura res ipſa iucunda eſt, quod de uenatione dicitur, atque etiam aſpectu: quemadmodum etiam ipſe Xenophon alicubi indicat: Spectaculorum hoc inquit iucundiſsimum eſt, ſurgere leporem, agitari capi. Sed de ſententiis ſuauitatis & uoluptatis hactenus. Cæterum methodi hāc faciunt, quęcunque puritatem, & ſimplicitatem, de quibus iam dictum eſt. Dictio ſuauis quæcunque & ſimplicitatis: propria autem, vltra puram: atque etiam poetica. Hac Herodotus accurata ſuauitate methodis ac ſententiis vſus eſt, quibus & nos ſuauitatem notamus. Dictio/

ne cuique propria ſimplicitatis, præter ea ex abundantia continet ſuauitatem: quoniam ipſa Ionica lingua uti cœpit: quæ cum poetica ſit, ſuapte natura ſuauis eſt. Quod ſi aliarum linguarum dictionibus uſus eſt, hoc nihil eſt: cum Homerus, Heſiodus, ac cęteri diuerſis linguarum dictionibus uſi ſint, tamen maxime Ionicis. Nam Ionica, ut dixi, poetica eſt aliquo modo, ac idcirco ſuauis. Quod hinc factum eſſe puto, quia poematum miſtiones in oratione pariunt ſuauitatem: quale illud eſt, Σώ τε δύο ἐρχομένω βουλευσόμεθα ὅπι ἐροῦμεν. Et rurſus in quinto politicę, Ἀλλὰ μὴν καὶ καθ᾽ ὅμηρον τοὺς τοιούτους δίκαιον τιμᾶν τῶν νέων, ὅσοι ἀγαθοὶ, καὶ γὰρ ὅμηρος τὸν εὐδοκιμήσαντα ἐν τῷ πολέμῳ, νώτοισιν ἔφη διηνεκέεσσι γεραίρεσθαι αἴαντα: ὡς ταύτην οὖσαν οἰκείαν τιμὴν τῷ ἡβῶντι τε καὶ ἀνδρείῳ, ἐξ ἧς ἅμα τῷ τιμᾶσθαι, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐξήσει. Item hoc, Ἀλλ᾽ οὖν πεισόμεθα ἡσιόδῳ, ἐπειδάν τινες τοιούτου γένους τελευτήσωσιν, ὡς ἄρα οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ, ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν, ἐσθλοὶ, ἀλεξίκακοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων; πεισόμεθα μὲν οὖν. Sunt etiam multa in Xenophonte ſimilia, ac in cæteris huiuſce generis: & ingens quidem copia exemplorum, ſiquis quenq; uelit attendere. Plato in Sympoſio non parce Agathonis perſona abuſus, eandem ſibi poeticam miſtionem uindicauit: neq; ex alienis poematibus aliquid, ſed ipſe fingens prætextuit, ut illud intenderet, ne qd omnino uideretur eſſe cõtrarium: quale hod eſt: Ἐπέρχεταί δέ μοί τι καὶ ἐμμέτρως εἰπεῖν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ποιῶν. Deinde metrum induxit, Εἰρήνην μὲν ἐν ἀνθρώποις πελάγει δὲ γαλήνην, νηνεμίαν δὲ ἀνέμοις, κοίτην, ὕπνον τε ἐνὶ κήδει. Item in Phædro prȩcipue, perſonam quandam ſubiicit, infinitam quidem, ſed quaſi alius loqueretur, furore diuino afflatus, quoddam carmen exclamauit: Ὡς λύκοι ἄρνα φιλοῦσ᾽, ὡς παῖδα φιλοῦσιν ἐρασταὶ: id

eſt, Vt agnum lupi appetunt, ſic puerum ardent amatores. Hoc autem non ſine ſolatio dimiſit, ſed reċtè huic accommodatum intulit. Verum illud non ignorare opus eſt, quod ipſa poematum & pedeſtris orationis commiſtio, niſi ſic miſceantur, ut vnum & ipſorum & pedeſtris orationis corpos eſſe videatur; ſed tractim & per interualla dicantur, quemadmodum, cum aut leges, aut decreta leguntur, non ita magnam faciunt ſuauitatem, ſed aliud quiddam: quale illud eſt: Παραναγνωθι δή μοι σὺ τὰς ἐνστάσεις ἐλνμένως: καὶ, ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας, καὶ κάκ' ἀγγέλλειν μὲν ἴσθι μηθέλοντά με. Et rurſus quæ à Sophoclis Antigone dicta ſunt in oratione malæ geſtæ legationis, Ἀμήχανον δὲ, παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν: & reliqua. Statim videt aliquis hæc, qnamuis exiguam, tamen aliquam habere voluptatem. Pater igitur ex his, quę diximus, quod omnis uoluptas in oratione corrumpitur, ſi poemata indifferenter, & non ſcitè orationi immiſceantur: aut certè parum dabunt iucunditatis. Sed ad ſuauem iterum dictionem redeundum eſt. Suauis etiam dictio quæ per epitheta fiat. Vt, Ἄγε τε δὴ ὦ μοῦσαι λίγειαι. In poetica arte quæ natura ſuauis eſt, præ cæteris epitheta laudantur, tanquam ſuauiora & uoluptatem edentia longe maiorem. In his Steſicorus obtinuit principatum, cum multis epithetis vtatur. Item δριμεῖα, ideſt, acuta dictio ex his eſt quæ ſuauitatem faciunt, de qua deinceps dicendum eſt. Schemata ſuauitatis ſunt, quæcunque & ſimplicitatis & puritatis eſſe diximus: item & quæ decoris & fucatæ orationis. Compoſitio ſuauis quæcunque & pulchra, & quæ proxime ducit orationē, ut & menſurata eſſe videatur. Videtur enim compoſitio quandam ſenſui apponere uoluptatem.

Pedes in ea ſuperfluant, qui uenuſtatis ſunt propriu. Deſinentię ſimiliter in oratione uoluptatem habente, uenuſtę ſint & concinnæ. Conuenire enim hic numerum oportet, ut in ſimplicitate diximus.

De ſubtili, acuta, pulchra, delitioſa & ſuaui oratione.

DIxi me περὶ δριμύτητος .i. de ſubtilitate & argutia orationis aliquid eſſe dictuꝶ, eo quod ſimplicitati ac ſuauitati cōferat. Cuius quidem quales ſint ſententiæ, paulo ſupra de ſimplicitate diximus, & quia ex cōprehenſione ſunt profunde. Fortasſis igitur ſententia non eſt: cæterum methodus quædam eſt non ita accurate dicendi, ſed ſimpliciter ac diſſolute quę cogitata ſunt diligenter Quare hoc propriū ſimplicitatis, dico autē huius methodi. Multa his ſimilia exempla apud Xenophontem neceſſario ſimplici forma conſcripta eſſe dixi. Sed eſt altera pręter hanc ſubtilitatis ſpecies quam reticere non placet, & circa dictionem ſententiã ue conſiſtit. Non enim tutum eſt dicere ſententiam, qualis eſt, aut non eſt: ſed ſecundum dictionem conſideratur. Dictio autem ipſa quæ ſuapte natura ſubtilitatem facit, nihil habet ſubtilitatis, ſi quis eam à ſentētia circa quam fit, ſeparet, ſiue ab his quę ante ipſam dicerentur. In cæteris uero formis hoc non accidit. Nam pura dictio pura eſt ubique, etſi uenuſtam quis ſententiam per eam enunciet, etiamſi nihil ante ipſam ſit dictum. Item uenuſta dictio, venuſta eſt, etſi non uenuſta per eam ſententia dicatur, quamuis nihil prædictum ſit. Quinetiam quæ aliarum ſunt formarum, eodem modo ſe habent. Contra uero ſubtili accidit dictioni, quippe quæ ſecundum ſeipſam nihil tale habet, cum aliquam ſententiam enunciat cui non eſt propria: aut ſi quædam alia ſubſequatur ſecundum quandam formæ loquendi urbanitatem, ſit acuta &

ſubtilitatem parit. Sed hoc exemplis clarius extabit. Proprie igitur ſententiam dictio ſignificat, quæ non propriè eſt illius. Quale genus Xenophon tum egit, cum cauſas, quibus ante tempus canes ex inſequutione non redeunt, exponit. Hi, inquit, per languorem, hi per inſuetudinem, alii propter hoc, & hoc. Hi uero, ait per humanitatem redeunt. In homine enim conſuetudinem, & rem cum uiris, & congratulari: hic humanitatem appellauit, cum tamen dictio in hac re propria non ſit, alibi enim humanitatem locare ſolemus. Proprie tamen res aliquo modo ſignificata eſt, ſed hic magis proprie hæc dictio conquadrauit, quàm ſi in miſerando ac triſtando quid ponatur, ubi natura ipſa humanitatis nomen aptamus. Item Sophocles humanā dicit Atalantem, quando cum uiris eſſe lętabatur. Hoc rurſus pro alia re id nomen quemadmodum humanitatis uocabulum ponemus, quale illud eſt Euripidis: Μὴ τὴν τεκοῦσαν τῇ φιλανδρίᾳ γυναῖκα ὑπερβάλλῃς. Ferè nanq; cōtrarium nunc dictio illa ſignificat φιλανδρίας. Nam intemperantiam & mœchationem hic ſignificare uoluit. Item orationem quidam gratam dicunt, notā & certam. Et Euphorion, Ατρέα δῆμον ἀθηνῶν, ἀντὶ τοῦ ἄτρεστον καὶ ἄφοβον. In uniuerſum igitur ſciendū multū in his argutiis eſſe periculi, ne in frigiditatem incidamus. Poſtquàm ridiculoſa ſtudia ridiculi cauſa nonnulli ſectantur nulla profecto alia re quàm his argutiis approbati ſunt. Proinde cauere oportet, & in primis hoc ſubtilitatis genus, cuius quidem nullum apud rhetorē extat exemplum. Alia uero huius generis tria ſunt, quibus rhetor uſus eſt, quæ omnia ex conſequutione prædictorum ab aliqua dictione fiunt, ſed aliqua ex parte differunt. Vnum quidem per ſimilitudinem dictionis argutiam quandā oſtendit. Vt illud, Μέλλει πολιορκεῖν, τοὺς ἕλληνας ἐκδίδωσι: Μέλλει γάρ τινι τῶν τὴν πόλιν οἰκούν-

τῶν ἑλλήνων: Hoc quidem nimis timide ponere viſum,pro alicuius ſubtilitatis exemplo. Sed poſtquàm ex his nonnulli qui ante nos fuerunt & nunc etiam ſunt in orationis conſideratione inſignes, hoc excogitarunt ac poſuerunt tanquam huius ſubtilitatis exēplum, à nobis quoque dicatur. Sed iſta ſubtilitas ſi ſic fiat,non ſtatim frigiditatem fugit. Quare ex ſimilitudine dictionis, ut ſuprà dictum eſt, hoc ita fit. Alterū ſubtilitatis genus non ex ſimilitudine, ſed ex paronomaſia dicitur, quando proprio aliquo nomine vel verbo vſuri, deinde ſubſequentes eo vtemur, in quo non proprium eſt rei: hoc modo: Εἰ μὴ καὶ τοὺς τὰ μηχανήματα ἐφιστάντας εἰρήνην ἄγειν φήσετε, ἕως ἂν αὐτὰ τοῖς τείχεσιν ἤδη προσαγάγωσιν. Deinde dicens ea ob quæ putat Philippum oppugnare ciuitatem, Καὶ ὅτι πάνθ᾽ ὅσα νῦν πράττει καὶ κατασκευάζεται: hoc argute refert. Deinde, Τὸν τοῦτο τὸ μηχάνημα ἐπὶ τὴν πόλιν ἱστάντα, εἰρήνην ἄγειν, ἐγὼ φῶ πρὸς ὑμᾶς. Multum refert, Item & illud, Ἐγὼ δὲ οὐ τοῦτο δέδοικα εἰ Φίλιππος ζῇ ἢ τέθνηκεν: ἀλλ᾽ εἰ τῆς πόλεως τέθνηκε τὸ τοὺς ἀδικοῦντας μισεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι. Hoc autem non modo ſubtilem, ſed apertam facit orationem: quoniam penè trope eſt,ſed non trope aperta propter paronomaſiam. Quod ſi ſeorſum quis dixerit hoc, Τέθνηκε τῆς πόλεως τὸ, τοὺς ἀδικοῦντας μισεῖν, omnino per tropen duram orationem faciet. Ex paronomaſia cum claritate inductum, ſubtilitatem parit. Tertium genus eſt, quo Rhetor etiam vſus eſt. Fit autem, quando trope aliqua vſi non nimis auſtera duraq́; , & ex conſecutione illius alteram duriorem inducimus, quæ quidem propter id quod ex prædicto ſequitur,talis eſſe non uidetur: hoc modo: Ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰ μὲν ἅπαξ, καὶ βραχὺν χρόνον, ἀντέχει, καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν ἂν τύχῃ, τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται, καὶ περὶ αὑτὰ καταρρεῖ. Illud enim ἤν

ικὸν tropicon eſt,neq; auſterum tamen neq; durũ. Illud autem κατακέῤῥει eſt pei quàm aſperum, neq; tale videtur,quia ex conſecutione dicitur.In floribus nanq; tabeſcentibns defluere ferè proprie dicitur, ac nimiã ipſius aſperitatem prçteritũ ſibi aſſumpſit,dicens: Τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται Simile huic illud in Polydo Euripidis eſſe uidetur, Εἰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς εἰς θάλασσαν ἤλατο ὁ κύματ' οἰκῶν ὄρνις,ἠρμήνευσεν ἐν τὸν παῖδ' ἐν ὑγροῖς κύμασι τεθνηκέναι.Illi enim dictioni οἰκῶν,ἠρμήνευσεν adiacet,uerum ſuapte natura aliquo modo aſperũ eſt. Sed hæc hactenus de ſubtilitate & acuitate dicta ſint, quæ quidem ſimplicitatis & ſuauitatis accidentia quaſi eſſe uidentur. Item de uoluptate & ſuauitate abunde dictũ eſt:idem fortaſſe de mollitudine & pulchritudine orationis,& ſi quid præterea huiuſmodi dicendum eſſet. Hçc enim omnia & ſimilia nomine ſolum differunt,ut puto.Sunt autem hæc,eadem.Quando enim amatorium quendã ſenſum dicimus,aut aliquid aliud ſuauitati propriũ,ſic introducimus, & per epitheta & poetica nomina exponimus Sic ſchematibus & membris adæquamus,uel aliquo ſchemate decori proprio enũciamus.Sic etiam cõponimus & numeros uenuſtos & decoros facimus. Sic etiã deſinentias uenuſtas & ſimplices. Sic nobis delicatus & pulcher neceſſario fiet ſermo. Quare quid uoluptas & pulchritudo à delitiis & ſuauitate,ac aliquo huiuſmodi genere differat, non facilè nouerim. Sed de ſimplicitate & ſuauitate hactenus. Nunc de ἐπιεικείᾳ, ideſt,bonitate dicendum.

De æqualitate & humilitate.

Moderata & æquitatem ſeruans per ſententiam fit oratio,quando quis non inuitus, ſe minus habere oſtendit:quale illud in oratione in Cononem, Ον παρὸν αὐτῷ καὶ λωποδυσίου καὶ ὕβρεως δίκας λαβεῖν, ὅμως αἰκίας δικάζεται. Vel quãdo ſeipſum æque quis multis

ingerit, tanquàm,ſi multorum non eſſet vnus . Idem ferè cum ſupradicto eſt In vniuerſum autem æquitas transfixum humanitate ſua habet iuſtū,ut inquit Plato, Et non exiſtentem vnum multorum, ſeipſum multos non internumerare, uel non inuitum minus habere : ſub ſpecie ſimul hęc quoque collocantur . Quare ſecundum æquabilitatis genus eſt , ſeipſum multis annumerare : quale genus in oratione in Midiam, & hoc primum: Ego vero quod ueſtrum quiſq; contumelia affectus facere cœpit, id ipſe feci. Sed ſi hoc graue,alias agetur. Hoc enim ſuapte natura grauitatis eſt proprium ,quantum ubiq; opus eſt,aliis orationis formis ſcire uti,quemadmodum ſi hic quantum opus eſt æquabilitatis & moris vſus non ignoratur. Nā inimico dare aliquid non inuitum,æquabilitatis eſt. Sed vide cum quanta grauitate hoc fiat à Rhetore. Charidemo tanquam ciui id quærendum mādarunt,ut magis illegitimum hoc modo decretum arguatur . Hæc enim per leges ciuibus definita ſunt. Conſidera etiā quo modo illud æquabilitatis hic exprimatur. Et uidebitis,inquit, o' Athenienſes quàm æquabili & ſimplici utar oratione,quę in eo ordine mihi agitur , vbi dignitas magna:& quę ſequuntur. Item æquabilitatis eſt,dicere quod tanquam pręter opinionem acceſſat, & quod cogēte inimico ueniat in iudicium . Et quod oportet pro amicis ac ſociis in foro uerſari:quale illud eſt, Εἰ μὲν ἐβούλετο ἄφοβος τὰ δίκαια ποιεῖν : & quæ ſequuntur. Item æquitatis eſt,neminem ex his qui rempub.gerunt,neq; crimine aliquo inſimulaſſe,neq; triſti iudicio affeciſſe:quale illud eſt:Poſtquàm neq; eorum quenquam qui rempub.gerunt , neq; eorum qui vobis moleſti ſunt,hanc rem feciſſe aſſero me oſtenſurum:& reliqua. Item dicere ſe cū infinita dicendi copia ueniſſe in iudicium, poteſt quidem aliud oſtendere.Item

..Item illud æquitatis uel moralitatis penitus, dicere ſe coactum: eſt quo inuitum ueniſſe coniectant pleri-que. In uniuerſum igitur, ut dicebam, bonitatem & moralitatem ſecundum ſententiam faciunt, quæcunq; perſonæ conſtitutiuæ ſunt, ut non inuiti minus haben tis. His autem omnibus dictis ſiquis accuſatur uti po-teſt, è contrario cuncta conuertens, quod ad præſens il le inſequitur, & ipſe accuſatur, & propter hoc aſper-natur, quoniam præ cæteris fugit: & quod unus ex multis neminem unquam accuſauerit, & quod in iu-dicium inuitus accedat In uniuerſum autem, ut dictū eſt, his omnibus qui accuſatur uti poteſt. Multa huiu-ſcemodi in priuatis exempla: & apud Lyſiam & Hype ridem longè plura. Suapte natura uiri ſunt moraliores methodis uero in primis. Methodus æquabilitatis in primis, ualde eſt ſententiis æquabilitatis accommoda ta: ſcilicet non inuitum ſui ipſius potiſſima bona de-primere: & quæcunque aduerſus inimicum habet, hæc ultio extenuare, neque cum uehementia loqui. Quæ ſui ipſius ſunt, per methodum Demoſthenes ita deprimit, cui cum dignitate loqui conueniebat: quale illud eſt: poſt hæc miſſos omnes ita dimiſit: quibus Cheronneſus, Bizantium, cæteriſq; ſocii ſeruati ſunt. Hic aliter loquutus eſt, Diſpenſationem rerum ubique geſtarum, ad me ipſum pertinere aſſero. Vide quem-admodum utriſque, idem negotium demonſtratum eſt Quoniam ego conſului, & ego ſcripſi. Et quanto melius humiliuſq; dictum eſt hoc, illo. Sed ille quan-tum opus fuit, utroque uſus eſt, non ſecundum æqua-bilitatem, ſed grauitatem: Illud deprimens, hoc uero augens Quicunque autem bonam & moralem oratio nem facere uolet, hac methodo, ut puto, utetur: cuius quidem rara ſunt exempla Neque enim ex Rhetore aliquod huius methodi exemplum ſumere poſſum.

Ironię uero, non æquabilitatis ſunt, ſed moralitatis. Neque graue, ęquitatis uel humilitatis eſt: quale hoc eſt: Inſania quoque eſt, ſupra uires quid moliri. Et rurſus, Vis me ipſum quem carpendo & detrahendo Batalum uocaſti, & multa huiuſce generis. Hęc enim & ſimilia grauia quidem, & idcirco moralia, & non bona ac humilia. Neque quod ęquitatis eſt, morem habet. At rara ſunt methodi huius exempla, ut dixi, ex quibus nullum tibi nunc pręſtare poſſum. Poſtquã alius labor abierit, aperte eius naturam oſtendi poſſe puto, neque cum difficultate. Cuius exempla proprie ſi quis cuiet, apud Platonem, ubi Socrates aliquid de ſe ipſo dicturus eſt, non pauca inueniet: & pręſertim in Charmide, ac Sympoſio poſt uerba Alcibiadis, & in pleriſq; locis. Sed quęcunq; per ſe ipſum dixit, ſiquis deprimat, humilem per methodum orationem facit. Quæ autem aduerſus inimicum dici oportet, horum attenuatio per methodũ, duobus modis fit. Aut enim oſtenditur qui hoc facit, quod non inuitus humiliter loquitur, aut non oſtenditur. Si oſtenditur, habet quid & vehementiæ etiam ſi breue, tamen aliquid habet oratio. Vt, Et mihi nihil iratus, nihil enim dixit mali. Item illud huic ſimile eſt, Ferente eo legem, alia equidem non uidi. Nihil mali dico, nec ſcio quicquam. De lege conſiderans inuenio multum ab hoc alienũ: & reliqua. Quando nihil oſtenditur omnino æquabilis ob hoc oratio oſtenditur. Cuius igitur cauſa, ſi non hi maxime? Sed omnes erant indigni, iiſdem rebus, & uos, & illos dignos reddiderunt. Vides quomodo ſe habeat, ſi cum vehementia dicere voluerit, Cuius cauſa, ſi non hi maxime? Sed hi omnes indigni erant. Ignobilitatem veſtram & illorum ego edoctus ſum. Pariter etiam vtraque auferuntur, & illorum immunitas, & veſtra dandi poteſtas, ſi ueli-

..s. Hoc cum nimia bonitate & moralitate dixit. His dignos fecit, uos & illos. Simile eſt etiam in deliberatiuis. Videntur mihi Lacedæmonii grauium viro um geſta præſtare. Tunc etiam in dubitando & non ſtendendo, quod graues ſint Lacedæmonii, ſed di.endo, Mihi videtur, tunc non omnino ipſi videntur eſſe graues, ſed grauibus ſimpliciter ſimiles. Aliqua grauium hominum geſta præſtare, ardua ſubeuntis erat. Hoc quidem elatum ac vehemens, & moralem & æquabilem orationem exhibentis eſt. Manifeſtum autem hoc ex his quæ in Philippum dicta ſunt, vbi è contrario ſimili forma Rhetor vſus eſt: hoc modo: Μὴ πανοῦργος ὢν κὴ δεινὸς ἄνθρωπος: ideſt, Non facinoroſus exiſtens & grauis uir. Primum enim facinoroſum dixit, & non ſimpliciter grauem: vehementius vtique nomen, facinoroſus, quàm grauis. Deinde facinoroſum ſibi Philippum non videri dixit. Non enim innuit quemadmodum illic, ſed oſtendit. Deinde facinoroſis & grauibus non eſſe ſimilem: ſicut Lacedæmonios eſſe dicebat, ſed ipſum eſſe Philippum & grauem & facinoroſum. Non igitur hæc vehementia & aſpera. Illa vero moralia & humilia, ac Rhetoris aperte vehementiam ſubeuntis. Nō pauca huius methodi exempla, per quam quis deprimeret, quæ in ſubiectas perſonas dicenda eſſent. Neque alterius eſſe dico, ſecundum quam propria quis bona minueret: ut in deliberatiuis, & in ea oratione quæ eſt in Leptinē. Et quamuis in diſceptatione verſetur oratio, tamen in his quæ circa perſonam, & per methodum, multum moris habent: ſimul etiam & reliqua, quemadmodum quæ in deliberatione verſatur oratio. Sed vnde diuertimus redeundū. Methodus æquabilitatis prima eſt, quę iam ſuprà dicta. Altera eſt, quę ex prætermitione oritur. Videtur enim aliquo modo ęquabilitatis

eſſe,non inuitum omittere,quæcunq; uel in inimicũ, uel de ſe ipſo dicere poſſet. Et multum fidei habet prę teritio,ob eam quæ in ipſa apparet æquabilitatem. Fit autem,ut dixi, in duobus, uel in his quæ contra nos uel in his quæ de nobis. Ac quidem dupliciter fiunt quemadmodum extenuationem in inimicum duplici modo fieri dicebamus. Aut enim palàm omittit, aut dicendo, nihil apponit: ſolum autem oſtenditur, & tanquam quandam indefiniti aſſumptionem facit: hoc modo: De quibus rebus diſceptetur,quod ſcilicet de ciuitate dixerit,prætermittam. Et rurſus, Prętermitto multa, & quod hoc dixit & hoc. Aut igitur ſic,aut methodo omisſiua utitur:res tamen nihilominus dicit: hoc modo: Et ſi nihil horum dixerim, & quod quendam ex hoſtibus liberauerim, neque ſi quibuſdã miſeris uirgines reddidi. Item & illud, Olynthum quidem,& Methonem,& Appolloniam,ac duas & triginta in Thracia ciuitates omitto: & quæ ſequuntur. Horum igitur omisſio quæ res dicit, ut Olynthum,& quæ ſequuntur,fidem facit cum more. Quę uero nihil horum habet hoc modo: De quibus autem diſceptatur,tanquam de ciuitate dixerit, omitto: unà cum fide & more etiam comprehenſionem facit, per indefiniti aſſumptionem. Hęc autem omnia & ſimilia,nihil aliud quàm indefiniti,uel alicuius huiuſcemodi aſſũptiones ſunt,ut per omisſionẽ introductio fiat. Tertia æquabilitatis eſt methodus,quę puram facit orationẽ, nec etiam ſimplicem: quoniam quę æquabilitatis eſt oratio,id quod ualde ſimplex uideatur debet habere. Qui breuiter orationis rationẽ intelligit, quod humilis & moderatæ orationis dictio pura eſt, & ſimplex intelligit. ſimiliter etiam & ſchemata, & membra, & cõpoſitiones,ac demum deſinẽtię ac nnmeri, & ſanè talia aſſumi poſſũt, ad ęquabilis orationis emphaſim.

De uera oratione.

Expoſitiua & vera, & tanquam animata oratio, plurimum circa methodum, ſchemata, dictionem, & quæcunq; ſequuntur vtiq; verſatur: nec minus circa ſententiã. Nam ſi ſimplices oẽs expoſitiuæ orationis eſſent, morales quoq;, & æquabiles humilesq; ſententiæ, eiuſdẽ profectò generis eſſent. Præter ſupradictas ſententias, propriæ ſententiæ ſunt animatæ quaſi orationis, indignabundæ ſententiæ: hoc modo: Is cum eſſet miles ſcilicet admirabilis o' Iupiter. Poſt factam ironiam grauitatem intulit, o' Iupiter. Alia quædam ipſa hæc ſententia eſt, præter prædictã, o' Iupiter, indignabunda, Tale eſt & hoc, Androtion conuitiorum vobis autor, o' terra o' Dei Hoc fortaſſe per methodũ, & non per ſententiam. Hoc tamen, Et Charidemum ſi oportet vinculis coerceri, decernere Charidemum, heu me: Habetur in illo, heu me, ſententia aliqua & propria. Infinita huiuſcemodi ex Demoſthene exẽpla ſumes. Sed ſententiæ quidem hę ipſæ, notas eſſe arbitror, & claras ad uidendũ: Etiamſi methodus aliqua ſit, quę indignabunda ſit circa ſententiã non talem, veluti non natura indignabundam, ut illud, Androtion vobis conuitiorũ autor, Androtion o' terra o' Dei. Aperta methodus eſt, quæ nihil habet moleſtũ, ad id qđ eſt ſecundũ diſciplinã. Reliquæ vero methodi ueræ orationis ferè ſunt ineffabiles. Nam ſiue uota quis facit, ſiue quid ſimile, non ſimpliciter per hęc expromptus ſit ſermo, At iſta quidẽ ſimpliciter & per ſimplicitatem moralia ſunt. Alia præter iſta ſunt, ut mea fert opinio, quæ quaſi animatam uideri faciãt orationem. Statim hoc, Primùm quidem o' Athenienſes, Diis me voueo omnibus, & reliqua. Precatio nimirum quædã eſt, ſed aliquid ſimile habet huic, Sed enim timoribus ab Ariſtide in Siculos prædictis, hic iam adeſſemus.

Neq; uero id dico tanquam melius ſit his quæ Demo ſthenes dixit (inſanirem enim ſi hoc dicerē) ſed quod hoc illo uerius ſit. Non enim occaſio ſtatim à principio Demoſthenem repetit aliquo modo uerum, ſed in vniuerſum moralem oratione exhibet. Quare hæc & nonnulla alia ad oratione ſcientia oſtendimus, quando de oratione diſſeruimus. Inuenies autem non pauca talia ſic uerè dicta apud Rhetorem. Vt illud, Oēs Deos ac Deas vniuerſas inuoco, quicunq; prouinciā Atticam tuētur: & Apollinē Pythium, & quę ſequuntur. Sacramentum nimirum eſt. Sed uide num hoc illi ſimile, Poſteaquā deliberando hos ſeruare nolui, ipſe conficior tanquā perniciōſus, & ante tempus perdor, etſi ſumpto argento omnino multo cum his geſsi legationem. Hic ſimplicatis perſeuerantia magis extantem fecit orationem per id quod, multo, dixerit. Sed unde diuertimus, redeundum, quod eſt, quod expoſitiuæ orationis methodi ferè ineffabiles ſunt. Ac nobis quoque de his dicere audendum eſt, ſi eas quoquo modo demonſtrare queamus. Dico igitur quod unà ferè methodus cuiuſq; expoſitiuæ orationis eſt, non prædicere, ne iurare quis videatur: ſed ſimpliciter tanquam incideret in ſacramentum. ac non tanquā quis precaretur faciat, ſed ſimpliciter incidat in uotum: quale genus hoc eſt, tanquam nunc nihil conducens. Vt, Cū litem tutoribus intendebam, cum admodum adoleſcens adhuc eſſem, neq; hūc ſi natus eſſet ſciens, neq; cognoſcens: quàm nihil nunc vtile. Item alicuius rei admirario, moralem & expoſitiuam facit orationem. Sed ſi quod admiraturus es, prædixeris, nō eadem arte expoſitiua ſeruabitur oratio: ſed ſimpliciter quidem moralis & quaſi ſimplex ſic oratio fieri poterit, & per hoc veritatis habens aliquid, nō tamen id quidem accuratum. Quod ſi ſimplex dicatur quod admiraris, ac

..uia ſuapte natura dicis negotia quę admiraris, atq; idipſum admirari oſtendis, magis ex hoc expoſitiuam & tanquam vere animatam orationē̄ efficies: hoc modo: Talium geſtorum impurus iſte conſcius, in nos reſpicere audebit? & quam uixit ipſe uitam, ſtatim ſplendida voce narrabit? in quibus ego profectò obruor, iſti te non norunt? & quæ ſequuntur. Illud enim, In quibus ego obruor & confundor, multum expoſitiuæ ſapit orationis, tanquam admiretur, quod iſte hæc dicere audeat. Item & hoc, Conſultate o' Athenienſes, qui Thebanos in inſula habetis, quid facere oporteat, ne differte quidem: & quæ ſequuntur. Itaque ſicut in ſuperioribus dictum eſt, una profectò eſt orationis methodus, quæ tanquam vere animata videatur, ſi non prædixerit quiſquam, quod aliquid in anima habeat affectus: ut admirationem, iram, timorem, triſtitiam, miſericordiam, confidentiam, incredulitatem, dolorem, indignationem, ac tale genus. Perſuaſus itaque præinducere orationem, ut tempus poſtulat, ſiue cum ira, ſiue cum admiratione, ſiue cum aliquo eorum alio, quæ ſuprà diximus. Cum ira quidem, vt in hoc: Επειτα ὦ καθάρατι καὶ γραμματοκύφων. Et rurſus. Talium conſcius impurus iſte, & ſimilia. Cum miſericordia, quando calamitoſos dicit eſſe Phocenſes. Item illud, Sed hic quidem infelix dehoneſtatur & contumelia afficitur. Cum admiratione. Ego tibi hoſpitalitatem Alexandri, & quæ ſequuntur. Item etiam ſimile eſt illud ſuprà dictū, conſultate o' Athenienſes. & reliqua. Cum timore non æquè ſunt apud rhetores exempla: comœdię autem & tragœdię his abundāt. Indignationē̄ oſtendunt: ut illud, Charideme hei mihi. Et rurſus, Androtion, o' terra, o' Dei. Cū perſuaſione & ueriſimilitudine dices, quando dices, Nauigare volebam, ac ea ſponte pati quęcunque poteram, niſi

hæc ita habeant. Cum expoſitiuæ orationis veriſimi/litudine, contrarietate in antitheſim, vel aliter ſine cataſtaſi cum velocitate vtetur: quale illud eſt: Quo ruimus? dixerit aliquis. Deinde contrarietas ſine cataſtaſi, Marcida inuenietis Athenienſes, & quę ſequuntur. Et rurſus, Malæ fortunati ſunt Bizantii: ſed eos ſic eſſe opus eſt, quando ciuitati conducit. Iſta quidē methodus, etiam celeritatis eſt propria. De concurſu aūt ſiue coitu, ſic dicere opus eſt, ut in tractatu de celeritate dixi me diligenter eſſe dicturū, quum de methodo grauitatis agetur, cuius quidem iſta ſunt propria. Sed vnde diuertimus, reuertamur. In vniuerſum igitur, ſine cataſtaſi in principium diſſolute redigere orationem, expoſitiuum eſt & verum: hoc modo: Per Iouē oportebat hoc & hoc fieri, & hoc non fieri. Deinde ex interpoſitione non confirmante, diſſolute ualdeq́ expoſitiue induxit. Multa Olynthii dicere poſſent, quæ ſi proſpexiſſent, perditi non fuiſſent. Multa Phocenſes: multa etiam quiq; qui perierunt. Item quod ſequitur ſimile eſt, Sed quæ horum vtilitas? Deinde ex diſſoluto non ualde expoſitiue confirmante intulit, Dum nauis ſeruari poteſt, tum nautæ, gubernator, ac cæteri ſaluti intenti eſſe debent: Poſtquàm autem mare ſuperarit, incaſſum omnis opera adhibetur. Quod ſiquis ſchema & non methodum eſſe putarit, puram eſſe methodum intelligat. Non enim ſimpliciter diſſoluta expoſitiuam orationem facere aſſero, ſed ea quę ſine cataſtaſi, & ea quę tanquam oppoſitiones. Oppoſitiones vero, non ſchemata, ſed methodi quædā ſunt, aut omnino ſententiæ. Eſt adhuc præter iſtas, alia quędam expoſitiuæ methodus orationis, ac maxime eius quæ cum ira procedere videtur, hoc eſt, ſchematum orationis conſequutiones nō ſeruare, ſed ſicut ex affectu educitur, emittere: hoc modo: Poſtquàm reli/

giuſum & æquum omnibus oſtenditur ſuffragium, decet me quanquam non amatorem, & quæ ſequuntur omnia uſq; ad illud, Οὐκ ἀπορῶν δ' ὅτι χρὴ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν εἰπεῖν, ἀπορῶ, τοῦ πρώτου μνησθῶ. Nullo enim modo hic ſchemati conſequutio datur, ſed nimis abūdat quod ad iram eſt ſubitum, ex quo magis animata ac uera oratio eſſe uidetur. Item ex eodem exemplo manifeſtum eſt, quod ſiquis obiurgatione ſiue nota utatur, ſermonem uerum facit & expoſitiuum: hoc modo: Si Aeacus, uel Rhadamantus, uel Minos erat accuſator, ac non diſſeminator uerborum, rabula fori, & pernicioſus ſcriba. Hæc methodus quædam eſt, ut arbitror, qua iurgiis affectus impatiens eſſe uidetur: ubi aperte oſtenditur, non carpſiſſe ira ductum, ueq; ex cōſulto in iurgia prorupiſſe, ſed ex ſeipſo in id diueniſſe. Per iram hæc dixit, Cum oratio plus ueriſimilitudinis ex ſimilibus methodis continet, eo quod affectu animata procedat. Cum uero carpitur, ut Aeſchines: Date mihi hunc cinædum appellare: neq; pari modo ueriſimilis erit, & uideberis uere eſſe maledicus. Nō enim affecti animi eſt neq; turbati, neq; quaſi ab affectu impotentis, carpere: neque, que dicit, ignorantis: at ſobrii & talia cognoſcentis, & qui inimico talia intorquere ſtuduerit. Neq; etiam perſuaſiuus eſt ſermo, ſi neq; expoſitiue, neq; animate dicatur. Nam qui expoſitiue dicit, confidere nimiū uidetur: ex quo ſuaſiua reſultat oratio. Quæ autem alio modo ſe habet, non talem cōplectitur ſuaſionem. Item methodus ueræ & animatę orationis eſt ferè quidem eadem cum ſupradicta, ſed aliqua ex parte differens: cui ineſt hoc quod & aliis, cum non ſolum iurgia quoquo modo ex ſeipſo motus dicere non uidetur, ſed ne conſulto quidem. Vt illud, Sed parum me pręterit. Et rurſus, Sed incidi in ſermonem, quem ſtatim dicere conueniet, cuius quidem

methodi exempla Rhetor habet, Sed de ſententiis & expoſitiuę orationis methodis, hactenus.

De dictione.

OMnis dictio aſpera, uehemens, ac facta cũ ira, & maxime in epiphoris, affectum habet: in quibus non conſuetudo ex ſeipſa fieri, tempus habet. Vt hoc, Ἰαμβιοφάγος. Et illud, Ἐπατ' ὦ κατάρατε καὶ γραμματοκύφων, & quæq; ſimilia tempus habent, ut ex ſeipſis ab aliquo affectu dici uideãtur. Sed in epiphoris aſperę ac uehementes, ut dixi ualent: ac ueram & tanquã animatam orationem reddunt. Ne hic quidem alium animi affectum oſtendimus, ſimiliter adhuc hoc quoque eſſet vtile: in commiſeratione ac cęteris omnibus minime idoneum. In his enim affectibus, magis puritate, ſimplicitate, ſuauitate, uoluptate opus eſt. Adiacent etiam affectui iſta, ut Xenophon in affectu ad Abradatam & Panthiam facere uidetur: vbi aliis loquens dicit hoc, Ἡ χεὶρ τῷ νεκρῷ ἐπηκολούθησεν. Inſenſato enim ſenſibile apponẽs, cũ voluptate affectu auxit, Vbi autem & quibus rebus, quædam orationis genera coaptant, ſæpe teſtatus ſum me in methodo grauitatis etiam diligentiſsime eſſe dicturum.

De ſchematibus.

SChemata expoſitiuæ ſecundum epiphoram orationis quæcunq; erant & vehementis, & apoſtrophæ etiam Vt illud, Παρὰ σοὶ κατέλυον, Αἰσχίνη, καὶ σὺ προὐξένεις αὐτῶν. Item apoſtrophæ cum interrogatione, & quæ per obiurgationem ſe habent, expoſitiuæ orationis plus cõtinere videntur. Vt, Τί γὰρ δή ποτ' ἄβουλε Ἡγησίλεω μὲν κρινομένῳ ὃς ἀνεψιός ἐστί σοι. Et rurſus, Θρασυβούλῳ πρώην τῷ τοῦ Νικηράτου θείῳ: & quæ ſequuntur. Infinita ſunt formæ huius exempla. Vt illud, Tibi ſimilis Aeſchines hic frater tuus, alius vero nunc quis horum? & quę ſequuntur. Id quod poſt atrocitatẽ

tum ironia inductum eſt, non parum expoſitiuæ orationis per hoc ſchema dictionis habet. Quod ſi atrox cum expoſitiuo miſceatur, totum id morale eſt per methodum quæ circa ſententiam. Ac expoſitiuum quidē ſchema, demōſtratiuū eſt: quare etiā uehemens: hoc modo. Hic eſt qui Thebanorum miſerias deplorauit. *Præterea* expoſitiuum ſchema tali fit dubitatione: De inde, O' ſi quid tandem te quiſpiam alloquens, recte loqui poſsit? Factum eſt autem hoc tale, per hoc: ſicut de methodo huius formæ diximus Dico autem, hoc non præſignificari tanquā dubitet, ſed oſtendi quod affectum ipſa habet oratio. Sed hoc ſiue ſchema, ſiue methodus eſt, in tractatu de expoſitiuis ſchematibus poſitum eſt. Item ἀποσιώπησις: ideſt, reticentia expoſitiuæ orationis eſt ac tanquam veræ & animatæ: hoc modo: Sed mihi quidem: nolo enim quicquam moleſtum dicere orationem initurus. Et in oratione de magnatibus, Non enim de his. Sed dimittam dicere iam exorſus. Item epicriſes cum dubitatione & interrogatione, id ipſum præſtant. Vt, Vnde? permagni refert. Et rurſus miſericordiam concitaturus, epicriſi expoſitiuū auxit: hoc modo: Graue quidem o' terra, & Dei. Quomodo enim non? contra patriam. Dubitatiuæ uero epicriſes expoſitiui minus habent, morales quidem nihilominus ſunt, ac magis atrocitati accidunt: hoc modo: Rationem redditurus hodie vniuerſæ, ut decet, meę vitæ: & quę ſequuntur Quod autem dico, ſtatim in atrocitate patebit. Epicriſis autem non pro ſchemate, ſed ſententia aliqua ponenda. Quod fieri natura oportet, diximus. Item expoſitiuum ſchema auctionis cauſa repetita correctio præſtat: hoc modo: Sero enim interdum, ſero dico, nuper quidē ac paulo antè. Et rurſus, Quanto magis eſt turpe, & multo turpiſsimum. Hoc apud Rhetorem expoſitiuū ſchema frequens eſt;

& quæ ſoluta partitio vocatur. Quod ferè idem eſt τῇ epicriſi: hoc modo: Εἰ δὲ δὴ καὶ ἐν αὐτοῖς οἷς ἐτιμᾶσθε ἠδίκηκέ τις ὑμῶν, καὶ τότε, ταῦτα τοιαῦτα, πόσῳ μᾶλλον μισοῖσθ' ἂν διὰ ταῦτα δικαίως ἢ σῴζοισθε; Deinde eſt ſoluta partitio quę nihil aliud eſt quàm epicriſis. Vt, Ἐγὼ μὲν οἶμαι πολλῶ. Neq; coniunctionem ſoluens, ſtatim induxit: Βιάσονται τοίνυν μεγαλόφωνοι, καὶ ἀναιδεῖς ὄντες: & quæ ſequuntur. Et multa huius apud Rhetorem ſunt exempla. Accipitur etiam in rebus natura cõfeſsis uel demonſtratis: vel his quę confitendi uel demonſtrandi emphaſim habeant, ac per emphaſim magis morale cũ expoſitiuo parit. Tale procemium eſt in ea oratione quę contra Timocratẽ: Τοῦ μὲν ἀγῶνος ὦ ἄνδρες δικασταὶ τοῦ παρόντος: & quæ ſequuntur procemii omnia. Nullo modo coniunctio iſta ſoluitur. Infinita etiã talia his, quærentibus de ipſo* Τοῖς ἰαλέμοις. Rhetor apponit, qui enarrare dicunt Rhetorem. Et quidem libros expoſitionum audent relinquere in ipſum, quos nonnulli reuoluentes præceptores eſſe putant ac facilè diſcipulis ſuadẽt, Similes, vt dicitur, ſimilibus. Vbi enim quid ſimile videre videntur, quod hoc tanquàm conſeſſum ſumpſit Orator, qui Timocratem ſibi certaminis eſſe cauſam oſtendere volebat, & non priuata inimicitia in eum irruiſſe Diodorum inducentem? Sicut multa in procemiis facere ſolebat, quæſita tanquam confeſſa induxit, atq; per ſolutam partitionem id proſequutus eſt. Huius profectò ſchematis vſus non mediocris, multus etiã in ea communiter appellata homilia, quæ per manus habetur: ac propterea politicum ſchema dictũ eſt. Vt illud, Huius profectò gratiam, ne ipſe quidem oppugnaret. Expoſitiuæ igitur orationis ſchemata hæc ſunt. Membra uero, compoſitio, deſinẽtia, pręterea numeri ac cætera his omnibus quę vehementiæ ſunt, ſimilia eſſe debent: præterquàm ſi cõmi-

*ἰάλεμος, genus eſt lamẽtabilis cauſationis. Hos enim dignos fletu dixit ꝓpter inſcitiã, qđ ſuperius uocarat ſubligneos.

ſeratio concitetur. Tunc enim ſimplicioribus his omnibus indiget, & ea ſequi opus eſt, quæ de ſimplicitate dicta ſunt. Sed de his ut ſæpe ſuprà diximus, accurate in methodo grauitatis nobis differetur.

De ſententiis atrocitatis

Atrocitas quidem ſententias habet contumelioſas omnes, quando quis merita ſua referens, nullo vel minore honore dignus habetur: aut è contrario quando pro honore pœna dignus iudicatus, conuiciatur & exprobrat. Sic enim maxime atrox fit oratio, ſi quis apponat, quod nihil uel parum bene meriti, aut contrà etiam male meriti, & quod ea fuerint conſequuti, quibus ipſe non erat dignus. Id ipſum accidit, ſi quis dixerit, Quod uos aliquem male merentem, ornandum tamen exiſtimaſtis: me uero meliora ſectantem, ſupplicio dignum cenſuiſtis. Harum ſententiarum exempla in epiſtola de filiis Licurgi, & ipſa de reditu ſuo exempla multa ſunt In iſta enim uniuerſum procemium tale eſt, Exiſtimabam equidem eos qui rempub. gererent non ſic ut uos: ſed nihil de male merentibus temere credere: & quæ ſequuntur. Fit etiam atrocitas ex ſententiis, quæ quoquo modo humiles eſſe uidentur, hoc eſt, quando quis vltro magis quàm conueniat in inimicum dicenda extenuat: aut oratione à contrariis oſtendet ſe uel inimicum dictis vel factis eſſe dignum. Similes etiam ironiæ methodi quędã ſunt: hoc modo: Mihi vero ſi quis o Athenienſes inſaniam uelit appellare: inſania fortè eſt, ſupra uires quid moliri: & quę ſequuntur. Valde enim atrociter ſuam ambitionem hic inſaniã appellauit. Ac illud etiam, Quomodo uobis ſub his optimis res ſeſe habent? tale eſt. Ac multa huiuſmodi exẽpla habemus. Omne huiuſmodi genus: ut dicebam, methodi magis eſt. Ironię enim methodi ſcilicet quædam ſunt, quæ

hic atrocitatem faciunt: ſed ipſa ſententia per ſe nihil grauitatis habet. Et illæ quidem faciunt grauitatem, ut dixi, in eo quod ſibi contrariū eſt, aut dicit, qui ironia vtitur, ſed per methodum oſtendere: hoc modo: Τότε τοίνυν ὁ παιανιεὺς ἐγὼ βάταλος οἰνομάου τοῦ κονακίδου, σοῦ πλείονος ἄξιος ὢν ἐφάνην τῇ πόλει. Per vtraq; enim nomina Βατάλου & οἰνομάου, contraria ipſis nominibus oſtēduntur. Tunc enim batalum poſuit, nomen à mollicie dictū, in quibus viriliter præeſt ex omnibus. Ob quæ non batalus, ſed ſi quod huic q̄ maxime contrarium eſt nomen, eo, ut puto, ſe iuſte vocari poſſe oſtendit. Oenomaus aūt aliquid magnum ac tragicū habet, ob quæ humilis & effœminatus Aeſchines inſinuatur: quod poſitū, aperte eum contrariis nominibus dignū oſtendit. Si quid autem hoc ſcommatis haber, alterius erit orationis. Sed methodus ipſa atrocitatis propria eſt ironiæ. Sciendum etiam eſt, quod omnis ironia ſimilem habet atrocitatem. Manifeſtum aūt hoc ex prędictis fieri puto Quando enim quis in ſe ipſum ironia vtitur, ac maxime ſi apud iudices & non apud inimicum dicat, purā facit atrocitatem: quale illud eſt: Mihi autem ſi quis Athenienſes inſaniā reputare voluerit, quando inſania quoq; eſt: & reliqua. Hic inſignis eſt atrocitas. Quando vero aduerſus inimicos aliquis ironia vtetur, morē omnino habet oratio, ſed parū admodum atrocitatis, ac languida videtur oratio. Vt, Quomodo uobis ſub optimis his res ſeſe habent? In figuratis enim ſuapte natura ex atrocitate cauſis, per eandē methodum in ambabus elegans atrocitas eſſe poteſt. Cum aūt in ſeipſum aut in aduerſariū quis ironia vti voluerit. quemadmodum Themiſtocles, poſtquàm uictus eſt contrarius opinioni Athenienſiū, de uendendis nauibus in reparationē ciuitatis, ſeipſum accuſat. Ipſe enim omnia quibus admirationi habebatur, mor

re digna eſſe dixit quæ à ſe geſta eſſent. Etenim quod ſolus vidit, quod conducibile eſſet, non præmio, ſed pœna ſe dignum eſſe aſſerit: propterea quod nullum rerum nouarum ſit augmentum. Et quod nauali bello plurimum polluerit, hoc etiam ſimile, & multa huiuſmodi. Contra qui naues uendendas eſſe cenſebant, per quam admirabiles eſſe ciues, ac ſolos eos quid uti le ſit uidere. Sed grauiter dicit erraſſe, quod aduerſariorum ſententiam à principio non approbarit, quãdo ea ſuadebat, in quibus nunc ſibi mortem imminere oſtendit, & quod neq; ciuitatem relinquere oportebat neq; alia quæcunq; dicere poteſt Apponet etiam cũ ironia atrocitatem, & quod Cyrilum coronare non lapidare oportebat, & quod nunc tutius venditis nauibus habitabunt. Et neque rex neq; alius quiſquam eis inſidias tendet, quando iuuenibus priuati ſunt. Et quod pedeſtri exercitu ſeruata ſit Græcia, & quod na ues nihil ad vſum præſtare videantur. Quare omnia contraria per contraria vbique oſtenduntur, ſicut ironiæ eſt proprium. Item effectiuum atrocitatis eſt, de confeſsis tanquam dubitatis, interrogationem ex du bitatione conſtitui: neq; hoc omnino ironia carebit: hoc modo: Num parum veſtris pauperibus auxiliari videor? & quæ ſequuntur. Et Thucydides, Num digni uobis videmur o' Lacedæmonii? Simile eſt etiam de confeſsis dubitare, quod expoſitiuæ orationis quo quo modo eſſe dicebamus. Vt illud, Si quis in his ob quę honorati eſtis uos lęderet, an non multo magis odio haberetis, q̃ ſeruaretis? Item dubitatio cũ epicriſi. i. ſimulatione: hoc modo: Ego quidẽ, ut puto, multimode Et hoc ironia quædã eſt de cõfeſſo dubitare. Item huic ſimile, eſt τὸ ἐπικρίνειν, ideſt, ſimulare, quod fieri aliquid oporteat, quod fieri nõ oportere vult innuere. Redditurus huiųs meę priuatę uitę hodie ratio

nem,ut conuenit, & quæ in rep. geſſi. Per hoc aute[illegible] epicriſi dubitatiua uſus eſt,cum dixit,ut cōnuenit, ut inuitus facere uideatur,& quaſi ab Aeſchine cogatur. Si autem ſenſus grauiter introducitur, ut tacere uolebat,ut Rhetor innueret quod à neceſſitate & inimico cogatur,ne mireris. Ferè enim nihil horum quæ Rhetoris ſunt,quod iam ſæpe dixi,grauitate caret. Sed in præſentia ſi atrox ſit,quod dictum eſt, uidere oportet. De qua quidem forma iandudum nobis dicendum eſt & de grauitate,ut ſæpe polliciti ſumus Etenim hęc poſt uniuerſas formas,de quibus antè dictum eſt,locū habent: poteſtate autem ante alias nobis conſtituēda fuit. Atrocitatis igitur hæ ſunt ſententiæ ac methodi. Quæ autem dictio & quid reliquorum quæ dictionē ſequuntur atrocitatis proprium ſit,id profecto nihil eſt. Quam ob rem manifeſtū ſit omnino, quod huic formę præ cæteris magis aptantur,quæ cunq; moralibus formis accommodari ſolent:ut puta, ſimplicitati, bonitati,expoſitiuæ demum animatæq; orationi.

De grauitate orationis.

GRauitas in oratione, ut mea fert opinio, nihil aliud eſt,quàm rectus omnium ſuperiorum formarum orationis uſus,& iiſdem contrariorum: & præterea eorum ex quibus corpus orationis fieri conuenit. Hoc enim ut res ac tempus poſtulat,& hoc ſic uel illo modo poſſe uti, omnibus etiam orationis formis, ac omni antitheſi,fide,ſententiiſq; inſtituentibus, confirmantibus,repellentibus: ac demum,ut uno uerbo dicam,omnibus quę ad conficiendum orationis corpus accommodata ſint, ut oportet in tempore uti poſſe, hęc deniq; uera mihi grauitas eſſe uidetur. Sicut enim grauiter rebus uti dicitur, qui,ut opus eſt, perinde ac ſylua ipſius artis exiſtente, contingentibus rebus utitur: & grauis dux qui rebus quæ ſub ductu ſunt,prout

oportet,

portet, vti non ignorat, ſylua enim hæc quodammodo ducis ſunt: ſic orator, grauis eſt, qui his rhetoricæ artis reb⁹ ac ſyluis vti optime calleat, quas ſupradicta orationis genera ac reliqua generant. His autem ſingulis ſi quis vti optime ſciuerit, & quãdo oportet, & quãdo non oportet dicere: & vbi, & quouſq; & in quantũ, & quomodo & propter quid, & non ſolũ ſi oportet, ſed ſi poſsit: hic vbiq; grauiſsimus rhetor eſſet, ac ſolus cæteros, ſicut Demoſthenes ipſe, ſuperaret. Grauem quiſpiam dicet poetam, queadmodum Theocritus inter gratias ſacium Simonidem, qui grauem poetam Ceium varieq; canentem ad barbiton polychordon inquit: ac nihil aliud quàm hoc dixit, quod propriis poeticæ artis generibus, & ſciat & poſsit optime vti. Non enim grauem poetam Simonidem dixit, ea qua multi ratione, grauem Rhetorem appellaiunt, quod altis & circunductis ſententiis, methodis, dictionibusq; magnitudinem parientibus vtatur. Si quis vero nobis de nomine differat, grauem eſſe rhetorem dicens, horrendum, aut magnum, aut potentẽ, aut alia huiuſmodi (in his enim nouimus antiquos grauitatis nomẽ poſuiſſe. In terribili quidem, Venerabilis mihi eris dilecte ſocer & grauis: grauis pro terribili. In magno & potenti, Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεοῖς εἰς ἄπα ἔοικε) addat & ea quæ de Vlyſſe dicta ſunt. Cum Homerus Vlyſſem grauem rhetorẽ inducere vellet, terribilem ac magnum in dicendo fecit, Ac hunc, inquit, aiunt torrenti ſimilia verba loqui. Si quis igitur hæc dicens nobis, de nomine grauitatis dubitant, primum quidẽ ignorat, quod poeta grauem rhetorem, ut ego, oſtendat. eo quod, ut oportet ac tempus poſtulat, magnitudine, aſperitate, vehementia vſus eſt Vlyſſes, nimirum in oratione contra Alexandrũ & contra Troianos epiphora indigente. Præterea, quid de ve-

nerabili concionantis magnitudine dixit? & quod huius formam deus verbis coronauit? Si enim nulliu s grauitatis hoc eſſe dicet, ſed alicuius diuerſæ formæ, quid de Vlyſſe inter Phæacas dicet, & de his quæ illic concionando dicebat? Hic enim ipſe idē eſt, & illic & hic: ſed non eadē oratione vtitur. Grauis enim cum eſſet re uera, etiam formis orationis quantū opus erat, ac tempus poſtulabat, vti poterat. Si enim violentiæ, rapinæ, adulterii, iniuriarum, impietatis accuſet quæ in Iouem hoſpitalitatem admittitur, ex aliis quæ in Alexandrum Troianosq; dicuntur, decenter vocē è pectore magnam emittet, & uerba torrentibus ſimilia proferet, & in vniuerſum magnus eſt in dicendo, vehemens, & concitatus. Cū vero maledicere, & molles homines perfundere uoluerit propter aliquā in ſe ipſum humanitatem, non etiā hoc modo: Ἀλλ' οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι, ἢ ὅταν ἀφροσύνην μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα: & quæ ſequuntur, ideſt, Sed nondū finem gratiſsimū eſſe aſſero, cum lætitia apud populum cuncta occupauit. Quod ſi perſonis quod oportet rhetor tribuerit, aliā ex manſuetis verbis perſonam mitem efficiet, aliam aſperis exaſperabit. Quid igitur dicet, qui à nobis de nomine grauitatis diſſentire videtur? an'ne dicet quod ipſe nunc grauis, nunc non grauis erit? At ego & hic & illic eundem eſſe dico, & eadem grauitate & arte vti, quicunq; orationis generibus ſciet ac vti poterit. Sed quid aliis exemplis opus eſt, quando ipſum ab eodem Rhetore videre licebat? quippe qui & grauis eſt, & vna vbique ſcientia ac poteſtate vſus eſt. Et quantum res ipſa poſtulauit, quaq; forma vſus, negotiis, temporibus, & perſonis, quod dicens eſt tribuit. Alius nanq; in priuatis, alius in publicis: atque in his ipſis rurſum aliter in Philippicis, aliter in deliberationis orationibus, ubique ta-

...en grauis. Quod ſi nunc videtur grauis eſſe, nunc vero non, id ipſum tamen valde graue eſt. Quinetiã & tanquam veræ grauitatis eſt, cum oportet quidque horum faciendi habere poteſtatem. Sed iam de his ipſis dicendum. Quædam igitur oratio grauis eſt & videtur eſſe, quam ſolam multi, & hi nobiſcum de *nomine* grauitatis diſputantes, grauem eſſe dicunt: quod ex ſequentibus patebit. Alia autem oratio eſt, & eſſe non videtur: alia nõ eſt grauis & uidetur eſſe. Quod ſi ultimum quoddam genus ſuperſit eius, quæ neque ſit, neque talis eſſe videatur, de hoc dicere eſt omnino ſuperfluum. Quæ autem uidetur eſſe grauis & eſt, ſecundum ſententiem fit, ac reliqua omnia, per quæ reliquæ orationis formæ fiunt. Quæ uero grauis eſt & non apparet, ut plurimum ſe habet circa methodum. Quæ autem uidetur eſſe grauis & non eſt, circa dictionem plurimum verſatur. Eius itaque quæ grauis eſt & eſſe videtur, omnes Philippicæ exempla eſſe poſſunt, & ex publicis multæ. Etenim vult uideri grauis, & aperte Peric'em imitari fatetur, grauiſsimum in dicendo ſemper habitum: & non ſolum videtur eſſe talis, ſed eſt. Quare hic Rhetor, ut in cæteris, grauis eſt orationibus, ut res ac tempus poſtulat. Videt in primis qua ſibi oratione vtendum eſt: aperta hic utitur grauitate, quoniã id ita poſtulat oratio. Sed de his nunc dici, tempus minime patitur. Sed illuc redeundũ. Eſt autem re uera grauis, hic & grauis apparet ea dicendo quæ oẽs ſentiant, & quę nõ apud multos dicta ſint, neq; ſententiis neq; reliquis. Grauitatis nanque ſententiæ præclaræ ſunt & eximiæ: præterea altæ & uiolentæ & omnino excogitatæ ac circunductæ: hoc modo: Οὐ μὴν ἀλλ' ὦ ἀθηναῖοι ἐπιδηκὸς τοῦθ' ὁ δυσμαχώτατόν ἐστι τῶν φιλίππου πραγμάτων, καὶ βέλτιστον ὑμῖν. Et rurſus, ὃ γάρ ἐστι χείριστον ἐκ τοῦ παρεληλυθότος χρόνου

τοῦτο πρὸς τὰ μέλλοντα βέλτιστον ὑπάρχει. Item in oratione de male geſta legatione violentum eſt. Vt illud, Ego in legatione tibi collegā fuiſſe non aſſero: ſed te multa ac grauia in legatione perpetraſſe, me vero contrà optima quæq;. Itē illud in oratione pro corona circunducte dictum, Οἷς γὰρ οὐκ ἐγράψατο προβουλεύματος, τούτοις ἃ διώκει συκοφαντῶν φανήσεται: & quę ſequuntur: ut illud, Οὐκοῦν ἃ μὲν ἐπέδωκα ταῦτά ἐστιν, ὧν οὐδὲν σὺ γέγραψαι, ἃ δέ φησιν ἡ βουλὴ δεῖν αὐτῷ τοῦτον μὴ γενέσθαι ταῦτ' ἔσθ' ἃ διώκεις Item enthimema quod ſequitur, tale etiā eſt. Accepiſſe igitur ea quæ data ſunt quod fatearis, legitimum eſt, ſed de his gratiā agere contra legem eſt? Omnino circunducta vbiq; oratione hic vſus eſt. Poſt quàm non accuſauero, inquit, tu relaturum fateris, & aliquid ſupra ipſum anticipaſſe, legitimū eſt. Si enim illud non legitimum eſt, neq; hoc. Sed ſententia eadē eſt, non tamē methodus, neq; enunciatio videtur eſſe grauis, tametſi vtraq; eſt eadem. Vera igitur magis, & moralis, & cū decore ac vehementia apparet. Manifeſtum autem hoc etiā ex his quæ deinceps dicta ſunt, quod iſta ſic inducta ut opus eſt, vehementia ſunt & moralia. Quare hæ ſententiæ orationis quę vera grauis eſt, & quæ grauis eſſe videtur non ſunt eædem. Et etiam pręter has, quæ magnitudinem faciunt ferè omnes, ut uigor, venuſtas, & reliquæ. Adhibendæ ſunt methodi quoq; illæ quæ ſupradictis ſententiis ſunt accōmodatæ, ut circunductis, & excogitatis, & altis ac profundis: item omnes formæ quæ magnitudinē pariant. Quare multi putant has duntaxat eſſe grauitatem. Item harum formarum dictio, exiſtenti & apparenti grauitati conquadrat. Quinetiam venuſtæ, aſperæ, vehementes, & in vniuerſum tranſlatę re vera graues ſunt per energiam; quando negotium aliquod per energiam ſignificant, cum opus eſt aſſumptæ, ac

propter id ipſum tales apparent. Schemata, com/
poſitio, ac reliqua quæ ſequuntur omnia, non quæ/
cunque omnium erant formarum magnitudinem fa
cientium, eadem ſunt & grauitatis: ſed quęcunque
venuſtatis, vigoris, ſplendoris, comprehenſioniſq;
erant. Maxime autem huic formæ proprium, *ſyſtro/
phes* ſchema. Magna nanq; potentia & natura vti/
tur, ac vti videtur: Vt illud: Ὁ γὰρ μεσήνην Λακεδαι/
μονίοις ἀφιέναι κελεύων, πῶς ὀρχομενὸν καὶ κορώνειαν τότε
Θηβαίοις παραδοὺς, τὰ δίκαια νομίζειν ταῦτ᾽ εἶναι πεποιηκέ
ναι σκήψαιτο. Et rurſus: Ὁ γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην, ταῦ/
τα πράττων καὶ κατασκευαζόμενος: & quæ ſequuntur.
Item illud, Εἰ γὰρ ὅθ᾽ ἥκομεν ἀβοηθεῖ βεβοηθηκότες: &
quæ ſequuntur. Oratio igitur quæ eſt & videtur eſſe
grauis, ſic fit. Orationis vero quæ non videtur eſſe
grauis & eſt, exempla ferè omnes priuatæ Demoſthe
nis orationes ſuggerere poſſunt: item nonnullæ pu/
blicarum. Quin etiam & quæ Lyſiæ ſunt ferè omnes.
Nullo igitur modo per ſententias fiunt, ſed, ut dixi,
per methodū. Maiorem enim uim habet huiuſmodi
grauitas, quod quidem exemplis manifeſtum eſt. Hoc
enim valde ſententiis moralibus & diſſolutis, ac di/
ctione, & his quæ dictionem conſequuntur, vt ſche/
matibus, membris, compoſitionibus, definentiis, nu/
meris, moraliter, ſimpliciter, diſſolute qui dicere vide/
tur, ſuffodit aliquo modo & approbat, quæ quis ma/
gis voluerit: aut ſi non diſſolute & ſimpliciter dicere
videatur, atq; id in proœmiis, confirmatione, ac cæte
ris omnbus facere, ualde, ut puto, grauis oratio, quæ
talis tamen eſſe non videatur. Item hoc grauis eſt ora
tionis, videri ſimplicem quandam aſſumere oratio/
nem, & ipſam aliquo modo videri eſſe talem. Contra
rium præſtant quę ſunt, & circa orationem operantur.
Non enim interuallum, neq; axioma vllum, talis ora/

tio habere poteſt, nec omni ex parte eſſe grauis. Si autem per totum hoc aliquis ad hunc modum affecerit, viribus profunditate, ac magnitudine aliqua ex ſimilibus quibus rhetor vtetur ſæpe indiget: & hic & in priuatis orationibus dico. Lyſias vero, & qui poſt Lyſiam, minus. Vt tuto quis oſtendat, quod poſtquàm de his dicere opus eſt, quod uel parum, uel nõ omnino talibus illi uſi eſſe uidentur. Iſta enim duo grauitatis genera. Apparet etiam oratio grauis, quæ non talis exiſtit: quam tertiam grauitatis ſpeciem eſſe dicebam, quæ ſophiſticarum eſt, & eorum dico qui circa Polum & Gorgiam, Menonem, & eorum quorum apud nos copia non mediocris. Non omnium tamen eſſe dico Circa dictionem igitur plurimũ uerſatur, quando quis aſperas, uenuſtas, uehementesq; dictiones inſerat, quibus leues & communes ſententias enuntiet. Et præſertim, ſi ſchematibus membris, & aliis omnibus vel aliquibus, fucatis, intentibus, & uenuſtis vtatur: & ante redditionem, increpationem ac uehementiam, cum nulla res poſtulat, inferat: quemadmodum Ariſtogiton facere ſolebat, quę quidem omnia apparentem & non exiſtentem faciunt grauitatem. Subuacuũ enim & frigidum magis tale, cũ quis uel methodos uſurpet, quę magnitudinẽ habeant: ut uenuſtas, uehementes, aſperas, ſplendidas, intentas, & quæ orationem circumueniant, ac non tempore hoc faciat, neque ubi oportet, uidetur ne iſte grauis? Non quidem ſic uere talis erit. Dictione igitur vti magna quandoque, & in parua aliqua ſuppliciq; ſententia, non ſolum dictioni vtile eſt, ſed confert ſequentibus dictionem. Cũ autem Iſocrates dixerit, Rhetoris eſſe parua ſublimiter dicere, & ſublimia parue & humiliter, non quidem ſimpliciter eſt utile, quemadmodum ferè nullum aliud genus orationis, ſed interdum in

...mpore cum oportet aſſumatur. Summæ igitur exactæq; doctrinę eſſe arbitror, in tempore hoc ſcire & poſſe uti. Quamobrem grauitas eſt, ut à principio dicebam, omnibus orationis generibus, omnibusq; ſententiis ſcire uti et quando oportet, et ubi opus eſt, et quouſq; et quo modo, et in quibus: et non ſolum ſcire, ſed utendi habere poteſtatem. Hoc autem proprii tractatus eſt, qui ſequitur orationem de formis, quemadmodum tractatus formarum ſequitur orationē de inuētione, ſeorſum ordinata, et per ſe. Gratū eſt enim, ſi nihil præter rem. Qui autem alterius tractatus hoc fecerit, neque in additamento partes reddit, ut nunc fit, proprium uero ſtudium quod conuenit, in hoc impendit, non omnino falletur in tractatu de eadē ipſa. Poſtquàm quæcunque de formis ſcribentes, orationem hanc ipſam in aliquibus ipſarum promiſimus in hoc loco de grauitate eſſe dicturos, huius eſt negotii. Et quantum hoc, et quale negotium eſt, qui expertus eſt, cognoſcet. Non enim ferè humanæ potentię eſt, ſed diuinę potius hæc arti ſubiicere: ut tempus, perſonas, locos, cauſas, modos, et alia quæcunque talia. Ac de quaque cauſa oſtendere, ac de omnibus quæ in his generibus ac modis, item de omnibus ſententiis ſecundum partes, ſiue conſtitutiuæ, ſiue ſuaſiuæ, ſiue confirmatiuæ, ſiue oppoſitionum confutatiuæ, ſiue concluſiuę: præterea de omnibus orationis formis, quale genus uniuerſum eſſe conuenit ſecundū hanc quęſtionem, de omnibus ac contra perſonam dicentibus ſecundum hoc tempus: item quales ſigillatim ſententię, et quædā dicere inuentorum, quędā uero indicta relinquere (aliter enim ſic fortaſſe accidet, et contrarium erit) quę in dicendis rebus optima ordinatio (rurſus enim hoc ī aliis, et alio tempore fortaſſis aliud erit) et quomodo hoc, quomodo uero illud in-

ducendum:& quibus abundare ſententiis, & quomodo ſit melius: quibus permutare celeritatem, ac minima ex parte eorundem recordari, hęc profecto omnia & ſimilia arte complecti ac hęc eadem non admodū longis orationibus, diuinum quiddam eſt, nec humanæ id facultatis eſſe puto. Verum enimuero quantum hominis natura his ſufficere poteſt, nobis etiam ſubueniſſe puto, cum in hac grauitatis methodo cuncta hæc comprehenderimus: abunde quoq; rurſus, & poſt iſta. Primum autem de politica oratione dicere neceſſe eſt, & ſingulatim de his qui in dicendo excelluerunt, non de omnibus quidem, ſed de potioribus: ex quibus non difficile his erit, qui ſupra dicta omnia genitiuaſq; orationis formas acceperint, quæuis alia, ſiue noua, ſiue aliqua ſint genera, noſcere. Sed nunc de politica oratione dicendum.

De politica oratione.

ORatio quæ politica appellatur, ex omnibus ſupra dictis iam formis conſtat: non ſimpliciter quidem ſed inuicem, ut dicebam, aliquo modo cōmiſtis. Qui uero optima miſtura utetur, optimam ex policitis efficiet orationem. Qui autem poſt illam ſecundo factam, optimam quoq; conficiet. Qui poſt iſtam tertio loco factam, aperte ex politicis eandem præſtabit orationē. Ac de aliis idem dicatur. Quæcunq; enim formarum miſtio optima, confeſtim potentisſima ciuilis oratio reſultabit. Et quoniam in hoc Demoſthenica obtinet principatum, quod nemo eſt qui dubitet, non ſimpliciter nobis de Demoſthene nunc dicendum eſt, ſed de pulcherrima politicarum dicendum, ne ex hoc, & de aliis in politica oratione approbatis nobis ſit ſignare difficile. Euenit autem neceſſario de hoc differentibus, ut & de Demoſthene dicere uideantur: quando quidem conuertitur. Politicarum enim optima oratio,

eſt Demoſthenica,& quę Demoſthenica oratio,politicarum optima eſt. Dico igitur in hoc dicendi genere, id abundare ſemper oportere,quod claritatem pariat,& quod moralitatē & ueritatem, ac poſt hæc celeritatem. Rurſus & ex ſpeciebus quæ magnitudinem faciunt,cōprehenſionem per oīa abundare oportet, ac non minus quæ puritatem & elegantiā faciunt. Cæterum aſperitatem ac vehementiam, ſupradictis aliquo modo æquari,iuxta ſecundum & tertium modum. Vigor vero & venuſtas ac etiam ſplendor adeſſe debet, nec tamen ſic,neq; adeo ut in prædictis ſpeciebus,ſed aliquanto minus: vbi in politica oratione venuſtatem icidere oportet,& à magnitudine deducere. Vt illud, Omnis hominum uita,ſiue magnā ciuitatem, ſiue paruam habitant,natura & legibus diſpenſatur. Interpoſitum enim hoc eſt,ſiue magnā, ſiue paruam ciuitatem habitant: & incidendo orationē,à magnitudine ſubtraxit,minusq; venuſtā videri fecit. Idipſum quoque ſplendor patitur. Vt illud Demoſthenis,Circa Thebas natum eſt rerum initiū:& conſtitutio prima. Deinde priuſquàm induceret,quod valde ſibi ſplendidam ac ſophiſticā faceret orationem,hoc videlicet,Decretum iſtud imminens tunc ciuitati periculū, tanquā nebulam pepulit. Incidit,fecitq; vt minus ſplendida oratio videretur, Interpoſuit enim hoc: Τὰ πρὸ τούτων εἰς ἔχθραν καὶ μίσος καὶ ἀπιστίαν τῶν πόλεων ὑπηγμένων ἀπὸ τούτων. Magnitudinis aūt tantum,ac eo modo adeſſe debet orationi optimæ ex politicis: grauitatis vero eius,quę & eſt & apparet,q̄ minimum: eius vero grauitatis quę in methodo ſita eſt,quàm plurimū. De hac enim dixi me tractaturum. De grauitate vero ſolū apparente,& quæ non eſſet,nihil me dicturum promiſi, niſi quis ſplendida ac uigentia in hoc referat. Ex his autem quantum politicæ orationi adeſſe opus eſt,ſu-

prà dictum eſt. Pulchritudinē autem, quam diximus eſſe tanquam quiddam cæſiuum, in vniuerſum quidem debet habere politica oratio minus uero apparentem: quale eſt apud Demoſthenem, vt oſtendimus in tractatu de pulchritudine. Illic enim tenuitate opus eſt, & iis quæ orationis ſunt: hic etiam abundare decet numeris, compoſitione deſinentiaq; pulchritudinis. Nam dictionis cura, frequentibus ſententiis neceſſaria eſt. Nam puritas ipſa compoſitionis & deſinentiæ, talium ſententiarum aut etiam quæſtionum, auſteritatem adimit. Quin & gratiam quandam ex ſeipſa apponit, & ſuſcitat auditorem, neque frequentia continuationemq; ſententiarum grauari permittit. Talia enim in his quæ orationis ſunt verſantur, & orationis potentia indigent. Quandoquidem vis orationis eſt, multas moleſtas, difficiles, obliquasq; ſententias, aut vtrunque breuibus ac minimis aperte dicere, ne in aliquod vitium incidat orationis, vt in ſimplicitatem aut in aſperitatem. Idcirco aliqua pulchritudine atrocitati opus eſt, quod quidem diligentia facit. Ad hæc quod accuratum eſt, aliquo modo aduerſatur ſimplici. Adeo ut etiamſi propter ſententiarum tenuitatem conueniant (quod ſanè ſæpe fieri ſolet in talibus) oratio tamen in aridam ſimplicitatem deferatur. Eam igitur pulchritudinis ſchematibus, numeris, cōpoſitione, deſinentiaq; diriges. Sed de hoc diligenter à nobis in methodo grauitatis dictū eſt, & quādo & quomodo his formis abundare oportet. Nunc aūt ſimpliciter, & in genere de politica & Demoſthenica oratione dicimus, & non de aliqua Demoſthenica aut politica. Nam differt, aliquid vniueſaliter, aut particulariter dicere. Quandoquidem priuatæ Rhetoris orationes, & populares etiam ſunt: ac rurſus ex publicis popularibusq; hæ pro Leptine, hæ vero contra

Aeſchinem Demoſthenicę ſunt omnes: differunt autem inter ſe admodum hoc, quod non eadem forma abundant. Etſi enim quibuſdā ſæpe formis, ut aſperitate, aut æquabilitate, aut in vniuerſum more, aut aliqua ex reliquis, propter aliquas cauſas ut plurimum vti oportet, tamen Demoſthenica oratio ſimpliciter illo modo politicarum pulcherrima eſt, propter eam quam diximus miſtionem & temperaturā: abundante ibi per ſe ea forma, quæ claritatem facit: morali ſcilicet, vera: ac poſt eas velocitate, & comprehenſione his ſimili: aſperitate & uehementia non ſimili comprehenſioni, iuxta ſecundam & tertiam rationem. Venuſtate vero, ſplendore, vigore, etiā inferior ſecundum illas. Grauitate uero quæ in methodo eſt, maxime: alia autē minime, aut quàm minimū. Superabundante etiam pulchritudine cæſiua primis, & maxime cum aliquid grauiter enunciari oportet, quæ quidem occultā & non apparentem habeat exercitationem. Ex his enim omnibus ita inter ſeſe miſtis, pulcherrima, & politica, & Demoſthenica fit oratio. Huius vero orationis politicæ, & aliqua eſt deliberatiua, aliqua iudicialis, aliqua demonſtratiua. Deliberatiua quidē, manifeſtum eſt quod in his quæ magnitudinem faciunt formis, magis abundat, cum grauitate quæ ſit, & eſſe videatur. Nanque deliberatiuam orationē talem videri oportet, cum in conſultatione & opinione verſetur, ac ſimul cætera alia habere, quæ pulcherrimam orationem habere oportere dicebamus. De more uero parū participet, præter q̄ in atrocitate, & uehementia ironię. Si quę deliberatiuæ orationes, ut illæ Rhetoris, quę natura Συμβολατικοὶ inſcribuntur, multū moralitatis habent & æqualitatis: nō oportet mirari quod dicimus. Nunc enim non de orationibus ſigillatim determinamus, quod ſæpe teſtati ſumus, ſed de diffe-

tentia formarum in vniuerſum in deliberatiua oratio-ne, qualis eſt quæ in Philippicis. Itaq; ſi qua priuata perſona vel aliqua huiuſcemodi, à domeſtica in aliquid moralius deliberatiuam orationem te transferre cogat, vt in illa ὑπὲρ μεγαλοπολιτῶν, vel aliter, nihil tale impedimento eſſe putemus ad hoc quod oporteat talem eſſe optima deliberatiuarum, qualem deſcribimus, axiomaticam, inquã, eſſe debere, & his quæ diximus abundare. Illa enim nondũ optima eſſet deliberatiuarum, quæ inſcitæ humilitatis uſu impediatur. Quod ſiquis Philippicas dicat, propter Philippi perſonã quæ elationem & vehementiã admittit, magnitudinem capere, intelligat ſine illo Philippo quantam aſperitatẽ, & alioqui vigorẽ habeant, hæ contra Athenienſes orationes, libertatem præterea & magnitudinem. Ad quæ cõprehendenda neceſſario etiã Philippi perſona indulget aliquid, non quidem tantũ, quantum ipſa deliberationis proprietas. De perſonis autem & temporibus, in methodo grauitatis diligentiſsime demonſtratum eſt. Proinde pulcherrima deliberatiuarum oratio, quemadmodũ dicebamus, talis eſt. Iudicialium pulcherrima è contrario ſe huic habere videtur, niſi de publicis magniſq; rebus ſit, ac ferè deliberationis: ut in Ariſtocratem oratio, & pro corona, & quæcunq; huiuſcemodi. Hæ nanq; deliberatiua ſimiliter forma ſignantur. Fortaſſe has non eſſe iudiciales natura, putabit aliquis. Hæc quidem non talis eſt, ſed ob hoc ipſum iudicialis, ut dixi, è contrario ſe habet ei de qua ſuprà dictũ eſt. Moris enim, & eius quæ ſecundum æquabilitatem & ſimplicitatem eſt, oportet eſſe participem: atrocitatis autem vel aliarum huiuſcemodi, minime: aut certè quàm minimum. Magnitudinem vero quæ ſecundũ περιβολὴν, ideſt, comprehenſionẽ, à ſententiis recipit (non enim à dictionibus

recipit, neque ab his quæ circa dictionem vel metho dum ſententiæ, præter quàm puſillum) magnitudinē autem reliquarum formarum, non amplius quàm ve- hementiam quandoq; ſententiæ, interdum etiam di- ctionis, cum ſchematibus quæ in dictione verſantur: cęteris autem partibus politicæ orationis vtetur, quem admodum deliberatiua. Tales ſunt Demoſthenicæ iudiciales, hoc eſt, priuatiuæ orationis. Laudatiuarum oratio pulcherrima in pedeſtri oratione, non ut in quę ſtionibus ciuilibus. Verum eam ipſam laudatiuã for- taſſe appellare poſsit aliquis non politicam. Hęc vtiq; Platonica eſſe poſsit, quemadmodum rurſus, quod in politicis orationibus de pulchritudine differentes, di cebamus eam ipſam Demoſthenicæ ineſſe, & eandē eſſe demonſtrabamus, ſic & nunc de pulcherrima lau datiuarũ aliquid oſtenſuri, hanc totam Platonicæ in- eſſe affirmamus. Etenim hic pari modo quēadmodũ & illic conuertitur. Pulcherrima laudatiuarũ oratio- num eſt Platonica, Platonica rurſus oratio laudatiua- rum eſt pulcherrima, maxime in dictione, de qua qui dem nunc dicendũ. De polica nanque laudatiua, de qua poſt deliberatiuã & iudicialem dicet aliquis diffe rere conueniret, paulo poſt dicemus. Quare laudatiua pulcherrima, & ut paulo ſuprà dicebamus, Platonica, ex omnibus formis quę magnitudinē faciunt, præter aſperitatem & vehementiã, conſtare videtur: per quas & ſimplicitas diſcurrere debet, quæ illis minor non ſit propter quantitatē, niſi vbi pure oportet in venuſtatē orationem extollere. Suauitas vero ſicubi agitanda, hic quàm maximè tēpus habet: item diligentia quæ delitioſam facit orationē. Grauitas etiã methodi, quæ minimũ apparet omnino laudatiuę ſubiicitur. Alia au tē nullo modo, niſi idipſum velit perſona aliqua oſten dere, quod apud ſe orationem faciat laudatiuã. Quem

admodum apud Platonē Socratis effingitur, dū Phædro orationis grauitatem oſtendere contendit, ut ſuā cum ea quę Lyſiæ cōferat orationem. Iam autē & in aliis ad alios, per imitationem laudatiuæ orationis facere videtur. In laudatione quoq; oratio minime velox eſſe debet: quandoquidem vniuerſa ferè videtur eſſe narratio. In cæteris uero aliis, formis ac partibus orationis politicę ſimliter laudatiua vtitur oratio, quēadmodum & delrberatiua & iudicialis. In mutuis uero laudatiuis, quod quidem apud Platonem frequentiſsimū eſt, tum aſperitates ac uehementiæ occaſionē habent non paruam: quemādmodū & omnes formæ grauitatis. Ac harum in Gorgia Poli, quędā ſunt apparentis, & non exiſtentis grauitatis. Item non ſolum has formas, ſed cęteras omnes, mutuę illę continent laudatiuę, per imitatiuū & dramaticum. Atq; ita ut aliquo modo à ſe inuicē ſeparentur, neq; miſta ſint: ſed ſeorſim inueniri poſsit ſimplicitas, ſeorſim venuſtas, ſeorſim denique quævis aliarum. Eſt etiā cuius expedita & ſimplex ſpecies eſt orationis. Nam imitationes perſonarū, huic locum iam dederunt, ut in logographia talis debet eſſe ſpecies laudatiua: ut in quæſtionibus ciuilibus, vbi politicę laudationis ſpecie opus eſt, de qua paulo prius dicere promiſerā. Sunt enim politicę quædā cauſæ & laudatiuæ, quemadmodū ſi de expeditione in Medos Athenienſes & Lacedęmonii cōſultarent, uel quęcunq; huiuſcemodi, quēadmodū in his cauſis non eodem modo eſt laudatiua, ſed magis politica ſit, aut etiā ferè. Per quę enim deliberatiua ſit, magis hic q̄ illic, ſplendor & uenuſtas abundare debent. Sed redeundū eſt rurſus, vnde diuertimus. Politica nanq; laudatiua talis. Laudatiuæ aūt in logographia Platonica quidē pulcherrima eſt, ac hoc exēplar optimum eſſe dicimus nos, his qui uolent & poterunt

laudatiuam orationē exercere: quemadmodū in poeſi. Laudatiua enim res quædā eſt utiq; poeſis uniuerſa, & omnium orationum quàm maxime laudatiua. Poſtquàm in ipſa optima forma per ſe (hoc enim nobis hic ſignandum eſt primum, quemadmodum reliquas primarias ſpecies omnes ſignauimus, deſignantes à pulcherrimis quæ ſimiles non eſſent) eſt diſpoſitio. Sed multa alia adeſſe oportet oībus quæ de laudatiua oratione ſuprà dicta ſunt, quę quidē ſeorſim aliquis poeticę artis eſſe diceret, de quibus dicendū eſt. Neceſſe eſt rurſus idem dicere, ac analogiam ſeruare hic his quę præceſſerūt, iuxta geometras. Quod enim in politica & deliberatiua iudicialiq; oratione Demoſthenes nobis erat, at Plato in pedeſtri oratione laudatiua, hoc idem Homerus nobis eſſe poterit in poeſi. Quā ſane, qui in carmine laudatiuam orationem eſſe dixerit, haud ſcio ſi peccaret. Poſtquā hic pari quoq; modo res conuertitur, quemadmodū & illic in utroq; eorū conuertebatur. Optima poeſeon Homeri poeſis, ac Homerus poetarum optimus. Dicerem & oratorum & hiſtoricorum, dico autem id ipſum æqualiter. Cum enim poeſis omniū ſit imitatio, hic uero optima quęq; imitatus, cū confirmatione earum rerum quę circa dictionem, tum rhetores quoq; concionantes, tum citharœdos laudantes, ut fuit Phenius & Demodocus, alia præterea, perſonas, & res oēs, poeta optimus dicendus, Poſtquàm igitur iſta ita ſe habent, cū hunc poetarum dicebā eſſe optimum, oratorum quoq; & hiſtoricorum optimum profectò eſſe dicebam. Ducum autē uel architectorū aut taliū huiuſmodi fortaſſe nō optimus. Quanquā et talia optime imitatus. Sed neq; in illis oratio, neq; ars in oratione. Quibus enim eſt ī oratione opus, ut rhetoribus et hiſtoricis, hic hos optime imitans ac dicens, quemadmodū illorū optimus dice-

ret,omnino eſſet & hic illorum optimus. Optimus igitur in omnĩ dicendi genere Homerus, & poetarũ, & oratorum, & hiſtoricoꝝ. Magnitudinem enim, voluptatem, diligentiã, uenuſtatem, & quod maximũ eſt, poeſeos, viuã accõmodatamq́; ſubiectis perſonis imitationem, & in his quę ad dictionem pertinent, & inductionem perſonarũ: item fabularum deſcriptionē, uarias metrorũ differentias pręſtitit. Ex quibus varia quoq; carmina fieri contingit, & illa quæ oportet ſecundum orationem, mutari hoc & illo modo, & quod natura omniũ eſt optimum carmen eligere penitus uarium, & ex omnibus vnum, hic in primis præ cæteris poetis melius feciſſe viſus eſt. Sufficiunt itaq; hęc, & ad optimã poeſim, & ad Homerum ipſum iudicandum. Vt aũt perfectius dicatur, vnde à principio diuertimus, redeamus. Quare, ut in poeſi, optima oratio laudatiua ſit, per ea quę antè dicta ſunt de laudatiua oratione, & per omnia ſimiliter, ac etiã per ea quę poeſeos propria ſunt præter ſupradicta, quibus iudicialis & deliberatiua minimũ vtitur, aut quàm rariſsime: ac ne omnibus quidem, ſed quibuſdã. Laudatiua uero in proſa oratione omnibus ferè utitur, uerum cũ aliqua uoluptate, & non ſimpliciter. Proprium autem poeſis eſt, pręter aliam orationem, ut ubiq; metra conſentiãt, ac ab ipſius tenui auditu iudicentur. Maxime uero poeſeos propria ſunt, omnes fictę fabuloſæq́; ſententię, ut de Saturno & Titannibus: item de Gigantibus, & ipſo Ioue, deq́; aliis Diis ſub humanis affectibus dicta, perinde atque ſi facta fuiſſent: item quęcunq; ipſi inter ſe, & quę erga homines fecerunt & faciunt. Præterea ipſorum amores, bella, amicitię, partus, educationes, & quęcunque ſimilia. Ad hęc quęcunq; de hominibus, uel aliis quibuſdam animalibus præter opinionem aiunt. Vt, Cadmus ex homine draco factus: &

Alcyon,

Alcyon, auis: & quæcunq; de Philomenis & hirundinibus dicunt. Hoc etiam eius eſt generis, ex uiro fœmellã fieri, ut Tireſias: contràq; ex fœmella uirum, ut Cæneum, Item allatos quoſdã dicere homines. Ac in vniuerſum, cõpoſita quędã animalia, aut à propria natiuáq; natura ad aliam tranſlata, ut pegaſi, gorgones, centauri & ſirenes, tritones, leſtrigones, & Cyclopes, & Perſeus, & quæcunq; huiuſmodi. Fabuloſa illa quidé & poetica, & quę humanam naturã ſuperent. Sub illis etiam quædã prodigioſe dicta & ficta, æquè, ac ſi geſta eſſent, fide profecto digna, ut quod Achilles tãtum ſaltabat, & quod Aiax uel Hector tam facilè ſaxũ contorſit, & quod tam magni erant: ac in vniuerſum talia poetica, ac dicere inanimata Diis miniſtraſſe cũ quodam ſenſu, Quale illud eſt, Sponte cœli portę aperiuntur. &, Sub illis terra Iouem produxit. In vniuerſum igitur impoſsibilia & incredibilia fingere. Hoc enim, Cete ex ſe nutriuit: & quæcunq; talia poetica, ſuauia ſunt: ut ĩ tractatu de ſuauitate à nobis dictũ eſt, minus uero habet figmenti. Niſi equos ipſos, uel alia quædã animalia humanas voces emittere, ut ualde fabuloſa & poetica quis eſſe dicat. Simplex etiã & poeticum eſt ſenſim delabi in ea quę particularia. Vt, Nidor fumo inuolutus ad cœlum aſcendit: Et quod aliquis quendam grauiter percutiens interfecit. Et quod cymbachus in puluere cecidit: Et quod anhelans. Et quæcunq; talia, in poeſi vtilia. In hiſtoria uero ſimplicitatem pariunt, niſi vbi quis omnino ſimpliciter hiſtoriam ſcribere mauult. Simpliciter igitur & ſuauia ſunt, quæ particularia. Quare præter alias laudatiuæ orationis ſententias, hæ ſunt propriæ poeſis ſententiæ, quamuis & illæ ſunt ei familiares. Methodus uero poeſeos, præter laudatiuę orationis methodos propria vna eſt, ne ſcilicet à ſeipſis dicere videantur, quę

cunq; dicunt:ſed muſas, vel Apollinē, uel alium quē dam Deum inuocent, cui propriā orationem aſcribât. Hoc vero deliberatiua iudicialiſq; oratio minime vti tur, laudatiua vero cum aliqua voluptate. Dictio quæ poetica eſt, oībus clara & aperta eſt. Pulcherrima enim poeticarum dictionum, dictio eſt Homeri. Purus enim adeo, vt ferè dixerim in poeſi ſolum, aut certe cū Heſiodo ſimul eſſe. Schemata poeſeos propria nō ſunt, quemadmodū ſententiæ, methodus, dictio propria erant, ſed ipſa ſimilia habet quę laudatiua oratio. Propter imitationem aūt omnes orationum formas requirit. Membra vero propria poeſeos, & cōpoſitiones, & numeri, & clauſulæ. Facilè quidem eſt dicere, & quod metra veritatē ipſam perſpiciunt, donec in ſeipſa poeſis nuda maneat: quando vero de Homero dicimus, adiicere neceſſe eſt, quod tale hoc carmen eſt, hoc vero non tale: quod hexametrum, dactylicum, catalecticum. Non aūt quod homerica hęc eſt clauſula, uel hic numerus, vel hæc cōpoſitio, ſed, quemadmum dicebamus, cum de ſchematibus ageremus imitationis, ſic conuenit etiam hic, hoc fieri. Nam quando uel affectū dicentis poeta accipit, vel alicuius perſonæ morē imitatur; vel ex ſe ipſe hanc uel illam rem enunciat, tunc in his ſecundum quaſq; orationis formas, clauſulas, baſes, compoſitiones, numeroſq; decenter fieri neceſſe eſt: ut venuſtos, aſperos vel ſimplices, uel pulchros uel diligentes, vel quaſcunq; formas numerorum ac orationum dicebamus. Quod quidem & propter multitudinem ſchematū hexametri, maxime conuenit: quandoquidem duo & triginta, vt me grammatici docuerunt, eius ſunt ſchemata. Deinde propter aliquā clauſulam, quod in his ſimilibus eſt maximū. Sæpe enim à familiari numero carmen deficit, vel per aliquas uerſus cæſuras, vel per deſinentias clauſulaſq; ſentētiarū

ſecundum membra. Vt illud: Αὐτὸς δ' ἐλώρια τεῦχε κύνεσιν, anapæſticum quoquo modo uidetur, ſi in ἡρώῳ deſinentia fiat. Quare, ſiue hic ipſi tali numero, ſiue alibi alio opus erat, facilè profectò intelliget, qui hæc de omnibus orationis formis dicta rectè conſiderarit: item ſi methodum grauitatis non ignorauerit, de qua poſt actionem hanc, nobis eſt rite dicendum. Nunc autem de his qui poſt iſtos tres viros prędictos, ſub vnoquoq; horum poſiti ſunt, ac tanquam ſecundas aut tertias partes ferentes: ſigillatim de vnoquoq; eorum in ſuo dicendi genere dicendum eſt. Ac in primis de politicis. Sed prius neceſſario dici breuiter opus eſt, quęnam ſimpliciter politica oratio, non Demoſthenica, uel alicuius alterius, ſed quæ ſimpliciter politica, & quæ ſimpliciter laudatiua: ſed non quę pulcherrima laudatiuarum, uel Platonica, vel Homerica: ſic de viris in vnoquoq; orationis genere præſtãtibus breuiter dicemus. De iudiciali nobis abunde dictum eſt, proinde prius de ſimpliciter politica, quemadmodum dicebamus, diſſerendum eſt.

De oratione ſimpliciter politica.

ORatio ſimpliciter politica, ut uno uerbo dicã, per formas fit, quę per orationem claritatẽ faciunt: & per morem qui humilitatem ſimplicitatemq́; parit: ac per formã deniq; quæ facit veritatem, quod veriſimilitudinis eſſe uidetur. Hæc aũt omnia tanquam vnum audire oportet. Ex horũ nanq; miſtione perinde atq; vnitate, ſimpliciter politica fit oratio, de qua quidem oẽs participant, quas politicas appellamus, pręterquã Iſocratis aliqua ex parte. Plurimum autem hoc Lyſiæ, Iſæo, Hyperidęq; adfuit. Quo fit ut facilè perſuadeãt, inter ſe vero differunt: quoniam Lyſiæ, poſt iſtos, quę diligentiæ ſunt, modicè inſunt: & quod ornatus nimis occulte: celeritatis vero, minimum: cõprehenſio-

nis vero quæ ſecundum ſententiam, modicum quiddam: eius aũt quæ ſecundum methodum & dictionẽ, vel eoꝶ quę eam ſequuntur, nullo modo: aliorum aũt quæ axiomaticam faciunt orationem, quiddam minimũ illi ineſt: grauitatis vero quæ ſecundũ methodũ, plurimum habet. Iſæo vero vltra illa quæ politicam ſimpliciter faciunt orationem, multũ celeritatis ineſt, vt Demoſthenicæ propius accedat. Diligentia & cultura abundantior, quàm apud Lyſiam. Comprehenſio ſimiliter, & cæterę magnitudinis ſpecies: & vero etiam vigoris emphaſis, adeo ut his non parum à Demoſthenica relinquatur, multo autem ſuperet Lyſiã. Eius autem grauitatis quæ ſecundum methodum eſt, multum huic ineſt: ſed Lyſias grauior. Hyperides diligentiæ minimũ habet, ex quo inferior quoquo modo videri poteſt. Verum magnitudo valde intumeſcens eſt, aſpera quidem illa neq; temperata, adeo vt non admodũ bene puritate & moralitate temperata ſit atq; cõmiſta. Motus autem celeritasq́; ſchematum, apud eum omnino pauca Grauitas autem quæ ſecundum methodum, & huic ineſt, & cæteris oratoribus: minus autẽ quàm Lyſię & Iſæo, atq; Demoſtheni horum pręſtantiſsimo. Apud hyperidem illam quis grauitatem inueniat, quæ et eſt, & eſſe videtur: non autẽ eam quę ſecundũ methodum ſola eſt Raro id quidẽ, quando apud Demoſthenem rarum eſt. Proprium autem Hyperidæ eſt, nullas euitare dictiones, iisq́; negligenter et inaccurate vti: ut cum diceret μονώπεπτος, et γκλεάγρας, & ἐκκοκύζειν, & ἐσκλοκόπηται, & ἐπίβολος, ac demum quæcunq; ſimilia. Sed hi inter ſe hac ratione differunt. Diceremus de reliquis, quàm quiſq; ipſorũ, cum idem ſit cum aliis in politica oratione, alius ab illis ipſis fiat quibuſdam ſibi familiaribus: uidelicet cũ abundat aliqua orationis forma circa aliquid, aut con/

trà minus eadem utitur, aut mediocriter quodammodo. Primũ igitur de Iſocrate dicendum. Iſocrates propter puritatem & elegantiam, quę quidem formę claram faciunt orationem, iure omniũ quàm maxime policitus cenſendus eſt: ſed quia moris expers eſt, & ueritatis, minus habet ſuaſionis. Cæterum diligentia & ornatu ſuperfluit, ſimiliter magnitudine, niſi quod uehementiam & aſperitatem, ſicubi his utatur, diligentia diſſoluit. Comprehenſionẽ verſantem in dictione ac methodũ minus curat: ea uero quæ ſententię ſunt maxime complectitur: celeritatis apud eum omnino nihil. Cæterum (tametſi moleſtum eſt dicere) eſt in eo plus quiddam ſupinum, iners & delicatum: & in vniuerſum ſenile quiddã, & quod ad docendũ ſit aptũ. Et quia natura expers veritatis eſt, & expolitionis, ſuperfluus eſt: adeo ut inuentionis ſententiarũ demonſtrationem effingat, ac multa inutiliter dicat. Manifeſtum autem eſt, quod cum rhetor in eaſdem cum ipſo ſententias incidiſſet, non ſimili expoſitione ac fide uſus eſt. Multa huius rei exẽpla ſunt. Manifeſtius quod dico fit, & ex procemio Philippicæ quartę, ut, Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινὸς πράγματος προὐτίθετο: & quę ſequuntur: & ex Archidamo, Τῆς τοιαύτης γὰρ οὔσης προτάσεως, ὅτι δεῖ καὶ νεωτέρων, πρὸ τῶν πρεσβυτέρων ἀνισταμένων ἀνέχεσθαι. Hic quidem Iſocrates tanquam poſitionẽ quandã pluribus confirmauit: ille uero vna tantum confirmatione contentus fuit. Si quid præterea aliud habet procemium huius orationis quod notari poſſit, alio id tempore inquirendũ eſt. At grauitas methodi, non parua apud iſtum eſt. Hæc de Iſocrate. Dinarchus uero politicus, quantum fieri poteſt clarus, uerus, & ſuadens eſt: multum uehementię & aſperitatis habet, & eius quæ ſententiarum eſt, & quæ methodi: In dictione ipſa, minus eſt uehemens. Cæterum in his quæ ad

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

dictionem pertinent,ut ſchemata membra, cõpoſitiões,numeri,clauſulę ſunt , admodũ uehemens eſt & aſper.Quare eius oratio minus accurata & diligẽs: ſed tamen uelox & grauis non mediocriter. Magis aũt q̃ ſit,grauis eſſe uidet, propterea quod eo magis vtitur. In vniuerſum, vir hic multum habet quod Demoſthenẽ ſapiat,propter aſperitatem,uehementiã,& uelocitatẽ.Quare nonnulli huic illudentes nõ illepide hũc *Κρίθινον Δημοσθένην:idest,ordeaceũ Demoſthenem appellarũt Sed de Dinarcho hactenus. Æſchines ſiquis alius,ipſe profecto politicus eſt,ſophiſticus quidem & elatꝰ,ac magnitudine pulchritudineq́; ſchematis abũdans Nõ omnino diligens,quando breuis quidã ornatus ei ineſt,ſed parum accuratus. Nã & negligentior eſt & aliquatenus remiſsior. Moralitate æquabilitatis non parua vtitur, veritatisq́; formã minus æmulatur. Proinde multũ ei uehementiæ & aſperitatis,firmitatis vero nihil. Ex quo neq; ueriſimiliter,neq; uere orationem proferre poteſt.Hęc aũt cauſa eſt,quod neq; penitus uelox,neq; concitatus ipſe ſit Grauitas methodi ei non pauca,quę & ſimul ſit,& eſſe uideatur. De Antiphonte dicentes prius dicere cogimur(quẽadmodũ alii non pauci dicunt,& Didymus grãmaticus in primis,quod & ipſa teſtatur hiſtoria)quod Antiphontes plures fuere. Duo qui doctrinis oratoriis pręfuerunt, de quibus neceſſario mentio eſt habenda. Horũ vnus rhetor eſt,cuius capitales feruntur orationes,& quæ in concione habitę,& quæcunq; his ſimiles. Alter prodigiorum & ſomniorũ interpres fuiſſe dicitur, qui de veritate,ſimilitudineq́; publice orationẽ habuiſſe fertur,& de politica & concionales etiam. Ego,ob diuerſitatem orationis , quæ in his eſt , duos Antiphontes fuiſſe arbitror(ualde enim re uera differunt inſcriptiones orationũ de ueritate apud poſteros) & quia apud

*A dulterinũ minimeq́; germanũ : q ſuperficiẽ tãtum Demoſthenicę virtutis attigiſſet.

Platonem & alios hiſtoriæ mandatum eſt, rurſum per ſuaderi non poſſum. Thucydidem enim, multis affe rentibus, audio fuiſſe Rhamnuſii diſcipulum. Ac Rha mnuſium quidem illum cum norim, cuius extant ora tiones peſtilentes, Thucydidem vero multum conce dentem & cõmunicantem formę orationis ueræ, rur ſus non credo. Verũ enimuero, ſiue vnus fuerit Anti phon qui uſus ſit duobus generibus orationis ita mul tũ inter ſe differentibus, ſiue duo fuerint alter ab alte ro ſeparatus, hic hoc, ille illud exercens, neceſſe eſt ſe paratim de utroq; diſſerere Plurimũ enim, ut diximus intereſt Nam hic Rhamnuſius Antiphon, cuius peſti ferę feruntur orationes, propter ueritatem, claritatẽ, & aliquam moralitatem, vſq; adeo politicus ut ſuadeat. Minus autem oïa iſta, quàm apud alios. Nam primus hoc genus dicẽdi dicitur exercuiſſe, ac in uniuerſum inuentor & dux fuiſſe huius politicę formæ. Eſt enim tempore his decẽ rhetoribus antiquior. Magnitudine vtitur non pauca, pulchre quodãmodo contexta, nõ differente quidem illa ab aliis, ut Hyperidæ: neq; ſo phiſtica, vt Aeſchinis. Dictione vero vbiq; propria & concinna, diligens tamen ita, ut nullã ſatietatem pa riat. Modice uelox eſt, grauis quoq; pariter. Alter Anti phon, cuius extant de ueritate orationes, minime po liticus eſt, ſed uenuſtus & intumeſcens ſupra alios: ac hoc ĩ primis quod oïa per enunciationes & ſimplices propoſitiones tranſigat, quod diſputatiuæ eſt oratio nis, & ad magnitudinẽ ſpectãtis. Dictione excelſus & ita aſper, ut à duritie non procul eſſe uideatur. Et fit e elegantia cõprehendit: quare confundit orationem ac turbat, ac multa obſcura ſunt. In cõpoſitione diligẽs, & adæquationibus in tẽpore utitur. Nihil aũt ei ineſt moralitatis neq; ueritatis, dicerem etiã grauitatis præ ter eam quę uidetur eſſe, & non eſt. Ferè autẽ & con

ſimilis formæ Critias eſt:quare poſt hunc non imme
rito dicemus de Critia. Iſte venuſtate ſuâ Antiphonti
proxime accedit,& ad tumorê elatus,multa enunciati
ue dicit:cæterum purior dictio, & quando cõprehen
dit diſcernens ita,ut clarus ſimul & elegans cum ma/
gnitudine videatur. Sępe,ac maxime in concionum
proœmiis uerus & uerisimilis eſt. Diligens uero nõ pa
rum,tamen non ſimplici ornatu vtitur,neq;,ut Anti/
phon,ſtudioſe ad ſatietatem uſq;, ac apparentem cu/
ram habenti,ſed ut ex hoc etiã ueritatis particeps ſit.
Porro aliis formis moris non admodũ utitur, ut ęqua
bilitate,ſimplicitate,& quęcunq; huiuſmodi. De Cri/
tia hactenus. Nunc poſt Antiphontem Rhamnuſiũ
de rhetore Lycurgo dicendum, Si quis politicus inue
nitur,ex his unus profecto Lycurgus eſt,pręter quàm
fortaſſe in ſimplicitate moris. Multum ei aſperitatis &
duritatis ineſt ſine diligentia: eſſet enim aliquo modo
Dinarcho ſimilis,ſed dictione multo aſperior eſt. Ex
hoc aſſero hunc multã apparentem,ſed non uere exi
ſtentem grauitatem habuiſſe. Eius oratio magis refer/
ta locis,ac alicubi excurrunt contra res demonſtratas.
Multis tranſitionibus ſæpe utitur, cum modo in fabu
las,modo in hiſtorias,modo in poemata feratur: quę
quidem apparentis ſunt grauitatis, Andocides politi
cus eſſe cupit,ſed non ubiq; illud aſſequitur. In ſche/
matis enim incompoſitus ac incultus: multa enim in/
concinne componit,cõprehenditq;, propterea quod
aggreſsionibus utitur ſine delectu. Ex quo nugator
quiſpiam eſſe uidetur,& alioqui obſcurus. Diligentiæ
ac ornatus ei parum quiddam ineſt: parum quoq; ue/
locitatis,parum etiã grauitatis quę in methodo conſi
ſtat,alterius uero prorſus nihil. Demoſthene igitur de
cem reliqui inferiores,cũ quibus etiam Critias,ſecun/
das et tertias partes auferunt in iudiciali et delibera/

tiuo dicendi genere. Nunc reliquum eſt, ut cum dixẽrimus de ſimplici oratione laudatiua, dicere de his q̃ poſt Platonem in hoc dicendi genere excelluerunt, quemadmodum illic de his qui poſt Demoſthenem, diſſeruimus. De ſimplici ferè laudatiua aliquid oſtendere eſt difficile, niſi quod omnes illæ ſpecies ex quibus pulcherrimam laudatiuarum, & Platonicã orationem fieri dicebamus, aliquam laudatiuã per ſe ſingula abundantia facere poſſunt: quemadmodum venuſtas ſola, ſimplicitas: rurſus ſuauitas, puritas, diligentia, ac ſimpliciter oĩa quæ ſupradicta ſunt. Antiquorũ igit in laudatiuo genere inſignes, hac oratione vidẽtur eſſe uſi: de qbus iandudũ dicendũ. Sed hoc prius dicere opꝛtet, quod pulcherrima laudatiuarum oratio, magnitudinem cum uoluptate: item ornatum, claritatem, imitationes perſonarum ac cętera huiuſcemodi habere debet, quę de panegyrica forma à nobis dicta ſunt: quæ quidem non ſola poeſis & logographia, ſed cuncta abunde habet hiſtoria. Laudatiuo igitur genere hiſtorici, ut arbitror, omnino ſunt inſtructi: cũ magnitudinem, uoluptatem, ac cætera ferè omnia prę oculis intendant. Etſi Platoni non propius accedunt, de his tamen dicere operę precium. Sed ad illos prius redeundum, qui poſt Platonem in laudatiuo genere excelluerunt Aliquando ipſorum pleriq; vtrinq; participant, hiſtoriæ inquam & logographię diuerſæ, ut Xenophon, de quo primum verba faciemus. Eſt itaq; iſte quàm maxime ſimplex, ac hac forma dicendi præ cęteris laudatiuæ orationis, in primis abundat. Prætere a multis ipſius ſimplicitatis voluptatibus vtitur, ſuauitatibus autem quæ ab illis ſunt, utpote fabularũ & huiuſmodi, rarius. Item quando de canũ diſcurſu voluptatem excitauit, in eandem ſimplicitatem animum intendit, & non in aliquod aliud eorũ quę ſuapte na-

tura ſuauitatis ſunt. Circa Abradatem & Pantheiam, mos & pathos fabuloſe fictum, multū habet uoluptatis: item quę circa Tigranem, & Armeniam eius uxorem. Diximus quod raro his ſuauitatibus utitur, vtitur his tamen aliquot in locis, magnitudinem etiā ſententiæ attingit ſæpe: mox id deponit, & in ſimplicitatem trahitur, quę in methodo, dictione, & in his quę circa dictionem omnibus conſiſtit. Ad hęc purus, & elegās præ cæteris eſt Xenophon, argutia & acumine gaudet, quorum naturam in tractatu ſuauitatis & ſimplicitatis oſtendimus. Diligentia vero utitur non mediocri, utpote in ſimplicitate & argumento non ficto. At huius ſimplicitas Platonica ſimplicitate longè ſimplicior: quod in eiſdem & ſimilibus rerū argumentis deprenhenditur, non ſolum ſecundum dictionem & ea quæ dictionem ſequuntur. Sympoſia igitur ab utroq; conſcripta: ſed hic ſaltatricum ingreſſum, & quædam ſaltationum genera, oſcula, & multa huiuſcemodi, cū voluptate dicere non grauatur: ille uero hæc mulieribus relinquens, ut ipſe dicit, rerum ſimplicitatem, in maiorem uenuſtatem inducit. Talis eſt in rebus hiſtoricis Xenophon, qualis & in aliis: ut cum dicit, quod Chilum coronabant: & quod pueris tanquam ſtupefactis differebant: & quod à cratere boum more inclinatos bibere oportebat. Hęc igitur & ſimilia propter eminentē ſimplicitatem, uoluptatem habent, qua quidem non eodem modo Plato vtitur, etſi in imitatione perſonarum magis probatur, cū ſimplices & re uera non fictos, ſed teneros & molles animorum mores imitatur: ut Cyri adhuc pueri, & quęcunq; talia. Apud Platonem uero nihil tale eſt, niſi in imitationibus iuxta adoleſcentum ætatē: ut cum Theeteton aut talem aliquā perſonam inducit, nihil omnino quemadmodum illud Cyri eſt, Cyri inquam, adhuc pueri:

neq; quemadmodũ illud Armeniæ uxoris, & ſimiliã: Xenophontis aũt proprium eſt, per interualla poeticis aliquatenus uti dictionibus, multum etiã & aliis natura diuerſis: ut cum dicit πεσσύνην, & ſimiliã. Poſt Xenophontẽ ſuccedit Æſchines Socraticus, de quo nũc oratio eſt habenda: Iſte ſimplex eſt, & puritate, elegantia & ſimplicitate plurimum vtitur: ſed in ſimplicitate dictionis, Xenophonte longe tenuior. Sentẽtiis item non paucis, & iiſdem venuſtioribus delectatur: voluptatibus vero quæ ab his quæ omnino falſa ſunt, uel ab his quæ fabulis proxima cum ſint, uera tamen eſſe poſſunt: ſumantur, vtitur modice. Quantum autẽ Xenophon ſua ſimplicitate, Platonis ſimplicitatem ſuperauit, dicerem quod tantundem rurſus ipſum Xenophontẽ tenuitate ſua excedit Aeſchines. Quare multo purior eſt & accuratior. Diligens autem, ut in ſimplicitate, magis quàm Xenophon. Nicoſtratus, ut mea fert opinio, non immerito poſt iſtos ponendus eſt, vt de eo aliqua memoria fiat. Nanq; in ſimplicitate ſuperioribus nihilo inferior: at multo tenuior, & omnium ferè purior. Gracilius illi ac tenue dicendi genus, ac nuſquã habens magnitudinem: præter quàm ſicubi, ſolum ſecundum ſententiam. Fabulis gaudet, atq; ea quę hinc procedit uoluptate: hic quidem etiã multas fabulas finxit, non ſolum Aeſopianas, ſed etiam quæ aliquo modo agi poſſent. In ordinatione accuratus q̃ maxime, adiuncto eo quod ſimplicitate non deprimit quicquã. Quare de uiris in laudatiuo genere approbatis, poſt quos Nicoſtratum ſubſtituimus, hactenus dictũ eſt. Deinceps vero qui in ſcribenda hiſtoria laudẽ aſſequuti ſunt, de his profecto habenda eſſet oratio. Hæ enim Iſocratis ac Lyſię, Olympicę & Panathenaicæ, atq; ob id ipſum panegyricæ orationes, quamuis ita panegiricę inſcribantur, manifeſtũ tamen eſt, quod

aliud quiddam uolunt. Modicum quiddã laudatiui generis habent,& fortaſſe tantum, quantum delibera tio aliqua,aut iudicialis oratio admittit. Si autem alia huius formæ eſſent,ac per ornatum qui circa cõpoſi⁄tionem eorum quæ ab Iſocrate ſcripta ſunt verſatur, ſat ea ſufficiunt quæ de iudicialibus deliberatiuiſq; ui ris dicta ſunt. Sed iam de cæteris hiſtoricis, præter q̃ de Xenophonte, dicendum eſt. Qualis autem in ora⁄tione vir, paulo ſuprà vidimus. Inter eos autem qui in hiſtoria laudatiuo genere vſi ſunt, Herodotus obti⁄nuit principatum. Quoniam cum elegantia & purita⁄te, multum inſeruit voluptatis. Etenim ſententiis fabu loſis ferè oĩbus, dictioneq; poetica ubiq; uſus eſt. Ma gnitudinis multum habet in ſententiis Et in diligen tia, & præſertim in ornatu, vtrinq; & multum volupta tis, & magnitudinis ſeruauit. Plurimi etiam & in cõpo ſitione, & clauſula, dactylici anapæſticiq; numeri: præ terea ſpondaici & omni ex parte uenuſti: item perſo⁄narum affectus pręcæteris pulcherrimos & quàm ma xime poeticos emulatus eſt, in quibus multa magnitu dine, ut in aliis, ſępiſsime uſus, & quàm maxime in ſe⁄ptimo hiſtoriarum: ut in oratione Xerxis in Artaba⁄zum, & Artabazi in Xerxem, cum de rebus humanis agunt. Sed de Herodoto hactenus. De Thucydide ue ro dicturus, hoc tantum adiiciam, quod non propte⁄rea quod poſt Herodotum mentionem feci, exiſtima⁄re oporteat, quod à nobis exercitatione ac vi dicẽdi illis poſtponatur. Quoniã neq; poſt Nicoſtratum, aut Aeſchinem, Herodotum: ſed neq; poſt Xenophontẽ quidem poneremus, ob uim & facilitatẽ dicendi præ ſertim etiam in genere laudatiuo. Formę illius ſequuti conſecutionem, hoc ſumus vſi ordine: ſeorſim pane⁄gyricos, ſeorſim etiam hiſtoricos ponentes. Ac primũ nter hiſtoricos Herodoti meminimus, quod magis

panegyricus magiſq́; ſuauis eſt, non Thucydide ſolum, ſed cæteris omnibus fortaſſe, qui ita ſcribere praoptarunt. Quare non immerito dubitamus, cum quibus Thucydidem iure collocemus, cum neq; inferior in iudiciali deliberatiuoq́; genere, quàm in laudatiuo eſſe videatur: dico autem ſecundum ſententias, cum nihil ſine probatione inducat. Sed ordinem hic nanciſcatur, ac ita decet, tum propter genus orationis, tum quod à quibuſdam etiam anteponitur: etſi inter alios hoc conuenit, ut ſecundas partes obtineat, nos tamen qualis vterq; fuerit definiemus. Thucidides igitur q̃ maxime magnitudinem affectans, aſſequitur: at non quam exoptare mihi uidetur, magnitudinem adipiſcitur. Vult enim, ut mea fert opinio, venuſtã ſibi eſſe orationem, quod ſanè magnitudinis laudatiuę proprium eſſe cenſetur: ſed hoc maxime dictione uidetur transgredi, in qua quidem aſperior ac durior, ac propter hoc obſcurior, ac præterea in compoſitione dictionum. Curat enim ornatum, ut quàm maxime. Sed dũ excelſus eſſe cupit ac præſtans, in cõprehenſiones cadit, & cõpoſitionum nouitates: quare in durius obſcuriusq́; fertur. Axiomaticus vir eſt quàm maxime. Cæterum ſententiis, ſi quiſquam alius, politicus & venuſtus. Nihil enim ſine probatione relinquit: ne in hiſtoria quidem. In methodis non ita ſe habet: cum magnitudine enim alicuius p̃clarę rei, ꝓbationes paſsim inducit: quamobrẽ inſuauis eſt ferè vbiq;: Sicubi ſuauitatẽ habet, pars illa tanq̃ alienum quiddã à ſua forma eſſe videtur: quale illud eſt, Τηρεῖ δὲ τῷ πρόκνην τὴν πανδίονος, ἀπὸ ἀθηνῶν χόντι γυναῖκα: & quæ ſequuntur: & quęcunq; huiuſmodi. Mirari porro nõ oportet hoc, etiamſi non tale erat, quod alicubi voluptatem habet eius oratio. Fortaſſe non alium apud virum huiuſcemodi locum inuenies, quandoquidem vnam formã

elegit & facit: purus videri poteſt, ſed non eſt: neq; cęteris formis applicari poteſt. Item tanquam hiſtoricus his Thucydides utitur, & in concionibus aliquibusq; dialogis imitatur. Ipſe autem in his talis eſt: magnificentius autem in his talis eſt, qualem deſignabamus. Poſtea quàm in hiſtoria minus durus & aſper, quandoquidem plura hic pura & elegãtia habet, præceptorem ſuum Antiphontem magis, quàm multi alii huiuſce generis, ut arbitror, anteceſsit. Sed de Thucydide hactenus. Hecatæus Mileſius, à quo multum adiumenti Herodotus accepit, purus eſt & clarus, in quibuſdã uero immodice ſuauis. Cæterũ dialecto Ionica pure ac non miſtim uſus, non ut Herodotus, uaria, minus eſt poeticus dictionis gratia. Cura enim huic nõ talis, neq; ſimilis circa eam ornatus: quapropter uoluptate Herodoto longe inferior: ac omnino inferior. Et quidem fabulis ferè omnia, ac talem quandam hiſtoriam conſcripſit. Non ſolũ ſententia orationis ſat eſſe videtur ad probandum, ſed multum etiam habet dictio & cætera quæ ſunt circa dictionem (ut ſunt ſchemata, membra, compoſitiones, numeri, deſinentiæ) ut voluptates pariant & ſuauitates, quales eæ ſunt quæ apud Herodotũ: ac per Iouem alia quędam orationis formã, ut ſingulæ poſſunt orationis form æ expoliri. Iure igitur hoc hecatæo accidit, non ita curans diligentiam, & eum qui circa dictionem eſt, ornatum. Hactenus de Hecatęo. De Theopompo, Ephoro, Hellanico, Philiſto, & ſimilibus ſcribere, ſuperuacaneum mihi uiſum eſt: eo maxime, quod propter ea quæ de formis orationis & de quoq; viro dicta ſunt, non difficile ſit aliquem de his poſſe ferre ſententiã. Accedit ad hoc quod nullas alias orationis formas magis æmulari imitariq; poſſumus, quàm eas quas ab his Græcis accepimus, & à Thucydide, Herodoto Hecatæo, Xenophõ

te,ac reliquis His reliquū eſt ut de poetis poſt Homerum determinemus: quemadmodum poſt Demoſthenem rhetoras inſtituimus: & poſt Platonem logographos ſubrogauimus, prius de Platone Demoſtheneq; dicentes quemadmodū & de Homero. Fortaſſe æque de iſtis non neceſſario diximus, quod facile de his iudicari poſsit: ac omnem quemuis & iuuenem & antiquum poetam, & logographū & rhetorem, viſis iam primariis formis orationis, ueluti elementis omnibus generis orationis, de quibus totum hoc negotium cōſtituimus, ſuperfluum itaq; fuiſſet hoc omnes ſigillatim proſequentes determinare: alioqui prolixiſsimus futurus tractatus eſt, non modo ſuperfluus. Oportet vtiq; primum, ſi quis recte iſta decernere curat, ſeparatim de arte poetica aliquid dicere, & de his quoq; qui poſt Homerum ſecundi tertiiq; fuere Item ſeparatim, de tragœdia, comœdia, lyricis carminibus, & aliis deniq; artis poeticæ formis. Item inter hos dicere, quis primus & quare, quis ſecundus & propter quid: quare in infinitū traheretur oratio Proinde ſupradicta ſufficiant, & de formis factus ſermo hunc finem ſortiatur: poſt quem de methodo grauitatis agetur, quod huic negotio ſupereſſe uidebatur. Multa præterii, ut paulo ſuprà dixi, ut hoc quod dico, negotiū aperiatur.

FINIS FORMARVM HERMOGENIS.

HERMOGENIS

TARSENSIS PHILOSOPHI, DE METHODO GRAVITATIS.

Hermogenes de methodo grauitatis.

OMNIS orationis pars, negotii, temporisq́; proprii ſignificatione inuenitur. Tempus autem per moris appoſitionem factum, propriam ſententiam efficit, ac non ſolum propriam, ſed diuerſam: nec ſolum diuerſam, ſed diuerſas: ac ne diuerſas quidem ſolum, ſed contrarias: Vt, κακοῦργος omnis dicitur, qui malũ operatur: proprie autem fur. Diuerſam: ut δημηγορεῖν: ideſt, in concione verba facere: proprie vero grata loqui & quæ plauſu excipiantur, ac rudia. Diuerſas: ut ἄνθρωπος, ideſt, homo, generis nomen, & moris manſueti atq; fortunæ nomen & calliditatis. Cõtrarias vero: ut μείνατ' αὐθι χρόνον τὸν πόλεμον: ideſt, manete multo tempore: ideſt, pauco. Et apud Platonem quoq; χρόνος, multũ ſignificat, Et illud, o' Phędon ipſe ades? & ipſe eſcherates. Illud enim dixit admirans ac beans aduenientem, hoc vero reſpõdet, agens cum quadã grauitate, ac multũ de ſe ſentiens. Omnis igitur dictionis incognitæ, in pedeſtri oratione, tres inuentiõis methodi erunt, Aut enim gentilis eſt dictio, aut legitima, aut artificioſa. παρασάγγης itaq; non noui quid ſit, gentile enim eſt. Perſicũq́; nomen, itineris menſura, triginta ſilicet ſtadia χοῖνος Aegyptium, & ſtadiorum ſexaginta. Legitima vero,

πομπάδο

τυμπανίζειν pro accuſare capitur, quia Athenis in Dyoniſiis ſe accuſabant, mutuiſq; pugnis ſeſe dilacerabant. Item ἀπαγγελία: & φάσις: & talia ſimilia nomina, legitima ſunt. Artificioſa illa: Cum coniunxiſſent πάλαιας ναῦς, nauticum eſt nomen. Et δὶς διὰ πασῶν, muſicū. Et μοχλὸν, georgicum, & quæcunq; ſimilia. Errores in dictione duobus modis fiunt, aut ἀκυρία, ideſt, impropria locutione: aut παραφθορᾷ, ideſt, corrupta. ἀκυρία, ut ſi quis dicat, ἐρωτῶ καὶ παρακαλῶ, pro δέομαι, improprie dicat. παρακαλῶ enim, uel uocare uel hortari ſignificat: ἐρωτῶ vero interrogare: διαφθορὰ, vt ſiquis quod ἄζαμαι vocant, dixerit διαζώσομαι: vel αἰμωδεῖν, αἱμωδᾶν: & ſimilia. Præterea quandoq; identitate vtimur, quandoq; vero varietate. Identitate quidem, quando vnum nomen rei manifeſtiſsimū eſt, neq; adminiculū quærere opus eſt, quod rei definiat claritatem: ſi quis autem aſſumat, demonſtrationem impropriam faciet, vſum vero cōſcriptionis repulit. Homerus: Ὡς δὲ χιὼν κατατήκετ᾽ ἐν ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν. Ἥν τ᾽ εὖρος κατέτηξεν, ἐπὴν ζέφυρος καταχεύῃ, Τηκομένης δ᾽ ἄρα τῆς, ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες, Ὣς τῆς τήκετο καλὰ παρήϊα δακρυχεούσης. Neq; λείβεται, neque χεῖται, neque λύεται ſic quadrat, vt facit τήκεται, ideſt, liqueſcit Aſpectus enim niuis eſt, comprehenſa macies ac tabes. Quando autem multa quis nomina habet, æque ornata, & eodem modo claritatem habentia, commode profecto varietas accommodatur. Vt Homerus, Ὡς δ᾽ ὅταν ὠδίνουσαν ἔχῃ βέλος ὀξὺ γυναῖκα δριμὺ, τό τε προϊᾶσι μογοστόκοι εἰλείθυιαι Ἥρης θυγατέρες πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι. Habemus, ὀξὺ, δριμὺ, πικρὸν. Poſtquàm non habet aliud æque ornatum, in primum redit. Vt, Ὀξεῖαι ὀδύναι δῦνον μένος Ἀτρείδαο. Thucydides quoq; in procemio, τεκμήριον, σημεῖον, παράδειγμα, μαρτύριον, & ſemper ex nominibus circulum facit. Ἐκ δὲ τεκμηρίων, ὧν ἐμοὶ μακρότατον σκο-

ποιῶ τί μοι πρᾶσαι ξυμβαίνῃ. καὶ μαρτυρίον δέ. Δῆλον γὰρ καθαιρουμένης ἀπὸ ἀθηναίων. καὶ σημεῖον δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς ἑλλάδος ἔτι οὕτω γινόμενα περί τε λόκρους καὶ τοὺς ὀζόλας καὶ τοὺς αἰτωλοὺς, καὶ ἀκαρνᾶνας, καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι διὰ τὰς μετοιχίας εἰς τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι. Περιττότης, ideſt, ſuperabundantia duplex eſt, aut in dictione, aut in ſententia. Item vtraq; duplex, & ſecundum dictionem, & ſecundum ſententiam. Secundum dictionem fit immoratione & plenitudine: ſecundũ ſententiam vero cõmemoratione fit, & vniuerſæ orationis complexione. Immoratio, eſt breuis moralis'q; ſententiæ amplificatio, ut mos dicentis in auditoris mente immoretur. Vt illud, Midiæ contumeliam ſcitis omnes: hanc ita amplificauit. Iniuriam & petulantiam, qua in omnes Midias vſus eſt, neminẽ veſtrum, ne aliorum quidem ciuium quenquam ignorare puto. Item orationis procemium pro corona eodem modo ſe habet. Plenitudo aũt eſt variorum nominum æque ornatorum ad motum vtriq; moris infuſio: quale genus illud eſt: Τοῦ δ' παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὐτὴ, ἔχθρου μὲν ἐπήρειαν ἔχει, καὶ ὕβριν, καὶ προπηλακισμὸν, καὶ λοιδορίαν ὁμοῦ: & quęcunq; ſimilia. Vbi dicens ὁμοῦ, plenitudinem oſtendit. Cõmentatio eſt illatum enthymema, quod nõ appoſitũ non deſideratur, appoſitum autem omnia confirmat: manifeſtum igitur quod vniuerſales orationes quandoq; ſunt. Exempla autem commentationum & vniuerſalium orationum, in Thucydidis epitaphio viciſsim inueniuntur. His tum cõmode vti poſſumus: ad dura enim & contumacia ſenſa cõmentationes aſſumuntur, ut mores molliant: ad fidem autem priuatæ orationis, cõmunis oratio & vniuerſalis: vtrorũq; igitur erat in epitaphio vſus. Etenim contumax eſt, & incredibile hoc dicere, Epitaphium fieri non oportet eorum qui olim admo-

dum fuerunt excellentes. Ad contumax igitur commentatio: ad incredibile vero vniuerſalis oratio. Contumacium aũt & audacium ſententiarum, medelæ ac remedia duo: aut breuis appoſitio, aut audaciç confeſſio. Breuis appoſitio hoc modo: Præſens itaq; tempus o' Athenienſes, tantũ non loquitur edita voce, quod *negotia illa uobis ipſis reſumenda ſunt.* Ac rurſus alibi, Tanquam variam mihi quandam miſtionem ſuæ calamitatis infundens. Item illud Platonis, Salſe dictum oratione ſorbenti mergi oportet. Contumax *hoc.* Quç igitur breuis appoſitio? nempe illud, Salſe dictum. Confeſſio autem audaciæ, ut in oratione in Timocratem: Etſi enim grauis oratio eſſe videtur, tamen dicam: Occidite ipſum, ut apud inferos impiis hanc ponat legem. Παράλειψις, ideſt, omiſſio & ἀποσιώπησις, ideſt, reticentia, quando fit? quando maiorem rei ſuſpicionem in adiutorum mente, quàm ſi diceremus ſta uere volumus. Vt (accipiamus primum ex oratione exemplum.) Quomodo hic patre uſus eſt, æque dicens ac ſi contrà diceret, uel non ſuaderet. Reticentia maiorem ſuſpicionem fecit, tanquã ſi patri dixerit inſidianté. Demoſthenes vero perfecta reticẽtia in oratione prò corona, ita vſus eſt: Sed mihi quidem, nolo aũt dicere quicquam ingratum, orationem aggreſſus. In adiunctione uel aſsimulatione rerum mentio tribus modis fit: uel quando paruæ ſunt res, dicenti tamen vtiles: uel quando illius rei cõiectura eſt, & per coniecturã ſe dicit præterire: cæterũ quod utiles ſint, eas recenſet. Aut quando moleſtæ ſunt, ſed dicẽti vtiles: ac propterea quod moleſtç ſint, dicit ſe omittere: ſed quia vtiles, eaſdem narrat. Huius breuitatis exempla in oratione in Midiam plera que extant: Quoties igitur cum ſaltatores militiam deponere iubens iniquo animo ferebat: aut cum ſe ipſe in

Dionyſiis ſuffragiis creans curam agere iubebat, & quæcunq; ſimilia, dimittam. Deinde cauſam intulit quare id omitteret: Neque enim hoc ignoro, quod ſi quis eam tentaret, horum quenq; indignationem, quę aliud quid grauiſsimorum, ac præſentiã veſtram extra negotium exiſtentem, non æque digna hæc per ſe certamine viderentur. Coniecturatum autem exemplum in oratione de immunitate poterimus intueri. Ego autem an deceat, quibuſdam omnes accuſantibus, iudicium largitionem aboleri, dimittam. Et quare omiſerit, ſtatim cauſam intulit. Etenim quodam modo dicitur, & à uobis fortaſſe intelligitur. Moleſtorum vero exemplũ, in oratione pro corona: Si non omnes ſcitis, quod popularis & humanus, ac egenis omnibus ſit æque ſubueniens, taceo: ac nihil de his dicerem, neque ſi quos ex inimicis excitarem, neque ſi aliquibus puellis indigentibus comprobarer. Deinde cauſam intulit omiſsionis. Exiſtimo equidem bene affectũ omni tempore reminiſci: contrà uero benefacientem obliuiſci. Si autem oportet aut frugalis aut ſubfrigidi hominis præſtare opus, propria profecto merita parum reminiſci opus eſt: quandoquidem officiorum commemoratio, exprobationi ex ſimilis. Circuire, ut dicendi abuſio damnatur. Sed ſi in tempore fiat, gratum ſchema reperietur. Eius tempus in oratione triplex eſt. In primis enim verborum vtimur circuitione, quando turpia ſunt quæ dicuntur: euitantes enim orationis turpitudinem, aperta circuitione declaramus, quæ uolumus decenter: ac orationem reddimus amariorem, uel quando triſtia moleſtaq; ſunt auditoribus, uel quando dicentibus ſunt infeſta.. Turpium aũt exemplum, in oratione in Timarchũ fecit Aeſchines. Sciens autem ſe ipſum eſſe reum: Meretricii dicere uolebat, ſed turpitudinẽ circuitione uitauit, dicens:

Ὧ(ς) ὀλίγῳ πρότερον ἀκούσατ᾽ ἀναγινώσκοντος τοῦ γραμματέ-
ως. Triſtium ac moleſtorum exemplum in Philippicis Demoſthenes præſtitit. Præſens itaq; tempus tantum non loquitur emiſſa voce, quod hæc negotia à nobis ipſis ſuſcipi omnino debeant. Et quia dicere triſte eſt, Niſi vero negotia relinquantur, complexus eſt circui *tione, Si de ſalute veſtra curam agitis.* Et rurſus in fi- ne cum conceptione eſt ipſa periploce Nos autem au dire negligimus. Sed hoc Athenienſibus eſt moleſtũ. Quomodo igitur circuitione complexus eſt? Non vi deo quem modum in his habere videamur. Infeſtorũ autem exemplum in oratione in Midiam. Dicit enim Demoſthenes: Πρῶτον μὲν ὅτι ἐθελοντὴς χορηγεῖν ὑπέστη, ὅπερ ἐστὶ φιλοτιμίας αἴτια δὲ κληρουμένων πάντων πρῶτον αἱ- ρεῖσθαι τὸν αὐλητὴν ἔλαχον, ὅπερ ἐστὶν ἀτυχίας. Inducit igi tur dicens: Ὑμεῖς μὲν οὖν, ὡς εἰκὸς ἀμφοτέρα ἀπεδέξασθε τήν τε φιλοτιμίαν τὴν ἐμήν. Et quoniam moleſtum eſt di cere τὴν ἀτυχίαν, circuitione uſus eſt, Et quod à fortu- na accidit. Quoniã huius ſchematis nomen periploce dicitur, Aeſchines pariter eodem nomine in oratione in Timarchus vſus eſt ſic: Φανήσεται οὖν οὐ μόνον ἑταιρη- κώς, ἀλλὰ (μὰ τὸν Διόνυσον οὐκ οἶδ᾽ ὅπως δεῖ περιπλέκειν ὅ- λην τὴν ἡμέραν) καὶ πεπορνευμένος. Qui igitur per vniuer ſam orationem circuitione uſus eſt, propter verborũ turpitudinem, tandem victus ira dixit; πεπορνευμένος, ideſt, lenocinatus vel meretricatus.

De epanalepſi ſiue repetitione.

Epanalepſis tribus modis fit: aut docendæ rei cau- ſa, aut alicuius perſonę conditione vel calumnia, aut moris confirmatione. Docendæ rei cauſa, ut illud in Homero: Ἀλλ᾽ ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ᾽ ἐόντας, Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. Hic no- men repetiuit, vt duo Aethiopum genera oſtenderet. Perſonę conditione: Νιρεὺς δ᾽ αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας

εἴσας. Νιρεὺς ἀγλαΐης θ᾽ υἱὸς Χαροποῖό τ᾽ ἄνακτος· Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν. Nireum reſumpſit, vt perſonã ornaret. In calumnia vero: Ἄρες ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα. Iterauit, vt perſonã criminaretur. Moris confirmatione quale illud eſt: Τοῦ δ᾽ ἐγὼ ἀντίος εἶμι καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, δέμας δ᾽ αἴθωνι σιδήρῳ. Repetiuit, vt virilem confirmaret. In proſa oratione docendę rei cauſa, ut Xenophon. Ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσφέρων· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. Item Demoſthenes in Philippicis: Πάντες ὅσοι πώποτε ἐκπεπλεύκασι στρατηγοὶ παρ᾽ ὑμῶν, ἢ ἐγὼ πάσχειν ὁτιοῦν ἕτοιμός εἰμι, παρὰ τούτων τῶν τὰς νήσους οἰκούντων χρήματα λαμβάνουσι. Λαμβάνουσι δὲ οἱ μὲν πλείονας ἔχοντες ναῦς, πλείονα. In perſonæ laudem, ut illud Xenophontis, vbi Cyrus ſæpe repetitur In perſonæ uituperationem, vt Demoſthenes: Ἀλλ᾽ ἀνδροτίων ἡμῖν πομπείων ἐπισκευαστής. Ἀνδροτίων, ὦ γῆ καὶ θεοί. Et alibi: Ὑμεῖς δὲ Χαρίδημον, εἰ χρὴ φρουρεῖν, βουλεύεσθε. Χαρίδημον, οἴμοι. In moris confirmationem: Ἔστιν ὑμῖν ὦ ἀθηναῖοι χρήματα, ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων στρατιωτικά. Et rurſus in oratione in Midiam: Ἀλλ᾽ ἵππον; ἵππον οὐκ ἐτόλμησεν ὁ κατάρατος οὑτοσὶ πρίασθαι. Item Herodotus: Φονεὺς μὲν τοῦ ἑαυτοῦ ἀδελφοῦ, φονεὺς δὲ τοῦ καθήραντος.

De ſchemate interrogationis.

INterogationis ſchema eſt, cui contradici nõ poteſt. Fit aũt, uel circa ea quæ natura fatemur: ut, An'ne dies nunc eſt? uel circa ea quę demonſtrãtur ratione, vt illud: Domi inuentus cũ murus eſſet effoſſus ſublata ueſte, non igitur tu fur? Etenim ratione demonſtrata tantũ ualent, quantum ea quæ natura fatemur. Hoc aũt ſchema cui contradici non poteſt, formas tres habet: aut in auditores, aut in aduerſarios, aut cũ rhetor ſeipſum interrogat. Auditorũ interrogatio incuſat &

obiurgat: quale Demoſthenis genus eſt. Quando igitur o' Athenienſes, quando quæ oportet facietis? Poſtquã aliquid factũ eſt? In aduerſarios interrogatio cõfutat. Vt illud, Data accipere legitimum eſſe fateris, pro his gratiã reddere, illegitimum cenſes & accuſas? Rhetoris ſuiipſius interrogatio duplex eſt, auditus ſubuerſionem habet, & fidẽ, item ſuſpicionis confirmationẽ & ſolutionem. Quando aũt ſe ipſe interrogat orator, ſimul auditores ſubuertit, ac fidẽ anticipat. Eorũ enim qui audiunt, quiſq; credit: ratus quod nunquã rhetor ſeſe interrogaſſet, niſi demonſtrare cõfideret: & ſi quã habet auditor ſuſpicionem, ea liberatur: quod in hac interrogatione licet intueri: quale illud eſt. Nobis facultas eſt, quã diu quæſiuiſtis, & non inueniſtis: ſi expectatis, inuenietis. Deinde intulit. Quę igitur hęc eſt? hæc, inquam, nunc non exiſtens, ruſum autem affutura, Hoc ego dicam enigmati ſimile.

De diſſoluto.

DIſſolutum ſchema eſt, quod & cum coniunctione dicitur: videtur quidem hoc ligare, illud uero ſoluere. Hæc utraq; oſtendet & expoliet, magnitudo ſimul & multitudo, quando utriuſq; tempus erit. Sed quæ hoc efficiunt, non ſimiliter id agunt: ſed quod cum coniunctionibus fit, ex multitudine aut magnitudine conſtat, hoc modo: Olynthum quidem, & Methonem, ac Apolloniam, & duas & triginta ciuitates dimitto. Quod uero ſine coniunctionibus dicitur, morale eſt. Vt illud, Quando Pydna, Potidæa, Pagaſæ ac alia, quæ, ne ſingula referens fruſtra tempus conteram, prætermitto, obſeſſa nunciantur.

De expoſitione & recapitulatione.

IN principio aliquid de capitibus ſi dicatur, quibus aut confirmaturus aut docturus quis eſt, diſciplinæ huius artifices προέκθεσιν, ideſt, præexpoſitionem,

dicunt. Contrà in fine, ſi demonſtrata uel dicta in memoriam reuocentur, ἀνακεφαλαίωσιν, id eſt, recapitulationem appellant. Antiqui προέκθεσιν, ὑπόσχεσιν nominarunt. Ανακεφαλαίωσιν uero, ἐπάνοδον appellarunt: quod ipſe Demoſthenes oſtendit, δίκαιόν ἐστι ἐμὲ τρία ἡμῖν ὑπισχημένον ἀποδεῖξειν, ἓν μὲν, ὡς παρὰ τοὺς νόμους: καὶ τὸ ἕτερον οὕτως. Επάνειμι δὴ πάλιν αὖθις τὰς ἀποδείξεις, ὡς τὰ τούτων ἀδικήματα καὶ δωροδοκήματα τῶν νυνὶ πραγμάτων. Item in principio Plato: Προοίμια καὶ διηγήσεις, εἶτα πίστεις. Τὸ δὲ δὴ τέλος τῶν λόγων ἔοικε πᾶσιν εἶναι κοινῇ συνδεδογμένον: ᾧ τινὲς μὲν ἐπάνοδον ὄνομα τίθενται, τινὲς δὲ ἄλλο τι, καὶ ἄξιον ζητῆσαι τί ἐστι τὸ ἄλλο τι. συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι δημοσθένους τὰ κατηγορημένα.

De æqualibus ſchematibus.

AEquata ſchemata quandoq; certatiua, quandoq; demonſtratiua, quandoq; & ſophiſtica inueniuntur. Certatiua ſunt, quando ex negotii natura concurrit aliquid exterius quod nihil faciat ad rem: aut cum ſine nomine, res quæque per ſe, ſeipſam ſignificat, & quod dictum eſt latet. Sæpe etiã inuenitur quod ignoratum fuerat. Vt illud, Νῦν δ᾽ ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν, Ες δ᾽ ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν, ἐς δ᾽ ἑκατόμβην θείομεν. Εν δ᾽ αὐτὴν χρυσηΐδα καλλιπάρῃον βήσομεν. Quatuor ſunt æquata, ἐρύσσομεν, ἀγείρομεν, θείομεν, βήσομεν. Item Thucydides, Αἴτιον ἦν οὐχ ἡ ὀλιγανδρεία ὅσον ἡ ἀχρηματία. τῆς γὰρ τροφῆς ἀπορίᾳ τόν τε στρατὸν ἐλάσσω ἤγαγον. Et Demoſthenes pari modo vſus eſt: Αν τοίνυν ἐξελέγξω σαφῶς αἰσχίνην τουτονὶ. καὶ μηδὲν ἀληθὲς ἐπηγγελκότα, καὶ κεκωλυκότα ἐμοῦ τὸν δῆμον ἀκοῦσαι τ᾽ ἀληθῆ, τῷ ἀνηλωκότα τοὺς χρόνους. καὶ πάντων τούτων δῶρα καὶ μισθοὺς εἰληφότα. Demonſtratiua autẽ ſunt, quando certatiua multa fiunt, & eodem modo ad uoluptatem auditus modice accommodantur. Qualia apud Iſocratem multa, & in eius maxime paræneſi reperiuntur. Sophiſtica ue

ro ſunt, quæ quidem nunc laudantur, contrà uero ab antiquis damnantur. Hæc ſunt quæcunq; turpi & inani quodàm modo auditui aſſentantur, quæ Plato maxime criminatur: Ὠλῷςε πῶλε, ἵνα προσείπω σε κατὰ σέ, καὶ, παυσανίου δὲ παυσαμένου. Sapientes enim, me quoque ſimilia loqui docuerunt. Demoſthenes vero & Homerus, etiam ſimilia fecere certatiua. Vt, Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν. ὄνομα καὶ ἀρετή. Multa quoque apud grauem Sophoclem conſideraui.

De hyperbato.

QVi nunc hyperbaton interpretationis ambitum fucatamq; periodum eſſe putant, quid ſit hyperbaton ignorant: quod quidem non ſolum pulchrum, ſed neceſſarium eſt ſchema. Fit autem quando eius quod dictum eſt cauſam, quã auditor deſiderare debet, in medio interponit orator. Quare claritatis organum eſt hyperbaton: quale illud eſt: O᾽ amici, neque enim videmus, vbi tenebrę, neq; vbi aurora, neq; vbi Sol qui mortalibus lumen affert, terram ſubit, neque vbi exoritur, ſed cito conſiderabimus. Dicendo enim cito cõſiderabimus, turbaſſet ipſos, & ad interrogationem compuliſſet, quid factum eſſet: ac propterea cauſas in medio ſtatuit eius quod dixit, cito conſiderabimus. Item Thucydides, Athenienſes timuerunt, ne hoſtiũ naues eſſent Quare Thucydides timoris cauſas in medio interiecit? erat enim nox. Quare cauſam ſignorum coniunctio antecedit, ὁ γὰρ. Longum autem fit hyperbaton, quando cauſa alterius cauſæ vſum habet: quale illud eſt: Poſtquàm Athenienſium tyranni, ac alius etiam Græciæ, multo antè quàm tyrannis ſubiiceretur, plurimi nouiſsimiq;, præter Lacedæmonios qui in Sicilia imperabant, defecere. Quomodo Thucydides? Lacedęmoni enim præter Dorienſium poſſeſsionem, qui nunc eam incolunt, plurimo tem-

pore ſtetit: ac à principio, & legibus bene inſtituta, & ſine tyrannide fuit? Cauſam cauſæ demonſtrauit. Sũt enim anni quadringenti, quibus Lacedæmonii eadẽ repub. vſi ſunt: quare potentes effecti aliis ciuitatibus imperabant: deinde ad principium rediit dicens: Ex actis tyrannis. Hoc autem apud Homerũ, Αὐτὰρ ἐπεὶ διά τε σκόλοπας καὶ τάφρον ἔβησαν φεύγοντες: non eſt, ut quorundam fert opinio, hyperbaton. Non enim ulla cauſa media interponitur: ſed tanquam per ſcopulos & iugum, uiæ difficultas eſſet, poſtea planus in fuga exitus, ſic & narratio habet dictione referente fugientium affectum.

De antitheton

Antitheton ſchema eſt cui contradici non poteſt: conſtat enim ex his quę confitemur, ac ſententia ſententiæ opponitur, & quę ſimpliciſsima eſt, plurimũ poteſt: hoc modo: Literas docebas, ego autem ad ludum ibam: perficiebas, ego uero perficiebar: in certamen deſcendebas, & ego ſpectabã: ſcriba eras, ego cõcionem habebam: proſiliebas, ego uero ſibilabam. At hoc antitheto Demoſthenes abuſus eſt, cum rem uerã acciperet, obiiceretq; falſum: quemadmodum in oratione legationis, Philippi ſympoſiũ Olypiaq; uincentium, & ſatyri dialogũ comicæ perſonę pronunciantis. Sic aũt reficit adiutorum animos, ut in ſympoſio eſſe putetur. Mox alterum ſympoſiũ apponit Aeſchini tanquam uerum, mentiens interim cum nunquam fuerit, ut ſuperioribus uerbis recreati iudices, facilius ueris quę ſubinde inferuntur, fidem adhibeant. Quare hoc antitheton abuſiuum appellatur.

De adæquato ſchemate.

Pariſon ſchema eſt, & dicitur, quando idem nomen aliam aliamq; ſyllabam accipiens, diuerſas inde ſententias parit: quale apud Iſocratẽ genus eſt:

Ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής. In vtroque enim μανθάνειν eſt. Sed vbi πολὺ apponitur, ſignificat multa ſcientem: vbi φίλον vero adiungitur, ſignificat cũ uoluptate diſcentem. Item in Thucydide: Προεπιβουλεύειν αὐτοῖς μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν. Illud enim ἐπιβουλεύειν in vtroq; dicitur. Sed vbi apponitur πρὸ praeuenire inſidiantem ſignificat: vbi vero apponitur ἀντὶ, iterum vlciſci demonſtrat.

De fictione qua vtitur orator, vt rem inornate aggredi videatur.

CVm formæ rhetorices tres eſſe cenſeantur: in deliberatiuo genere maxime oportet etiam fateri quod conſulit. Neque enim ſuſtinet conſulens quæ à conſultore obiiciantur: ſed contrà conſiderare oportet, fateri, curare, quod à Demoſthene factum eſt: ſed, vt dicebat, non ſolũ beneuolum tempus illud nobis ac diuitem virum, ſed rebus à principio maxime accõmodatum poſtulabat. Conſultori igitur rerum experientiam ineſſe oportet. In iudiciali uero ſi præmeditatus acceſſeris, ex tempore te dicere fingas, quod ve teres fecere omnes. Quicunq; enim accuſabant, incõſulte & inornate rem aggredi ſimulabant. Cur igitur ita? nempe quid iudex ſuſpicatur ac timet, ne ſe orator ui oratoria fallat. Hoc igitur artificioſi oratoris eſt, vt videri non conſultum proficiſci ad dicendum, ſed ex tempore loqui. Itaq; ut hoc modo confundatur auditor, procemia tanquã ex improuiſo inuenta dicunt: deinde clàm ad rem redeunt perinde atq; interea cauſarum omnium ſint capita recordati. In demonſtratiuo genere vtrunq; præſtare non prohibemur, quando & accuſationem fateri, & negligentiam extemporalitatemq; ſimulare licet.

Quod quandoq; auxeſi in iudicio eſt in tempore vtendum.

ORator quandoq; auxeſi in iudicio, quandoque mox demõſtratione vtitur. Duo aũt ſunt tẽpota, quibus vti licet: aut quãdo res negligitur, aut quando perſona de qua agitur, illuſtris habetur. Hac arte Aeſchines, & in Timarchum, & in Cteſiphontẽ vſus eſt. In Timarchum enim res negligitur: obiurgatio nanq; lenocinatio videtur eſſe, humiliusq; ſcomma. Perſona de qua igitur præclara eſt: nam Timarchus honore dignus habetur, quando publicus fuit operator, imperium geſsit, ac mediam agit ætatem. In Cteſiphontem præuaricationis accuſatio, propter ciuitatis commoda aſpernatur: vbi tunc perſona Demoſthenis honoratur, & dignitatem habet. Quare in primis auget, deinde demonſtrat, vt conuertat auditores, & cogat, ut attente audiant, ac ne, aut honore perſonæ, aut negotii contemptu audire velint. Eadem cauſa, eadẽ inſtitutione in vtroq; libro peragitur.

Quod quandoq; mentitur orator.

QVandoq; rhetor conſciis auditoribus mentitur: quod fieri ſolet, cum ipſum mendacium auditoribus confert: propter priuatam enim utilitatem, rhetorem non arguunt. Sic & Demoſthenes in oratione pro Corona mentitus eſt. Nã cum Aeſchines diceret, quod Athenienſes eodem tempore pro pace legatos ad Philippum miſere, & ad ſocios, ut in Philippum coniurarent: & cum hoc Athenienſes fecerint, dicit: Quod & de magnis rebus ciuitatem criminatur: vbi planè mentitur. Si enim vos, & Græcos ad bellũ conuocaſtis, & de pace ad Philippum legatos miſiſtis, Furibati rem, non ciuitatis opus neq; vtilium hominum peregeſtis.

Quomodo iurabit, aut non iurabit orator.

NVnquam iurabit orator, nec iuramento vtetur à ſubiecto negotio ſumpto. Vt illud, Cædem fecit,

proditionem,aut aliud quiddam, ſed à more confirmabit, vt à Demoſthene factum. Vt mihi videtur, inquit,duplici de cauſa Athenienſes, per Deos qui me grauia pati exiſtimant,& cętera. Et rurſus,Per multas inopias,& per ſubiectas minas. Ex quo quidem manifeſtum eſt, non per negotiale iuramentum, ideſt, per id de quo agitur,ſed per morale iuraſſe oratorem. Primus autem morali iuramento Homerus vſus eſt, deinde Plato imitatur: poſt hunc Demoſthenes hæreditario more vſurpauit Morale quiſque præſtitit iuramentum, ac ſeorſum quiſque moris forma vſus eſt. Homerus enim tragicum: Ου μα ζηνὸς ἀγέλαι, καὶ ἄλγεα πατρὸς ἐμοῖο, per commoda patris iuramentum fecit Plato uero pariter morale:morale inquam ex contrario more: Non per Iouem,inquit, o' Calicles. Demoſthenes uero morale politicum: Non per eos,inquit, qui in Salamine in acie ſteterunt, neq; per eos qui in Marathone periclitati ſunt.

Quibus patronus eſt dandus.

INterdum quibuſdá deficientibus,ac minus potentibus, rhetor aliqua ex parte patronum concedet: quod quatuor modis fieri ſolet. Aut per naturam, ſi militer quædam eſt: aut per ætatem, ſi puer, vel ſenio confectus:aut per fortunam, ſi ſeruus, vel inhonoratus(quemadmodum in oratione contra Mediam, Demoſthenes Stratoni patrocinium attulit) aut decori & dignitatis gratia,ei,cuius res agitur, concedimus adiutorem.

Quomodo quis per contraria dicit, quod rectè faciendum eſt.

MEthodus eius qui dicit contraria iis, quæ vult fieri, quæ eſt? aſſequi quod vult, dum interim non videatur iis contraria dicere,quæ vult. Vitium in oratione hic virius eſſe videtur. Quod vero vitium in

oratione eſt? nempe, ideſt, ea dicere quæ facilè ſolui poſsint: item quæ contraria & inuerſa. Iſta igitur in ſchemate verborum, virtutē pariunt: quod ab Homero factum eſt. Agamemnoni Græcos experiri placuit, & cū illos manere vellet, dicit eos manere non oportere, ſed fugere. Ac per vniuerſam orationem dicit inuerſa, & quæ facilè ſolui queant. Ea quoque anticipat, quæ obiici poſſunt. Rem igitur contrarietate tranſegit, Τὸ γὰρ φῆναι, καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται: ideſt, hoc dicit manifeſtum eſſe, quod iam nauium ligna tabe contabuerunt, rudenteſq; omnes ſoluti ſunt. Quæ omnia fugæ aduerſari planè videntur. Quoniā modo fugient ſi naues non habent? Hoc autem ita dicit, ut eos renauigare non prohibeat, nec uerbis manere iubeat.

Secunda methodus.

IN præmeditatis cauſis, alia quædā ars eſt, quæ aduerſarii intētione iuuatur: & per multa fortiaq; proponitur, & in teſtimoniis verſatur. At tu contrà dicere fingas, ſic enim dicens non ſuſpectus eris, & quod cupis tibi erit. In hoc agitur verborum ſchemate, dicentem vincere, vinci eſt: contrà vero dicentem vinci, eſt vincere. Hoc itaq; modo fiet, quod uolumus.

Quòd ſępe ab oratore intenditur contrarii intento.

ACcuſator, eius qui reſponſurus eſt, non ſimpliciter ſæpe intentionē intendit. At id tribus fit modis, ſcientia opinione, auditu. Scientia hoc modo: Sciui quęcunq; per Iouē dicturus eſt, & quæcunq; huiuſce generis. Opinione hoc modo: Cito igitur fortaſſe dicet: tanq̄ dubitans de propoſitione. Auditu, quod de aduerſarii intentione audiuerit, & audiuiſſe aliquid ipſe dicturus eſt. Schemata vero intentionis capitum defenſoris, eodē modo ſe habent. Cuiuſq; enim tempus quęrendum eſt, Nanq; ignorare nō oportet, quan

do ſcientia, quando opinione, quando auditu uti debeamus. Intempeſtiuitas enim ſæpe etiã contraria facit, ut proponatur à defenſore. Quare aduerſarii quædam ſunt potiora, quædam imbecilla, quædam vero media. Imbecilla ſunt, ſi tanquam ſciens, per ſcientiam proponat. Media ſunt, ſi tanquam coniectans: quemadmodum eſt in opinione. Potiora vero, ſi tanquam audiens: ut audiuiſſe uidearis. Hęc autem quæ non in ſcientia uerſantur, magis ualent. Itaq; his modis intendere oportet. Demoſthenes in oratione in Meddiam, quę diuiſa ſunt miſcuit, ſcientiam inquam & auditum: hoc modo: Ἐστι δὲ πρῶτον μὲν ἐκεῖνος οὐκ ἄδηλος ἐρῶν, ἐξ ὧν ἰδίᾳ πρός τινας αὐτὸς διεξιὼν ἐπηγγέλλετό μοι. Per naturam enim rei & capitis potentiam, auditu: & per contemptus ſimulationem, ſcientia uſus eſt. Verum in oratione de immunitate, ualidiſſimum Leptinis de dignitate caput intẽdens, per ſcientiam intendit: hoc modo: Eſt autem non obſcurum, quod etſi quis alius ſuper lege dicat, nihil tamen iuſtum Leptines de ipſa decernet. Indignos enim quoſdam inuentos, miniſterii immunitatem exuiſſe dicet. Quapropter Demoſthenem ſchematis, & ſecundum naturam & præter naturam uſum fuiſſe dicimus. Hic enim Leptini ualidiſsimum hoc caput eſt: Demoſtheni vero facile, quod bene ſolui poſſit.

Quomodo eadem latenter, & ſibi & aliis dicant.

QVomodo aũt quis eadem ſibi & alii dicat, neq; tamen eadem dicere uideatur, duplici artificio fieri ſolet. In primis ordinis tranſmutatione: deinde plixitate ac breuitate. Eadẽ eſt & latius interpretandi methodus. Aut enim ordinẽ mutabis, quo ille uſus ẽ, aut menſurã. Vt ſi ille per longam orationem, tu eadẽ dices breuiter cõprehendens, aut è contrario. Sed cuiuſq; horum ſuũ tẽpus eſt. Deliberatiua nanq; oratio,

longitudinem recipit & breuitatem: ordinis autẽ mutationem habere non poteſt: quod in conſultatione omnino primum illum vrgens eſſe debet omni conſulenti. In demonſtratiua quoq; lex eſt capitum ordinis immutabilis: immutabilis pariter & natura rerum. Prolixitate igitur & breuitate vtimur, quemadmodum in deliberatiuo genere: ut in Olynthiacis & in his quæ de militibus in Cheronneſo Demoſthenes feciſſe viſus eſt. Eadẽ enim ſibi ipſi dicens, latenter egit. In demonſtratiuo aũt genere, Plato eadem dicens, Thucydidem in epitaphio nõ modo celauit, ſed & alia etiã dicere viſus eſt. In his igitur quę de bellis Thucydides meminit, exceſsit: Plato autem expoliuit. Contrà Plato in his quę de repub. præualuit: Thucydides excelluit. In iudiciali genere ordinis mutatio locũ habet: quod & Demoſthenes in oratione de immunitate fecit. Phormione enim legem criminante, ac diuiſionis, capitibus vtente, ut iuſto, utili, pulchro, & eo quod eſt dignitatis, ordinẽ mutans inuertit. Quomodo autem fecerit, in hoc tractatu enarrauimus.

Quomodo orator ſeipſum ſine inuidia laudabit.

LAudare ſeipſum, moleſtum cum ſit & odioſum, tribus methodis fieri poteſt, id ut ſine moleſtia fiat. In primis cõmunione orationis, deinde neceſsitatis, poſtremo perſonę ſubmutatione Horum exempla primum proœmium τῶν παραινέσεων Iſocratis ſatis pręſtare poteſt, ubi ſui ipſius laudem conſtituit. Vult enim dicere, quod ego vir ſum ſtudioſiſsimus, ac ſolus bonus amicus, ac mortuo patre o᾽ Demonice tui amantiſsimus. Quomodo igitur hoc fecit? Cõmuni oratione vtitur, cum de bonis hominibus & malis uerba facit: cumq; & bonorum & malorum amicorum mores ipſe diſcutit: hoc igitur modo ipſe ex bonis uiris unus

eſſe

eſſe uidetur. Demoſthenes quoq; in oratione pro Co/rona, ſe ipſe ac ſuam reipub. adminiſtrationem laudaturus, neceſsitate ſæpe vtitur: Cum ad ea, inquit, quæ feci, & in gerenda repub geſsi, peruenio, ſæpe de me ipſo dicere cogor. Et poſtquā neceſsitate vſus adhuc ſuſpectus eſt, perſonæ vtitur ſubmutatione. Eſt autem hoc: quando modeſtum quid & opportunum dicit, tunc ad Athenienſes conuerſus uerba facit: quando uero elatum quid & moleſtum, in Aeſchinem conuertit orationem. Non ſaxis extruxi ciuitatem ego, neque lateribus: ſed ædificium meum ſi conſiderare uelis, inuenies arma, ciuitates, ac ſocios. Et rurſus alibi: Earū rerum pro quibus de meo cenſu non parū impendi, ne una quidē die me reū eſſe aſſero: audis'ne Aeſchines? In eum orationē conuertit, ut inimicū triſtitia afficere, ac ne quid Athenienſibus exprobare videatur.

De palæſtris iudiciorum quas Demoſthenes inuenit

DVæ iudiciorum palæſtrç, duo, inquam, Demoſthenis cōmenta ſunt: & quod proprium & potiſsimū nobis ſit, etiamſi de eo non agatur, in iudicium adducere: & quod aduerſarii potiſsimum eſt, ac de quo agitur, eiicere. Id utrunq; fecit Demoſthenes, & occulte peregit. Nam quando proprium inducit, ſibi ipſe gratificans, neceſsitatem ſimulat. Quando uero aduerſarii rem reiicit, callidus ſimplicitatem effingit: quod & in oratione pro Corona, & in Ariſtocrate fecit. Nam cum aliquid de repub. à ſe geſta & de dignitate dicit, neceſsitatem ſimulat: quale illud eſt: Cum in ea quæ feci, & in repu. geſsi peruenio, ſæpe de me ipſo dicere cogor. Quando autē leges legit ac celat, fingit ſimplicitatem: ita enim loquitur. Adhuc leges mihi oſtendendæ uidentur. Tanquam extra propoſitum id recordatus, quod aduerſarii potiſsimū eſt. Et rurſus in

in Ariſtocrate: nam inducens de Cheronneſo oratio-nem ad controuerſiam nihil facientem, dicit. Neceſſe eſt autem primum omnium oſtendere, quid eſt, nos Cheronneſum quandoq; tuto poſſidere. Quod cum fecerit uerſutus, & ciuem Charidemum tractans, ut ſe adiuuet de legibus habita oratio, infert, Videbitis igitur, quàm iuſte, quàm ſimpliciter ſum uerba facturus, qui in eum ordinem ponam ipſum, ubi plurimum honoris aſſequatur. Quæ neq; nobis genere ciuibus licent, neq; ei puto facere oportere contra leges.

De ſecunda oratione, quibus cauſis patitur oratio, & quomodo fiat.

SEcūdę dictiōis genera iſta ſunt. Aut enim magnitudine ꝯtrouerſię diuidit̃ accuſatio, uel defenſio: aut præaccuſante aliquo & pręcertante, ſecundus inducitur orator, qui rem augeat (quo quidem modo in Ariſtogitonem orationes ſeſe habent) aut eadem ſecundus orator non auget, ſed aliqua addit, uel detrahit, tanquam ea quæ dicta ſunt corrigens (quale genus eſt in ſecundo Homeri libro, poſt Vlyſsis concionem Neſtoris oratio) aut pręcertante altero, alter orator dicendo præoccupat, quę ſecundo loco ab aduerſario dicenda erant (quale genus in Androtione habetur: præaccuſante enim Euctemone, quæ dicturus Androtion, Diodorus præoccupauit) Iſti ergo quatuor ſunt ſecundę dictionis modi.

De narratione.

VEteres in narrando duplici quodam artifico utuntur: relatione uidelicet propter tutelam, & confirmatione, fidei gratia: quale genus apud Iſocratem. Iuppiter Herculem & Tantalum genuit, ut fabulæ dicunt, & omnes credunt. Illud autem, Vt fabulę dicūt, relatio eſt: hoc uero, Et omnes credunt, confirmatio. Item Euripides, Iuppiter ut dicitur, relatio: propter

ueritatem, confirmatio Item Herodotus, Sic dicunt Corinthii, relatio eſt: conſentiuntq́; his Leſbii, confirmatio Item Thucydides, Dicunt autem, relatio: & hi qui certisſima Peloponneſium memoria à maioribus acceperunt, cõfirmatio. Quin etiam & Demoſthenes, Sic ego à quodam ex his qui in ipſa prouincia nati *ſunt*, accepi: uiro quidem qui nullo pacto mentiri poſſet. Item hoc à Platone ſumptum eſt, Sic ego à ueniente rege audiui: uiro quidem fide dignisſimo.

De cõibus ſentẽtiis, quõ eas i dicẽdo accõmodam⁹.

ANtiqui cum communes ſententias dicunt, communionis confesſione, ſuas efficiunt: quale illud Iſocratis eſt: Omnes qui huc accedunt, ea de quibus uerba faciunt, maxima eſſe dicere ſolent. Quid ita? ſi & aliis iſta dicere commodum eſt, mihi quoq; conuenit. Item Demoſthenes in Timocratem. Solent equidem multi, Item Aeſchines in Timarchum Et, ut decet, orationes quę in publicis cauſis haberi ſolẽt, mendaces non ſunt. Priuatæ enim inimicitiæ multa in republica corrigunt & emendant. Et rurſus in Timarchũ Aeſchines: Non ignoro, quoniam ea quę dicturus ſum in primis: et reliqua In Olynthiacis autẽ Demoſthenes in prima oratione, communi ſententia uſus, cum pro multis pecuniis, eos dicat electuros, quę reipub. conferre putarent, non communione confesſionis uſus eſt: quare calliditate utitur, & confesſionem omittit. Præconfirmat autẽ in procemio, uectigales pecunias militibus dari oportere. Nam ſi communionẽ fateatur, dicat autẽ id dicere ſibi cõferre, ſuſpectus haberetur. Nunc cõmuni ſententia uſus, ac fallẽs ipſos confitentes, poſtremo commemorat negari eos quos uectigaliũ puduerit pecuniarum. Qua ex re ſic in principio imprimit, infigit, quãdo aliquid ſibi utile narraturus eſt: nec prius deſiſtit, quàm bene in animo

impreſſerit auditorum. In quatuor orationibus hoc fecit: in oratione pro Corona, in Mediam, in Ariſtocratem, ac deniq; in prima Olynthiaca.

De uſu uerborum in oratione pedeſtri.

QVot modis in pedeſtri oratione verborũ vſus fieri poteſt? Duobus, conglutinatione & parœdia. Conglutinatio eſt, quando delectũ verbũ ita concinne in oratione conquadrat, ut cõſonare videatur: quale apud Aeſchinem in Timarchũ: Ἐπισάσκέ που καὶ τοῦ πατρόκλου ψυχὴ καθεύδοντι τῷ ἀχιλλεῖ, ἐπισκήπτει περὶ τοῦ ὁμότάφος αὐτῷ γενέσθαι. Οὐ γὰρ ἔτι ζωοί γε φίλων ἀπάνευθεν ἑταίρων, βουλὰς ἑζόμενοι βουλεύσομεν: & quæ ſequuntur. Itẽ Euripides: Ὁ δ' εἰς τὸ σῶφρον ἀπ' ἀρετήν τ' ἄγων ἔρως, ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν, ὧν εἴς εἴην ἐγώ. Parœdia eſt, quãdo partem dicens uerbi, ex ipſo reliquũ interpretatur ſolutè. Et rurſus, cũ uerbi alteram partẽ dixerit, de proprio ita addit, ut vnã formã faciat. Quod genus apud Demoſthenem in oratione de legatione: Ὅστις δ' ὁ μιλῶν ἥδεται ταυτὰ πρεσβείων φιλοκράτει, οὐ πώποτ' ἠρώτησα, γινώσκων ὅτι ἀργύριον εἰλήφει οὗτος, ὥσπερ φιλοκράτης ὁμολογῶν.

De uehementibus in auditore affectibus.

IN vehementes affectus contrà intendere nõ oportet, ſed cedentes conſolari. Quod Homerus fecit, Thucydides imitatus eſt, Demoſthenes hæreditario iure idem aſſequutus, Iſocrates quoq; tradidit. Homerus: Ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι· καὶ γάρ τίς θ' ἕνα μῆνα μένων ἀπὸ ἧς ἀλόχοιο ἀσχαλάᾳ σὺν νηὶ πολυζύγῳ. Itẽ in oratione Periclis Thucydides: Seruit enim, inquit, factum repentinus inexpectatusq;, ac rationi minime conſentaneus. Item Demoſthenes: Si quis veſtrum, inquit, Philippum fortunatum videns, iam horribilem bella moliri putat, prudentis ſanè uiri rationi vtitur: magnam enim momentum. Iſocrates autem dilucide ſic id ipſum prodidit. Neque enim aduerſus omnium

conſimilium iras, ſed furentibus ipſis planè cedens, mox quiſcente furore increpauit.

De confeſsis maleficiis.

POſtquàm maleficia confeſsi ſunt, cõſolatio una ſupereſt, confeſsio uel excuſatio: quod quidem Homerus docuit, Herodotus imitatus eſt: hoc modo: Helena tã Græcis quàm barbaris, & quàm maxime Troianis omnium maloꝝ cauſa confitendo moleſte excepta ex. Quid igitur facit, quando cũ aliquo Troiano diſputat? ſe ipſa accuſat, & confitetur iniuriam: & ob id non ſolum ipſi excuſationis, ſed per miſericordiã conſolationis cauſa extitit. Accuſatq; itaq; ſeipſam, ut ſenem, ſi odio habeatur, tranſmutet & ad miſericordiã inclinet. Reſpondet igitur, Nõ utiq; mea culpa eſt ſed Deoꝝ. Item apud Herodotum Adraſtus de Crœſo bene meritus, ac ipſum euexit, ac cuſtos dimiſſus erat filii ipſius Deinde cũ ipſe Atym i uenatione interfeciſſet, ac Crœſus exclamaret, uehementiſsimeq; indignaretur, ſe ipſum offerẽs accuſat, ac necari iubet. Quare Crœſus apud Herodotũ Priami uocem emittit Vnus profecto tu non eſt cauſa mihi horũ malorum, ſed Deorũ aliquis, qui mihi id in ſomniis præſignificauit.

De tragica oratione.

TRagicam orationem Homerus docuit, & Demoſthenes imitatus eſt. Quandoquidem tragicum & tragœdiæ patrem Homerum fuiſſe Plato teſtatur. Quomodo autem in poemate ſuo tragœdias excitauerit, conſiderandum eſt. Ibi capturam & ruinam nõ retulit, quã ex arte reliquit: quoniã vnius ciuitatis populatio, ad concitandam in ſuo pœmate tragœdiam, non ſatis accommodata eſſe uidebatur. Quid igitur fecit? Nempe duobus uerbis omnem ciuitatis populationẽ abſoluit. Viros, inquit interficiunt, ciuitatẽ incendio delent, filios alii ducunt, ornataſq; mulieres.

Poſtquàm enim Hector interfectus eſt, Andromache, Hecuba, Helena, Troianorumq; chorus nonnullla dicunt, atq; varii actus inſunt, ut plenam tragœdiam dicere videatur. Quid igitur exiſtimamus nobis optimū Homerum dicere? nempe interpretationis & expoſitionis magna breuitate magna ſeruat, conciſionis interim magnitudine illis ipſis ſeruata. Breuia uero & quę friuolas ſunt, verborum comprehenſione magnitudinem acquirunt: quale genus à Demoſthene celebratū, qui Phocenſium captiuitatē tragico more expreſsit, paucisq; verbis ruinam gentis complexus eſt. Cernere, inquit, erat erutas domos, diruta mœnia, deſertam ab omni ætate regionem, puellas puerosq; omnes viros atq; ſenes, longè miſerabiles. Vbi vnice Homerū contēplatus eſt. In Cononis vero cauſa, iniuriæ expoſitionem breuiter complexus, quæq; enarrauit: & rei humilitatē exuberante interpretatione & iniuiriæ tragœdia, in magnitudinem extulit.

De comica oratione.

Comicè loqui eſt ſalſe mordere. Tribus modis fieri ſolet. Aut enim hoc ſchema ſecundum parœdiā, aut ſecundum expectationem, aut è contrario naturæ rerum fiunt ſimilitudines. Harū exempla partim ex Comico, partim ex uita, partim à rhetore capiemus. In primis quæ ſecundū parœdiam ſunt, ita ſe habent: Ολᾶς; Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει. θέλων γὰρ εἰπεῖν τὴν κεφαλὴν κόρακος ἔχει, διὰ τὸ τραυλὸν εἶναι δῆθεν. Theolus caput blanditoris habet: uoluit enim dicere, corui caput habet, quare balbus eſt. Et errans, uocem comico more correxit. Quod autem præter expectationem, hoc modo fit: Hoc negotium faſtidioſum eſt, neq; id ſortiri volebam: poſtquàm aūt ſortitus ſum, quando auditor id audiendum eſſe approbat, cōmemorabo. Dicit enim nollem. Si in magnitu-

dine rerum è contrario imagine vti uolumus,hoc mo do fiet: cum magno paruum & paruo magnum cõpa ramus: quale illud eſt: Coturnices æque pugnabant, ac Aiax & Hector. Item,Hector & Achilles, ut galli decertabant. His omnibus ĩ oratione pro Corona Demoſthenes vtitur. Ex quo facile extat eum comœdiã minime ignoraſſe. Parœdia ſic vtitur: Τὸν μὲν πατέρα κὐν τὶ τρόμητος ἐποίησεν ἀτρέμητον: ideſt, patrẽ pro trepido intrepidũ fecit. Hoc præter expectationẽ ſic execuit, cum de Æſchine verba faceret. Num erat eorum, quorum eſſe dicebat? ſed ex his quos ciuitas execrabatur. Similitudinum aũt contrarietate ſic vſus eſt. Vt, Ipſemet tragicus, ſimiaſter, agreſtis, uinoſus.

De ambiguitate.

MVltas Antiquorum operibus ineſſe ambiguitates, pleriq; iudicant. Nos uero contrà ſentimus, qui nullam in antiquis monumentis eſſe amphibologiam aſſerimus. Neceſſe enim eſt, aut alteram ſententiã eſſe abſurdam, aut inconcinnam eſſe compoſitionem, & ratione carentem: quale illud Homeri eſſe volunt: Θεοῖσι δὲ θύσαι ἀνώγει πάτροκλον, ὃν ἑταῖρον. Hoc dicunt, Vtrum Patroclũ iugulari iubet, an Patroclo imperat, Diis ut ſacra faciat. Itẽ illud: Ὦ ζεῦ γένοιτο καταβαλεῖν τὸν σῦν ἐμέ. Ambiguum eſſe dicunt hunc ſenſum ibi eſſe oportere aſſerentes. Rogatum Iouem à ſue deſtrui. Sic ſenſus abſurdus eſt, abſurdaq́; interpretatio. Item illud: Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, στασιάσαντες δὲ ἔτη πολλὰ ὡς λέγεται, ὑπὸ πολέμου τινὸς τῶν προσοίκων βαρβάρων ἐφθάρησαν: ideſt, hoc modo iam multos annos, ut fertur, inſidiantes, à quodam finitimorum barbarorum bello corrupta ſunt. Quærunt iſti, A quo corrupti ſunt? à bello'ne an à ſeditione? Impoſsibile eſt à bello corrumpi. Quod vero dicit tale quiddã eſt. Ob bellũ inter ſeſe diſsidentes, perierunt, Vt ſeditio à bello fiat, corruptio uero ex

ſeditione. Nemo enim dicit à bello corrupti ſunt. Hęc de ambiguitate.

De efficacia concionis, dialogi, tragœdiæ, comœdię, Socraticorum ſympoſiorum.

Concio, dialogus, comœdia, tragœdia. ſympoſiaq́; ſocratica, duplici artificio texuntur. Concio increpationem habet & conſolationem. Increpationis eſt, auditorum mentes inſtruere ac prohibere. Conſolationis eſt Moleſtiam ex increpatione conceptam, adimere, Huiuſcemodi contextus exempla; ſunt omnes Philippicæ, quæ promiſcuè ſunt accõmodatæ Comœdię textura, ſalſa eſt & ridiculoſa: ubi ſales prudentia conditi ſunt, & ridicula fabuloſa conſolantur: quod uel ex ipſis poematis diſci poteſt. Maxime quidem in Acarnanibus Ariſtophanis, ſic planè loquentis: Οσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν, τὸ πικρὸν Ηδὴν δὲ βαιὰ λέγων, γελοῖον πάθος: ideſt, quæcunq; ipſius cor docui, hôc ſalſum eſt: ſedebant, ego uero breuia dicens: hic ridiculoſus eſt affectus. Tragœdiæ textura, commiſeratio eſt, & admiratio: quemadmodũ & ex tragœdiis diſci poteſt, maxime quidẽ ex his quæ ſunt Homeri. Hunc enim tragœdiæ patrẽ & choragum Plato dicebat. In prooemiis igitur eius, miſericordiam & admirationẽ promiſcue inuenimus. Socratici uero ſympoſii textura, & perſonę, & res, ſtudioſæ ſunt & ridiculæ: quale genus eſt, Xenophontis Platoniſq́; ſympoſiũ. In Cyripædia, ita Xenophon inquit. Cyro curę ſemper erat, cũ conuiuaretur, quomodo uerba gratius dicerẽtur, & quæ ad uirtutes uehementius concitarent. Dialogi cõpoſitio eſt, ut eius oratio moralis ſit & inquiſitiua, quę in diſceptatiõe verſetur, ubi promiſcue quęritur & diſputatur. Interiecta verba, animo quietẽ ferunt: allata quiete quęſtio inducitur: quemadmodum & in organo, intentionem & remiſsionem fieri videmus.

De negatione & affirmatione.

NEgatio idem quãdoq; quod affirmatio poteſt: quandoq; minus, quãdoq; magis. Tunc æque ualet, cum per dictionis affinitatem, aliquis ne idem dicere uideatur, dictionem mutat: hoc modo: Θύων τε γὰρ φανερὸς ἦν, καὶ μαντικῇ χρώμενος οὐκ ἀφανὴς ἦν: ideſt, ſacerdos enim manifeſtus erat: Et diuinatione vſus, non obſcurus erat, idem expreſsit. Minus autem & magis, cum per ſecuritatem deprimimus: uel per anxeſim, cum moris appoſitione uehementer intendimus: quale illud eſt: Ὦ ξεῖν᾽ ἐπεὶ οὔτε κακῷ, οὔτ᾽ ἄφρονι φωτὶ ἔοικας, ideſt, o' hoſpes poſtquàm neq; cum malo & imprudẽti homine habitaſti: & reliqua. Hic minus eſt, neq; malum & imprudentem dicere, quàm ſi bonum diceret & prudentem. Non enim uiderat ipſum, ut de ipſo hæc teſtetur, ſed malitiam ſibi auferre, neq; aſcribere uirtutem, ingentem putat eſſe benignitatẽ. Quando autẽ Homerus inquit, Ἐπεὶ οὐ μὲν ἀφαυρότατος βάλ᾽ Ἀχαιῶν, ideſt, poſtquàm non debiliſsimus Achiuorũ iacebat: & reliqua: maiorem affirmatione, negationem oſtendit. Hunc enim omnino ualentiſsimum oſtendere voluit. Eodem modo etiam illud eſt: Hoc viſo non ſanè lætatus Achilles. Ex quo nimis triſtem eum eſſe per negationem oſtendit.

FINIS.

DEO LAVS, HONOR, ET GLORIA.

APHTHONII

CLARISSIMI PRÆTORIS,

AB ANTONIO BONFI/NE TRADVCTI,

PRÆEXERCITA/MENTA.

* εἰκονίζων ἀ/λήθειαν, idest, imagine quadā repræſen/tans veritatē.

Aeſopus.

Fabula tri/plex.

Rationalis.

Moralis.

Mixta.

Promythion

Epimythiō.

Fabula cica/dæ & formi caum.

Fabula.

FABVLA è poetis promanauit, & ad mouendum rhetoribus communis eſt. Fabula autem eſt falſa oratio,* ue/ritati ſimilis: quæ Sybaritica cilix, & Cypria vocatur: & ſecundum inuento res nomina ſortitur. Euicit tamen, ut potius referretur ad Aeſopum: quippe qui optimè omniū fabulis uſus fuiſſe dicitur. Fabularum autem alia rationalis, alia moralis, alia mixta. Rationalis, in qua quid faciens ho mo fingitur. Moralis eſt, in qua irrationalium mos imi tatur. Mixta, ex vtriſque, rationali ſcilicet, & irratio/nali efficitur. Monitionem, cuius cauſa fabula conſti/tuitur, exordiens, promythion appellabis, quaſi pri/mam fabulæ partem: finem uero inducens, epimy/thion. Feruente iam æſtate muſicum concentum ci/cadæ efferebant. Formicas labor & magna legendi fructus cura inuaſerat, quo hyeme nutriri poſſent. Sub eunte iam bruma, formicæ pro quo tantopere inſuda/uerant, frumenti aceruo paſcuntur. Cicadas pernicio ſa voluptas ad inopiam redegit. Sic iuuentus in flo/rida ætate ſubterfugiens laborem, in ſenectute ſubire cogitur egeſtatem.

De narratione.

NArratio eſt rei geſtæ, uel tanquam geſtæ expoſitio. Narratio* à deſcriptione differt, ut à poeſi poema. Poeſis enim tota Ilias: poema eſt, ut amorꝰ Achillis approbatio, explicatio'ue. Narratio enim diuiditur in*argumentum, hiſtoriam, negotiumq́; ciuile. Argumentum enim rē fictam continet Hiſtoria antiquā cōplectitur expoſitionem. Negotium ciuile, quo in diſceptatione rhetores vtuntur. Narrationi ſex accidunt: perſona agens, actum negotium, tempus ſecundum quod, locus ī quo, modus quomodo, cauſa per quam. Narrationis virtutes quatuor ſunt: dilucíditas, breuitas, veriſimilitudo, & in nominibus propria linguarum ratio.

*Græcis eſt διήγημα, & διήγησις, quæ ſi cōmodè Latinis reddas, nihil differre videbuntur. Aphthonius autem διηγήματος uocabulū vt genus, διηγήσεως uero ut ſpeciē conſtituit.

*δραματικόν, nempe quo ī poeſi aut fabulis perſonæ introducuntur.

Exemplum narrationis fabulæ de roſa.

QVi roſæ pulchritudinem admiratur, eum Veneris plagam conſiderare oportet. Dea enim Adonem amabat, & deā Mars. & quod Venus Adoni, id Veneri Mars pręſtabat: deus deam ardebat, & dea hominem ſequebatur. Cūm ſimile deſideriū genus perturbaret, deus nimia zelotypia laborans Adonem interficere ſtatuit, ratus ex Adonis morte amoris ſolutionem futurā: proinde Adonē percutit. Hoc docta Venus iuuare contendit, ac nimio ſtudio in roſam demiſſa in ſpinas concidit. Pedis planta grauiter perforatur. Sanguis è vulnere defluens roſæ colorē in proprium mutauit aſpectum. Roſam igitur à principio albam, in quod nunc uidetis hoc modo deuenit.

Venus.
Adon.

De chria, vel uſu.

CHria, uel vſus eſt quæ breuem cōmemorationē in aliquam perſonam decenter refert. Ab vtilitate in dicēdo nomē accepit. Cuius pars altera in uerbis, altera in rebus verſat: tertia media dicitur. Ea quæ in uerbis eſt, uerbis oſtendit utilitatem: ut Plato virtutis ra-

Plato de uirtute.

mos ex ſudoribus laboribusq; conſtare dicebat. Quæ rerum eſt, actione vtilitatem repræſentat. Hoc modo Pythagoras, quanta eſſet hominum uita, interrogatus, breue quid oſtendens abſcondidit, menſuramq; uitæ breuem illum conſpectũ fecit. Media ex utriſq; conficitur, hoc modo: Diogenes puerum videns *ſtulta agitantem, eius pædagogum verberauit, dicens: Cur hęc doces? Hæc eſt igitur chriæ diuiſio. In exercitanda chria his capitibus vtemur, laudatione, interpretatione, ratione, argumentatione à contrario, parabola, exẽplo antiquorum, teſtimonio, breuiq; epilogo.

Pythagoras.

*ἀτακτοῦντ: id eſt, incõpoſitè, uel immodeſtius agentem.

Chria in uerbis ex laudatione.

Exemplum morale.

ISocrates diſciplinæ radicem amaram dicebat, fructus vero ſuauiſsimos. Laudatio, Iſocratis artem admirari par eſt. Hic enim nomen ipſi clarum oſtẽdit, & quanta illa eſſet, exercendo demõſtrauit, artemq; magno præconio diffudit: nõ ipſe ab arte pędicatus eſt. Quęcunq; igitur uel regibus leges dando, uel quenq; monendo, ut bonam hominum vitam formaret, philoſophatus eſt, narrare longum eſſet. Sed quæ diſciplina diſſeruit videndum eſt. Interpretatio, *hic diſciplinæ opus à laboribus inchoat, qui in utilitatẽ definant: quę vbi philoſophatus eſt, hęc deinceps admiremur. Ratio, Diſciplinæ enim amatores à diſciplinæ autoribus *inſtruuntur: quos adire timor eſt, relinquere uero ſtultum. Semper enim pueros, & eos qui ſunt, & qui erunt, timor circunuenit. Magiſtris pædagogi ſuccedunt, & pro his haberi ſolent: qui cũ aſpectu formidoloſi ſint, verberando longè maiorẽ timorem incutiũt. Periculũ timor antecedit, timorẽ pœna ſequitur. Nãq; puerorum delicta puniunt, domeſticaq; officia iudicant. Sed pædagogis patres longè videntur difficiliores: cũ deambulare iubent, iter obſeruant, & in foro q̃

*ὁ παιδείας ἐρῶν, diſciplinę amator.

* σωνεξετάζοντες, id eſt, examinantur, ac expendunt.

maximè: & ſi prohibere opus eſt, naturam ignorant. Inter hos igitur verſatus puer, ſi inter homines prodierit, virtute coronatur. Si quis aūt hoc timens, magiſtros fugiat, patres enitet, pædagogos auertat, omnino rationis expers erit: & dum metum fugit, orationibus diſciplinisq; priuabitur. Hæc omnia Iſocratis ſententia monet, amarā diſciplinæ radicem referens. Sicut enim qui terrā colunt, cum labore ſeminant, & cū uoluptate fructus legunt: ita diſciplinę autores poſt laborem gloriā adipiſcuntur. Si Demoſthenis vitam mihi *definieris, quid aliud dices, niſi quoq; oratore laborioſiorem, mox rhetorem factum, omnium oratorum fuiſſe clariſsimus? *& quo plus ſtudii præſtitit, eo plus decoris, & gloriæ ſibi uendicauit, ſummum ornamentum à virtute ducens. Ea quidem laboribus impendit, quæ cæteri ad voluptates referunt. Proinde Heſiodum admirari oportet: qui aſperam virtutis viam, ſummitatatem vero facilem referebat, conſimilem Iſocraticæ ſententiam philoſophatus. Quam Heſiodus uiam dixit, Iſocrates uario nomine radicem uocauit: uterq; unam ſententiam cōmentatus eſt, Quę quidem omnia qui conſiderant, Iſocratem admirari debent, optima quæq; de diſciplina philoſophatum.

Ex contrario
Parabola.
Exemplum.
Demoſthenes.

*ἴδε, inſpice.
*καὶ γὰρ τοσοῦτον αὐτῷ σπουδῆς περιῆν ὡς καὶ τὸν κόσμον προσαρῆσαι τῆς κεφαλῆς. adeo enī ſtudiis addictus ut capitis ornamentū detonderet, comam ſcilicet ipſam.

Antiquorum teſtimonium
Heſiodus.

Sententiæ definitio.

SEntentia eſt oratio in enunciationibus primaria ad aliquid conuertens, vel diuertens Sententiarum aliqua ſuadet, aliqua uero diſſuadet, aliqua enunciat: aliqua ſimplex, aliqua coniugata: aliqua uerisimilis, aliqua uera, aliqua hyperbolica, ideſt, ſupra ueritatem Suaſiua quidē: ut, Oportet hoſpitem aduentantē oſculari, & diſcedere volentem. Diſſuaſiua: ut, Non oportet noctē dormire virum conſilia ferentē Enunciatiua: ut, Opus eſt nummis: & ſine his eorū quę neceſſaria ſunt, nihil fieri contingit. Simplex: ut, Vna au

gurium auis optima pugnare pro patria. Coniugata: ut, Non bene ſi multorum dominatio, unus tyrannus eſto. Veriſimilis eſt: ut, Talis eſt quiſque, quales ſunt amici, quibus delectatur. Vera: ut, Vitam iucundam, uel triſtitia carentem in nemine contingit inuenire. Hyperbolica ſupra ueritatem: ut, Nihil imbecillius terra homine nutrit. Hæc quidẽ eſt diuiſio ſententiarum. Vteris autem in hac capitibus chriæ, laudatiuo, interpretatione uidelicet cauſæ, ex contrario, collatione, exemplo, teſtimonio antiquorum, epilogo breui. Differt autem chria à ſententia: quod illa aliquando eſt in factis, hæc ſemper in uerbis: Deinde quia chria perſonis indiget, ſententia uero ſine perſonis effertur.

Sententiæ perſuaſiuæ exemplum, & declamatio.

Theognis. A laudatiuo.

PAuperiem fugiens, undas, pontumq́; profundũ,
Inuia ſaxa ſimul Cyrne coactus obit.

Poeſim Theognis accuſari non ſuſtinuit, pro fabulis uitæ documenta tradens. Videns enim poetas,* qui multa fingunt, dimiſsis fabulis, rectè uiuendi documenta carmine exarauit, & cum carmine gratiam retinuit, & documenti emolumentum intulit. Si quis autem de multis rebus Theognim laudet, in his maximè laudare debet, quæ de paupertate philoſophatus eſt. Quid enim dicebat? Qui cũ paupertate uiuit, præcipitem dari cupit. Item, Quanto melius è uita decedere, quàm ſolem pudoris teſtem poſsidere? Et quæ in hunc modum ſcripſit, haud ab re erit quã pulchrè philoſophatus eſt conſiderare. Nam qui cum paupertate degit, primum quidem ſi puer eſt, uirtutem nullam exercet: ſi * inter homines prodierit, difficilia quæque ſubibit: ſi legatus erit, pro pecunia patriam deſeret: ſi concionetur, pro argento exclamabit ſi iudicium ſortiatur, pro largitionibus iudicabit. Ne

* μυθολογεῖν περὶ πολλοῦ ποιουμένους, qui fabulas pluri mi facerent.

Ab interpretatione. De paupertate. A cauſa.

* προϊὼν δὲ εἰς ἄνδρας, id eſt, vbi in uiſum euaſerit.

Ex cõtrario.

tales quidem eſſe uidentur, qui rerum inopia liberati ſunt. ſi pueri fuerint, in quacunque re ſe pulcherrimè gerunt: ſi in homines exierint, præclariſsima quæque operantur: in feſtis, ac bello uaria edūt munera. Sicut enim qui graui uinculo obſtricti ſunt, nullam operandi facultatem habent, ita qui in paupertate degunt, omnem audendi difficultatem ſubire coguntur. Conſideres Irum, qui Ithacenſis fuit, qui nemini ciuium* ſuam egeſtatem cōmunicauit, tanta inopia laborauit, ut nomen mutarit: Arneus primum dictus, mox Irus appellatus: à ſeruitute, & labore nomen accepit. Sed quid Irum dicimus? Vlyſſem memoria repetamus Ithacæ dominum: qui poſtquàm in patrium ſolum deſcendit, paupertatem ſtatim ſimulauit: cuius etiam malorum haud expers fuit, poſtquàm domi poſitus à ſeruis undique circumuentus eſt. Difficilis eſt itaque paupertas, quantum uix animo exiſtimari poſsit. Proinde Euripidem ſic mirari opus eſt, qui non habere, malum eſſe dicit, & impoſsibile eſſe nobilitatem mutare paupertatē aſſerit. Quare, ut pars eſt, Theognim mirari debemus, hęc ipſa de paupertate philoſophantem.

A collatiōe. Ab exemplo Irus. οὐ μετελάμβανεν ἁ δᾶμον, id eſt, cū nemine ciuium libertatem cōmunem habuit. Arneus. Vlyſſes. A' teſtimonio antiquorum. Euripides. Ab epilogo breui.

Refutationis definitio.

Refutatio eſt præpoſitæ rei improbatio. Refutanda quidem ſunt quæ non nimis certa, & quæ non penitus impoſsibilia ſunt, ſed quæcunq; ancipitem habent opinionem. Oportet autem refutantes de eorum qui dicturi ſunt, calumnia dicere: poſt hęc rei expoſitionem afferre. His autem capitibus utentur: primum quidem ab incerto, & incredibili: poſteà ab impoſſibili, inconſequenti, indecenti refutabunt. Opus eſt etiam in concluſione incommodum ducere. Exercitatio uero ipſa omnem artis complectitur potentiam. Poetis aduerſari, & contra eos dicere, abſurdum eſt. Sed aduerſus ſe ipſi dicunt, inuicemq; cōgrediuntur.

Refutationis exemplum.

Procemiũ ex dicentiũ calumnia.

In deos primi hæc confabulati ſunt. Quomodo igitͤ non abſurdum eſt illos Deorum nullam habere ratio/nem,& nos magnam quidem habere poetarum? Iniu/rias & opprobria omnium Deorum apprimè doleo: ſed quàm maximè Apollinis, quem ſuæ artis ducem faciunt & autorem.

De Daphne & Apolline, Ab expoſitione.

De Daphne demũ Apollinis hęc fingunt. Daphnẽ ex terra & Ladone productam aſpe/ctuq; multis præſtantiorem ferunt. Cuius amatorem Apollinem faciunt. Hic amans puellam ſequebatur: nec ſequens mutuo amore ab ea redamari ſentiebat. Terra puellam excepit: ramum ſui nominis extulit quem in coronam continuo tranſtulit, & ob puellæ amorem in Pythium tripoda recondidit. Ramum igi/tur hunc poeticæ artis inſigne eſſe iuſsit. Et alia in hunc modum poetæ fabulantur, quos cõfutare haud erit iniquum.

Ab incerto.

Daphne ex Ladone & terra prouenit: quam generationis fidẽ hoc habet? num hæc homo?

Ab incredibili.

num aliam iſti natura præter hanc habebant? Quo pacto Ladon ſuo alueo * defiuens cum terra coiuit? num omnes fluuii terræ mariti cognominantur, qui eam interfluunt? Si ex fluuio homo prouenit, pro/fecto fluuium ex hominibus prouenire par eſt. Mutuę enim ſucceſſiones qui futuri ſunt, oſtendunt. Cui flu/uii & terrę nuptias nominant? Senſibilium enim hy/meneus. Terra uero ſenſibilis eſſe nequit.

*ἐπικλύζων. τοῖς ὕδασι, aquis ne inũdans?

Ab impoſsibili.

Vel igitur Daphne inter fluuios computanda, uel Ladon inter homines ponendus. Verum ſi concedatur poetis, ex terra &, Ladone Daphnen eſſe natam, hæc edita à quibus enutrita eſt? Quod ſi generatio concedatur, impoſſibilis erit educatio. Vbi enim uiuendi modũ habuit? A parente quidem. Et quis hominum * fluuio uiuendo modum affert? Celabat pater ſuo familiam profluẽte demergens, uel ſuis undis aluit. At ſub terra à matre puella uiuendi modum habuit? Nam latebat:

*ἐν ποταμῷ φέρει τὴν δίαιταν: in fluuio vitam ducit.

& ſi

& ſi latebat, uideri non poterat. Cuius enim pulchritudo celatur, deſiderium creari non poteſt. Quod ſi hoc etiam poetis iam concedi uelis: quonam pacto deus pro deſiderio ſuam mentitur naturam? Amor enim omnium quæ ſunt difficilimus eſt. Diis autem grauisſima adſcribere impiū cenſeri ſolet Si morbos dii ſubeunt, quid à mortalibus differunt? Si amorem omnium rerum miſerrimum patiuntur,* cur alios liberant, & miſeriam omnium grauisſimam ferunt? Verum neque affectum natura uidit, neque Apollo amator uiſus eſt Quo enim pacto puellam inſecutus eſt Pythius? num mortali īferior factus eſt? Viri mulieribus præſunt, an'ne mulieres nunc maiora iura quā dii ſortiuntur? Num quod uiris ſubeſt, diis præeſt, & imperioſe dominatur? Cur mater puellam fugientem excepit? An malorum nuptię? Et quonam pacto ipſa mater effecta eſt? Quippe bonorum. Quid puellam bonis priuauit? Proinde uel mater non fuit: uel ſi fuit, mala exiſtimatur. Cur idoneis operibus terra aduerſatur? Cur Pythium ingenti triſtitia confecit, ſi ſalutem erat allatura? Quod ſi ademptura erat, quonam pacto illum in uitam reuocauit? Reuocare non oportebat, ſi enecare uolebat. Cur Deus eo germine coronatus? Cur inſigne uoluptatis arborem apud tripoda ſtatuit? Virtutis ſignum diuinatione oſtenditur.* Quonam igitur modo Pythius cum his coiuit, quibus cū miſceri non potuit? Cur mortalis occaſio, terminus uero immortalis? Sed hic poetarum finis eſto, ne contra poetas clamaſſe uidear.

Ab indecēti. De amore.

*τὶ τῶν πολλῶν κἀλλοτρίαν quid à multis diſtare uidētur,

Ab inconſequenti.

Ab incōmodo.

*πῶς οὖν συνῆψεν δηνύδιος, ἃ μὴ πέφυκε μίγνυσθαι, quo modo ea cōiunxit Apollo, quę ſuapte natura cōiunctionē nō patiuntur.

Ab epilogo breui.

Confirmationis definitio.

Confirmatio eſt propoſitæ rei approbatio. Confirmanda ſunt ea, quæ neque nimis certa, neque penitus imposſibilia ſunt, ſed ancipitem habent opinionem. Oportet autem confirmantes contrariis

ἀφφνῶν, lau- vti refutationis legibus: & primũ quidẽ dicere *appro-
dem. bationẽ eius, qui dicturus eſt: deinde in parte ponere
expoſitionẽ, & cõtrariis uti capitibus, pro incerto qui-
dem certo, pro incredibili credibili, & *poſsibili pro im-
poſsibili, & conſequenti pro inconſequenti, & decen-
*ἰσχύν. ti pro indecenti, & commodo pro incommodo Exer-
citatio autem ipſa omnem complectitur artis *diffi-
cultatem.

Confirmatio quod decentia ſunt.
quæ de Daphne dicuntur.

Ex dicentis laude. QVi contra poetas dicit, profectò contra muſas mihi dicere uidentur Si enim quęcunquæ poetæ loquuntur, è muſarum ſententia ueniunt, quonam pacto hic muſis non aduerſatur, qui de poetis maledicere ſtudet? Omnium igitur poetarum ſententias magni facio, & eius quàm maximè, qui Daphnen à Pythio amatam philoſophatur: cui plerique non cre-

Ab expoſitione certi. dunt. Daphne, ut hic refert, ex terra & Ladone edita eſt. Num hoc apud Deos incredibile? Num omnibus rebus ex aqua & terra generatio eſt? Num ſemen uitę elementa ſunt? Si autem quodcunque fit, ex terra & aqua prouenit: Daphne quæ ex terra & Ladone deducta eſt, hanc communem omninum genituram confirmat. Genita enim, unde omnia generantur. Quod ſi alias forma ſuperabat, ueriſimile & illud, quę prima à terra reddita ſunt, cum naturæ pulchritudine proueniunt. Nanque multæ corporum transmutationes conſtituuntur, in quibus magna pulchritudo perſpicitur. Quod primum apparuit, omniũ eſt pulcher-

A credibili. rimũ. Nõ immerito igitur Daphne, quæ ante cętera è terra progenita eſt, mirã formã prętulit: q̃ cũ reliquis pręſtaret, in ardentisſimũ ſui amorẽ ſuccendit Apollinem & non immerito quidem. Nam ſi quid pulchri in terra uerſatur, id omne prouenit à diis. Si autem in

terra cæteris bonis pulchritudo beatior, quibus pul-
chritudo ineſt,ineſt & deoꝝ donū. Proinde amatorē
deum pulchritudo habuit. Nam deorū dona omnes
amant. Deus igitur cū amore afficeretur,huiuſcemodi
morbo mederi ſtatuit. Sed uirtutes tales ſunt,ut cū ma-
xima difficultate cōparentur. Nam ſine labore uirtutē
aſſequi non licet:ex quo appetentē uirtutis laborare
neceſſe eſt:* & eam appetendo nō occupat:quia uir-
tutis finis nō eſt,eam uidere. Quare qui Pythium ama
re dicunt, non deorum naturā damnant:ſed uirtutis
calumniatorē oſtendunt.* petiti character in petente
exprimitur. Fugientē puellam mater excepit. Cuncta
mortalia huiuſce naturę ſunt, ut è qbus prouenerint,
in ea ipſa redeant. Itaque Daphne,quę ex terra pro
ceſsit, in terram redacta eſt. Terra,excepta puella con
tinuo plantam extulit. Ambo hęc opera in terra fiunt
In eam enim homines recidunt, & ex ea arbores
eduntur. Cum hæc primum apparuit planta,Apol
linis honori ſtatim dicata eſt. Dii extra prouidentiā
plantas non relinquunt:ſed his coronari non uerentur.
tur. Primitiæ enim terræ diis ponuntur:& hoc accom
modatum diuinationis ſignum fuiſſe puto:quando
quidem uirginem temperatam, & modeſtam exi-
ſtimant. Et temperantiæ eſt, oracula edere. Quibus
igitur uirtutibus uoluptatem ignorauit,his deo puella
dicata eſt:quia pernicioſam intemperantiam futura
uidere nefas erat. Quare poetas admiror, & idcirco
poemata uenerari non deſino.

A' poſsibili.
De uirtute.

* ὅθεν ἐπόνει ποθῶν, καὶ ποθῶν οὐ κατα-λαμβάνει.

* χαρακτηρίζει τὸ διῶκον τὸ διωκόμενον: ideſt, perſequens cū eo quod pſequebatur, exprimitur.

De amore.
A' conſequēti.

Ad mortem.
A' decenti.
A' cōmodo.

Loci communis definitio.

Locus communis eſt exaggerans oratio,* præſen
tium bonorum uel malorum. Dicitur autem com
munis,eo quod omnibus communiter accōmodetur
eiuſdem rei participantibus. Contra proditorē oratio
communiter omnibus accommodatur huiuſcemodi

* προσόντων τινί, ideſt, quæ alicui inſunt.

actionis participantibus. Repetitioni quidem & epilogo ſimilis eſt. Procœmium igitur locus communis non habet. Generibus vero procœmiorum exercitationis cauſa ab adoleſcentia informamur. Poſt hæc primum caput è contrario pones: deinde expoſitionē facies, non ut docens (cognouit enim) ſed vt excitans auditorem: poſt hanc comparationem ex ſimilitudine facies, accuſato maius conferens: poſteà ſententiam primariam actoris ſententiá calumniantem: mox tranſgreſsionem coniecturalibus iniuriis ſuperiorem vitam afficientem: præterea miſericordiæ *adiectionem: poſtremo finiendum præexercitamentum his extremis capitibus, legitimo, iuſto, vtili, poſsibili, honeſtoq; futuro.

*ἐκβολὴν, quare ſuſpicor legendum aut abiectiōe, uel eiectiōe, uel reiectione.

Communis locus contra tyrannum.

SIc leges, ſic iudicia apud nos uerſantur? *nempe legibus abrogationem dedit, qui ut nuſquam ſint leges, efficit Si enim euitata iuſtitia popularior futurus erat, fortaſſe quis ipſum iuſtitia liberaſſet. Poſtquàm autem à legibus liber violentior erit, vbi tyrannidem ab omni iudicio tutam iuſtè ſtatuere licebit? Cæteri oēs quicunq; iudicia agitare cœperunt, omni ſtudio cauent, ne quid nocumēti ex cauſis iniquè iudicatis aſſequanſ. Tyrānus uero, ſi permittatur, æquis iudicibus nocumentum infert: neq; iudicia imperante tyranno vigebunt. Proinde de hac re diligentius decernēdum arbitror. Si maiorum inſtituta repetatis, nil magis curarunt, ut de patria bene mererētur, quàm vt omni potentia rempublicam liberarent, & merito quidem. Nam cum aliquando variæ hominibus fortunæ accidant, eorumq; mentes immutent, fortunæ iniquitatem legum regula dirigentes, legesq; ſtatuentes, tanquam vnam omnibus ex his ſententiam effecerunt. Lex autem eſt ciuilis iniquorum directio, caſtiga

*νόμοις ὑπεχέτω τ̃ κόλασιν, legibus ſupplicium ſuſtineat.

Ex cōtrario.

Lex quid ſit. Expoſitio.

tioq; malorum, quæ fortuna perpetrauit. Quorum qui dem iſte nihil animaduertens, conſilium iniuit, ut omne ius protereret ciuitatis. Et hæc ita ſecum loquebatur: Quid iſta dii? * apud multos uiſus æquè vbiq; potens ab aliis tolerabor? Quid ſtultè, quid temere, fortunam, diuitias appetere permitto, ſi hæc à multis ſuſtinebo? pauperes, qui cõueniunt, quid iudicabunt, quid arbitrabuntur, ſi lex mihi à multis dabitur? Quæ igitur erit liberatio? Occupabo arcẽ, & malè perditos, abſq; impedimento leges edam: hoc equidem pacto multis ipſa lex ero, neque plures mihi. Hæc igitur ſecum tyrannus agitat, neq; ſceleri finem facit, quando Deorum beneuolẽtia prouidet, ne pro quibus gratias diis debemus, ea hodierno die conſeruent. Grauis eſt homicida, ſed tyrannus multo magis. Hic enim quem offendit, interficit: ille vero omnes ciuitatis fortunas perturbat. Quanto igitur * infælicius eſt priuatæ, quàm publicæ cædis triſtitia affici, tanto grauior eſt tyrannus hominum trucidatore. Cæteris profectò hoc euenit hominibus, qui grauiſsima quæque perpetrarint, mentem malam exuere poſsint. Solus vero tyrannus inuitum non poteſt ſe dicere eam concepiſſe libidinem. Si enim inuitus tyrannidem iniuit, fortaſſe quis ipſum omni iudicio liberandũ cenſebit. Sed poſtquã conſultorem perpetrauit, vbi non iudicium ſubibit, cũ ante opera crimen animo patrarit? Cęteri quidem homines quorũ res apud nos agitur, recentibus criminibus afficiũtur, * veteribus calumniis ſæpe abſoluuntur. Solus aũt tyrannus utriuſq; vitæ criminibus dãnatur: ſuperioris quidem vitæ, quia nulla modeſtia eſt: præſentis vero, quia noua veteribus longè grauiora exiſtimantur. Quod non immerito, ut veterum, nouorumq; ſcelerum pœnas luat, & vtriuſq; vitę triſtitiam ſubeat. Qui igitur tyrannum deprecando liberabunt?

* παρὰ τοῖς πολλοῖς ὀφθεὶς ἶσον καθάπαξ τοῖς ἄλλοις ἔχων ἀνέξωμαι, ideſt ſupra omneis potẽs, aliis ut æqualis habeat feram?

* ἐκ πολλῶν καὶ πενήσομαι δόμους,

Cõparatio.

* καταδέστερον, inferius, leuius.

Sententia.

Trãſgreſsio cõiecturalis.

* διὰ τὸ φθάσαι, ideſt, pter ſuperiorẽ, ſiue antè peractã uitã.

Miſericordię

ſeditione. Nemo enim dicit à bello corrupti ſunt. Hæc de ambiguitate.

De efficacia concionis, dialogi, tragœdiæ, comœdię, Socraticorum ſympoſiorum.

Concio, dialogus, comœdia, tragœdia, ſympoſiaq; ſocratica, duplici artificio texuntur. Concio increpationem habet & conſolationem. Increpationis eſt, auditorum mentes inſtruere ac prohibere. Conſolationis eſt Moleſtiam ex increpatione conceptam, adimere, Huiuſcemodi contextus exempla, ſunt omnes Philippicæ, quæ promiſcuè ſunt accõmodatæ Comœdię textura, ſalſa eſt & ridiculoſa: ubi ſales prudentia conditi ſunt, & ridicula fabuloſa conſolantur: quod uel ex ipſis poematis diſci poteſt. Maxime quidem in Acarnanibus Ariſtophanis, ſic planè loquentis: Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν, τὸ πικρὸν ἥσθην δὲ βαιὰ λέγων, γελοῖον πάθος: ideſt, quæcunq; ipſius cor docui, hoc ſalſum eſt: ſedebant, ego uero breuia dicens: hic ridiculoſus eſt affectus. Tragœdiæ textura, commiſeratio eſt, & admiratio: quemadmodũ & ex tragœdiis diſci poteſt, maxime quidẽ ex his quæ ſunt Homeri. Hunc enim tragœdiæ patrẽ & choragum Plato dicebat. In procemiis igitur eius, miſericordiam & admirationẽ promiſcue inuenimus. Socratici uero ſympoſii textura, & perſonę, & res, ſtudioſæ ſunt & ridiculæ: quale genus eſt, Xenophontis Platonisq; ſympoſiũ. In Cyripædia, ita Xenophon inquit. Cyro curę ſemper erat, cũ conuiuaretur, quomodo uerba gratius dicerẽtur, & quæ ad uirtutes uehementius concitarent. Dialogi cõpoſitio eſt, ut eius oratio moralis ſit & inquiſitiua, quę in diſceptatiõe verſetur, ubi promiſcue quęritur & diſputatur. Interiecta verba, animo quietẽ ferũt: allata quiete quęſtio inducitur: quemadmodum & in organo, intentionem & remiſsionem fieri videmus.

De negatione & affirmatione.

NEgatio idem quãdoq; quod affirmatio poteſt: quandoq; minus, quãdoq; magis. Tunc æque ualet, cum per dictionis affinitatem, aliquis ne idem dicere uideatur, dictionem mutat: hoc modo: Θύων τε γὰρ φανερὸς ἦν, καὶ μαντικῇ χρώμενος οὐκ ἀφανὴς ἦν: ideſt, ſacerdos enim manifeſtus erat: Et diuinatione vſus, non obſcurus erat, idem expreſsit. Minus autem & magis, cum per ſecuritatem deprimimus: uel per auxeſim, cum moris appoſitione uehementer intendimus: quale illud eſt: Ὦ ξεῖν᾽ ἐπεὶ οὔτε κακῷ, οὔτ᾽ ἄφρονι φωτὶ ἔοικας, ideſt, o' hoſpes poſtquàm neq; cum malo & imprudẽti homine habitaſti: & reliqua. Hic minus eſt, neq; malum & imprudentem dicere, quàm ſi bonum diceret, & prudentem. Non enim uiderat ipſum, ut de ipſo hæc teſtetur, ſed malitiam ſibi auferre, neq; aſcribere uirtutem, ingentem putat eſſe benignitatẽ. Quando autẽ Homerus inquit, Ἐπεὶ οὔμιν ἀφαυρότατος βάλ᾽ Ἀχαιῶν, ideſt, poſtquàm non debiliſsimus Achiuorũ iacebat: & reliqua: maiorem affirmatione, negationem oſtendit. Hunc enim omnino ualentiſsimum oſtendere voluit. Eodem modo etiam illud eſt: Hoc viſo non ſanè lætatus Achilles. Ex quo nimis triſtem eum eſſe per negationem oſtendit.

FINIS.

DEO LAVS, HONOR, ET GLORIA.

APHTHONII CLARISSIMI PRÆTORIS, AB ANTONIO BONFINE TRADVCTI, PRÆEXERCITAMENTA.

* ἀκονίζων ἀλήθειαν, ideſt, imagine quadā repræſentans veritatē.

Aeſopus.

Fabula triplex.

Rationalis.

Moralis.

Mixta.

Promythion

Epimythiō.

Fabula cicadæ & formicarum.

Fabula.

FABVLA è poetis promanauit, & ad mouendum rhetoribus communis eſt. Fabula autem eſt falſa oratio,*ueritati ſimilis: quæ Sybaritica cilix, & Cypria vocatur: & ſecundum inuentores nomina ſortitur. Euicit tamen, ut potius referretur ad Aeſopum: quippe qui optimè omniū fabulis uſus fuiſſe dicitur. Fabularum autem alia rationalis, alia moralis, alia mixta. Rationalis, in qua quid faciens homo fingitur. Moralis eſt, in qua irrationalium mos imitatur. Mixta, ex vtriſque, rationali ſcilicet, & irrationali efficitur. Monitionem, cuius cauſa fabula conſtituitur, exordiens, promythion appellabis, quaſi primam fabulæ partem: finem uero inducens, epimythion. Feruente iam æſtate muſicum concentum cicadæ efferebant. Formicas labor & magna legendi fructus cura inuaſerat, quo hyeme nutriri poſſent. Subeunte iam bruma, formicæ pro quo tantopere inſudauerant, frumenti aceruo paſcuntur. Cicadas perniciosa voluptas ad inopiam redegit. Sic iuuentus in florida ætate ſubterfugiens laborem, in ſenectute ſubire cogitur egeſtatem.

De narratione.

NArratio eſt rei geſtæ, uel tanquam geſtæ expoſitio. Narratio* à deſcriptione differt, ut à poeſi poema. Poeſis enim tota Ilias: poema eſt, ut amorꝫ Achillis approbatio, explicatio'ue. Narratio enim diuiditur in* argumentum, hiſtoriam, negotiumq́: ciuile. Argumentum enim rē fictam continet Hiſtoria antiquã cō plectitur expoſitionem. Negotium ciuile, quo in diſceptatione rhetores vtuntur. Narrationi ſex accidunt: perſona agens, actum negotium, tempus ſecundum quod, locus ĩ quo, modus quomodo, cauſa per quam. Narrationis virtutes quatuor ſunt: dilucididitas, breuitas, veriſimilitudo, & in nominibus propria linguarum ratio.

*Græcis eſt διήγημα, & διήγησις, quæ ſi cōmodè Latinis reddas, nihil differre videbuntur. Aphthonius autem διηγήματος uocabulū vt genus, διηγήσεως uero ut ſpeciē conſtituit.

* δραματικόν, nempe quo ĩ poeſi aut fabulis perſonæ introducuntur.

Exemplum narrationis fabulæ de roſa.

QVi roſæ pulchritudinem admiratur, eum Veneris plagam conſiderare oportet. Dea enim Adonem amabat, & deã Mars. & quod Venus Adoni, id Veneri Mars pręſtabat: deus deam ardebat, & dea hominem ſequebatur. Cūm ſimile deſideriū genus perturbaret, deus nimia zelotypia laborans Adonem interficere ſtatuit, ratus ex Adonis morte amoris ſolutionem futurã: proinde Adonē percutit. Hoc docta Venus iuuare contendit, ac nimio ſtudio in roſam demiſſa in ſpinas concidit. Pedis planta grauiter perforatur. Sanguis è vulnere defluens roſæ colorē in proprium mutauit aſpectum. Roſam igitur à principio albam, in quod nunc uidetis hoc modo deuenit.

Venus. Adon.

De chria, vel uſu.

CHria, uel vſus eſt quæ breuem cōmemorationē in aliquam perſonam decenter refert. Ab vtilitate in dicēdo nomē accepit. Cuius pars altera in uerbis, altera in rebus verſat: tertia media dicitur. Ea quæ in uerbis eſt, uerbis oſtendit utilitatem: ut Plato virtutis ra-

Plato de uirtute.

mos ex ſudoribus laboribusq; conſtare dicebat. Quæ rerum eſt, actione vtilitatem repræſentat. Hoc modo Pythagoras, quanta eſſet hominum uita, interrogatus, breue quid oſtendens abſcondit, menſuramq; uitæ breuem illum conſpectũ fecit. Media ex utriſq; conficitur, hoc modo: Diogenes puerum videns *ſtulta agitantem, eius pædagogum verberauit, dicens: Cur hęc doces? Hæc eſt igitur chriæ diuiſio. In exercitanda chria his capitibus vtemur, laudatione, interpretatione, ratione, argumentatione à contrario, parabola, exẽplo antiquorum, teſtimonio, breuiq; epilogo.

Pythagoras.

*ἀπρεπῶς: id eſt, incõpoſitè, uel immodeſtius agentem.

Chria in uerbis ex laudatione.

Exemplum morale.

ISocrates diſciplinæ radicem amaram dicebat, fructus vero ſuauiſsimos. Laudatio, Iſocratis artem admirari par eſt. Hic enim nomen ipſi clarum oſtẽdit, & quanta illa eſſet, exercendo demõſtrauit, artemq; magno præconio diffudit: nõ ipſe ab arte prędicatus eſt. Quęcunq; igitur uel regibus leges dando, uel quenq; monendo, ut bonam hominum vitam formaret, philoſophatus eſt, narrare longum eſſet. Sed quæ diſciplina diſſeruit videndum eſt. Interpretatio, *hic diſciplinæ opus à laboribus inchoat, qui in utilitatẽ deſinant: quę vbi philoſophatus eſt, hęc deinceps admiremur. Ratio, Diſciplinæ enim amatores à diſciplinæ autoribus *inſtruuntur: quos adire timor eſt, relinquere uero ſtultum. Semper enim pueros, & eos qui ſunt, & qui erunt, timor circunuenit. Magiſtris pædagogi ſuccedunt, & pro his haberi ſolent: qui cũ aſpectu formidoloſi ſint, verberando longè maiorẽ timorem incutiũt. Periculũ timor antecedit, timorẽ pœna ſequitur. Nãq; puerorum delicta puniunt, domeſticaq; officia iudicant. Sed pædagogis patres longè videntur difficiliores: cũ deambulare iubent, iter obſeruant, & in foro q̃

*ὁ παιδείας ἐρῶν, diſciplinę amator.

*συνεξετάζονται, id eſt, examinantur, ac expendunt.

maximè: & ſi prohibere opus eſt, naturam ignorant. Inter hos igitur verſatus puer, ſi inter homines pro- dierit, virtute coronatur. Si quis aūt hoc timens, magi ſtros fugiat, patres euitet, pædagogos auerſtat, omnino rationis expers erit: & dum metum fugit, orationibus diſciplinisq; priuabitur. Hæc omnia Iſocratis ſenten- tia monet, amarā diſciplinæ radicem referens. Sicut enim qui terrā colunt, cum labore ſeminant, & cū uo luptate fructus legunt: ita diſciplinę autores poſt labo rem gloriā adipiſcuntur. Si Demoſthenis vitam mihi *definieris, quid aliud dices, niſi quoq; oratore labo- rioſiorem, mox rhetorem factum, omnium oratorum fuiſſe clariſſimus? *& quo plus ſtudii præſtitit, eo plus decoris, & gloriæ ſibi uendicauit, ſummum ornamen tum à virtute ducens. Ea quidem laboribus impen- dit, quæ cæteri ad voluptates referunt. Proinde He- ſiodum admirari oportet: qui aſperam virtutis viam, ſummitatatem vero facilem referebat, conſimilem Iſo craticæ ſententiam philoſophatus. Quam Heſiodus uiam dixit, Iſocrates uario nomine radicem uocauit: uterq; unam ſententiam cōmentatus eſt. Quę quidem omnia qui conſiderant, Iſocratem admirari debent, optima quæq; de diſciplina philoſophatum.

Ex contrario
Parabola.
Exemplum.
Demoſthe- nes.

*Ἴσθι, inſpice.
*καὶ γὰρ τοσοῦτον αὐτῷ σπουδῆς περιῆν ὥστε καὶ τὸν κόσμον προσαφαιρεῖσθαι τῆς κεφαλῆς.
adeo enī ſtu diis addictus ut capitis or- namentū de- tonderet, co- mam ſcilicet ipſam.

Sententiæ definitio.

SEntentia eſt oratio in enunciationibus primaria ad aliquid conuertens, vel diuertens Sententia- rum aliqua ſuadet, aliqua uero diſſuadet, aliqua enun tiat: aliqua ſimplex, aliqua coniugata: aliqua uerisimi- lis, aliqua uera, aliqua hyperbolica, ideſt, ſupra ueritā- tem Suaſiua quidē: ut, Oportet hoſpitem aduentantē oſculari, & diſcedere volentem. Diſſuaſiua: ut, Non oportet noctē dormire virum conſilia ferentē Enun- tiatiua: ut, Opus eſt nummis: & ſine his eorū quę ne- ceſſaria ſunt, nihil fieri contingit. Simplex: ut, Vna au

Antiquorum teſtimonium
Heſiodus.

gurium auis optima pugnare pro patria. Coniugata: ut, Non bene ſi multorum dominatio, unus tyrannus eſto. Veriſimilis eſt: ut, Talis eſt quiſque, quales ſunt amici, quibus delectatur. Vera: ut, Vitam iucundam, uel triſtitia carentem in nemine contingit inuenire. Hyperbolica ſupra ueritatem: ut, Nihil imbecillius terra homine nutrit. Hæc quidē eſt diuiſio ſententiarum. Vteris autem in hac capitibus chriæ, laudatiuo, interpretatione uidelicet cauſæ, ex contrario, collatione, exemplo, teſtimonio antiquorum, epilogo breui. Differt autem chria à ſententia: quod illa aliquando eſt in factis, hæc ſemper in uerbis: Deinde quia chria perſonis indiget, ſententia uero ſine perſonis effertur.

Sententiæ perſuaſiuæ exemplum, & declamatio.

Theognis.

A laudatiuo.

* μυθολογεῖν περὶ πολλοῦ ποιουμένους, qui fabulas plurimi faceret.

Ab interpretatione.

De paupertate.

A cauſa.

* προϊὼν δὲ εἰς ἄνδρας, id eſt, vbi in uiſum euaſerit.

Ex cōtrario.

Pauperiem fugiens, undas, pontumq́; profundū,
Inuia ſaxa ſimul Cyrne coactus obit.

Poeſim Theognis accuſari non ſuſtinuit, pro fabulis uitæ documenta tradens. Videns enim poetas,* qui multa fingunt, dimiſsis fabulis, rectè uiuendi documenta carmine exarauit, & cum carmine gratiam retinuit, & documenti emolumentum intulit. Si quis autem de multis rebus Theognim laudet, in his maximè laudare debet, quæ de paupertate philoſophatus eſt. Quid enim dicebat? Qui cū paupertate uiuit, præcipitem dari cupit. Item, Quanto melius è uita decedere, quàm ſolem pudoris teſtem poſsidere? Et quæ in hunc modum ſcripſit, haud ab re erit quā pulchrè philoſophatus eſt conſiderare. Nam qui cum paupertate degit, primum quidem ſi puer eſt, uirtutem nullam exercet: ſi * inter homines prodierit, difficilia quæque ſubibit: ſi legatus erit, pro pecunia patriam deſeret: ſi concionetur, pro argento exclamabit ſi iudicium ſortiatur, pro largitionibus iudicabit. Ne

tales quidem eſſe uidentur, qui rerum inopia liberati ſunt. ſi pueri fuerint, in quacunque re ſe pulcherrimè gerunt: ſi in homines exierint, præclariſſima quæque operantur: in feſtis, ac bello uaria edũt munera. Sicut enim qui graui uinculo obſtricti ſunt, nullam operandi facultatem habent, ita qui in paupertate degunt, omnem audendi difficultatem ſubire coguntur. Conſideres Irum, qui Ithacenſis fuit, qui nemini ciuium ſuam egeſtatem cõmunicauit, tanta inopia laborauit, ut nomen mutarit: Arneus primum dictus, mox Irus appellatus: à ſeruitute, & labore nomen accepit. Sed quid Irum dicimus? Vlyſſem memoria repetamus Ithacæ dominum: qui poſtquàm in patrium ſolum deſcendit, paupertatem ſtatim ſimulauit: cuius etiam malorum haud expers fuit, poſtquàm domi poſitus à ſeruis undique circunuentus eſt. Difficilis eſt itaque paupertas, quantum uix animo exiſtimari poſſit. Proinde Euripidem ſic mirari opus eſt, qui non habere, malum eſſe dicit, & impoſſibile eſſe nobilitatem mutare paupertatẽ aſſerit. Quare, ut pars eſt, Theognim mirari debemus, hęc ipſa de paupertate philoſophantem.

A collatiõe. Ab exemplo Irus. οὐ μετελάμβανε ἀνδάνων, id eſt, cũ nemine ciuium libertatem cõmunem habuit. Arneus. Vlyſſes. A teſtimonio antiquorum. Euripides. Ab epilogo breui.

Refutationis definitio.

Refutatio eſt præpoſitæ rei improbatio. Refutanda quidem ſunt quæ non nimis certa, & quæ non penitus impoſſibilia ſunt, ſed quæcunq; ancipitem habent opinionem. Oportet autem refutantes de eorum qui dicturi ſunt, calumnia dicere: poſt hęc rei expoſitionem afferre. His autem capitibus utentur: primum quidem ab incerto, & incredibili: poſteà ab impoſſibili, inconſequenti, indecenti refutabunt. Opus eſt etiam in concluſione incommodum ducere. Exercitatio uero ipſa omnem artis complectitur potentiam. Poetis aduerſari, & contra eos dicere, abſurdum eſt. Sed aduerſus ſe ipſi dicunt, inuicemq; cõgrediuntur.

Refutationis exemplum.

Procemiū ex dicentiū calumnia.

In deos primi hæc confabulati ſunt. Quomodo igitur non abſurdum eſt illos Deorum nullam habere ratione̅m,& nos magnam quidem habere poetarum? Iniurias & opprobria omnium Deorum apprimè doleo: ſed quàm maximè Apollinis, quem ſuæ artis ducem faciunt & autorem.

De Daphne & Apolline, Ab expoſitione.

De Daphne demū Apollinis hęc fingunt. Daphnē ex terra & Ladone productam aſpectuq; multis præſtantiorem ferunt. Cuius amatorem Apollinem faciunt. Hic amans puellam ſequebatur: nec ſequens mutuo amore ab ea redamari ſentiebat. Terra puellam excepit: ramum ſui nominis extulit quem in coronam continuo tranſtulit, & ob puellæ amorem in Pythium tripoda recondidit. Ramum igitur hunc poeticæ artis inſigne eſſe iuſsit. Et alia in hunc modum poetæ fabulantur,quos cōfutare haud erit iniquum.

Ab incerto.

Daphne ex Ladone & terra prouenit: quam generationis fidē hoc habet? num hæc homo?

Ab incredibili.

num aliam iſti natura præter hanc habebant? Quo pacto Ladon ſuo alueo * defluens cum terra coiuit? num omnes fluuii terræ mariti cognominantur, qui eam interfluunt? Si ex fluuio homo prouenit, profecto fluuium ex hominibus prouenire par eſt. Mutuę enim ſucceſſiones qui futuri ſunt, oſtendunt. Cui fluuii & terrę nuptias nominant? Senſibilium enim hymeneus. Terra uero ſenſibilis eſſe nequit.

* ἐπικλύζων. τοῖς ὕδασι, aquis ne inūdans?

Ab impoſsibili.

Vel igitur Daphne inter fluuios computanda, uel Ladon inter homines ponendus. Verum ſi concedatur poetis,ex terra & Ladone Daphnen eſſe natam, hæc edita à quibus enutrita eſt? Quod ſi generatio concedatur, impoſſibilis erit educatio. Vbi enim uiuendi modū habuit? A parente quidem. Et quis hominum * fluuio uiuendo modum affert? Celabat pater ſuo familiam profluēte demergens,uel ſuis undis aluit. At ſub terra à matre puella uiuendi modum habuit? Nam latebat:

* ἐν ποταμῷ φέρει τὴν δίαιταν; in fluuio vitam ducit.

& ſi

& ſi latebat, uideri non poterat. Cuius enim pulchritudo celatur, deſiderium creari non poteſt. Quod ſi hoc etiam poetis iam concedi uelis: quonam pacto deus pro deſiderio ſuam mentitur naturam? Amor enim omnium quæ ſunt difficilimus eſt. Diis autem grauisſima adſcribere impiū cenſeri ſolet Si morbos dii ſubeunt, quid à mortalibus differunt? Si amorem omnium rerum miſerrimum patiuntur,* cur alios liberant, & miſeriam omnium grauisſimam ferunt? Verum neque affectum natura uidit, neque Apollo amator uiſus eſt Quo enim pacto puellam inſecutus eſt Pythius? num mortali īferior factus eſt? Viri mulieribus præſunt, an'ne mulieres nunc maiora iura quā dii ſortiuntur? Num quod uiris ſubeſt, diis præeſt, & imperioſe dominatur? Cur mater puellam fugientem excepit? An malorum nuptię? Et quonam pacto ipſa mater effecta eſt? Quippe bonorum. Quid puellam bonis priuauit? Proinde uel mater non fuit: uel ſi fuit, mala exiſtimatur. Cur idoneis operibus terra aduerſatur? Cur Pythium ingenti triſtitia confecit, ſi ſalutem erat allatura? Quod ſi ademptura erat, quonam pacto illum in uitam reuocauit? Reuocare non oportebat, ſi enecare uolebat. Cur Deus eo germine coronatus? Cur inſigne uoluptatis arborem apud tripoda ſtatuit? Virtutis ſignum diuinatione oſtenditur.* Quonam igitur modo Pythius cum his coiuit, quibus cū miſceri non potuit? Cur mortalis occaſio, terminus uero immortalis? Sed hic poetarum finis eſto, ne contra poetas clamaſſe uidear.

Ab indecēti.
De amore.
*τὶ τῶν πολλῶν ἀλλοτρίων quid à multis diſtare uidētur,
Ab inconſequenti.
Ab incōmodo.
*πῶς οὖν συνῆψεν ὁ πύθιος, ἃ μὴ πέφυκε μίγνυσθαι, quo modo ea cōiunxit Apollo, quę ſua parte natura cōiunctionē nō patiuntur.
Ab epilogo breui.

Confirmationis definitio.

Confirmatio eſt propoſitæ rei approbatio. Confirmanda ſunt ea, quæ neque nimis certa, neque penitus imposſibilia ſunt, ſed ancipitem habent opinionem. Oportet autem confirmantes contrariis

ἀφορμὴν, laudem. vti refutationis legibus: & primũ quidẽ dicere * approbationẽ eius, qui dicturus eſt: deinde in parte ponere expoſitionẽ, & cõtrariis uti capitibus, pro incerto quidem certo, pro incredibili credibili, & poſſibili pro impoſſibili, & conſequenti pro inconſequenti, & decenti pro indecenti, & commodo pro incommodo. Exercitatio autem ipſa omnem complectitur artis * difficultatem.

* τέχνην.

Confirmatio quod decentia ſunt.
quæ de Daphne dicuntur.

Ex dicentis laude.

QVi contra poetas dicit, profectò contra muſas mihi dicere uidentur. Si enim quęcunque poetæ loquuntur, è muſarum ſententia ueniunt, quonam pacto hic muſis non aduerſatur, qui de poetis maledicere ſtudet? Omnium igitur poetarum ſententias magni facio, & eius quàm maximè, qui Daphnen à Pythio amatam philoſophatur: cui plerique non credunt. Daphne, ut hic refert, ex terra & Ladone edita eſt. Num hoc apud Deos incredibile? Num omnibus rebus ex aqua & terra generatio eſt? Num ſemen uitę elementa ſunt? Si autem quodcunque fit, ex terra & aqua prouenit; Daphne quæ ex terra & Ladone deducta eſt, hanc communem omnium genituram confirmat. Genita enim, unde omnia generantur. Quod ſi alias forma ſuperabat, ueriſimile & illud, quę prima à terra reddita ſunt, cum naturæ pulchritudine proueniunt. Nanque multæ corporum transmutationes conſtituuntur, in quibus magna pulchritudo perſpicitur. Quod primum apparuit, omniũ eſt pulcherrimũ. Nõ immerito igitur Daphne, quæ ante cętera è terra progenita eſt, mirã formã prętulit: q cũ reliquis prędtaret, in ardentiſſimũ ſui amorẽ ſuccendit Apollinem & non immerito quidem. Nam ſi quid pulchri in terra uerſatur, id omne prouenit à diis. Si autem in

Ab expoſitione certi.

A' credibili.

terra cæteris bonis pulchritudo beatior, quibus pul-chritudo ineſt,ineſt & deoꝝ donũ. Proinde amatorẽ deum pulchritudo habuit. Nam deorũ dona omnes amant. Deus igitur cũ amore afficeretur,huiuſcemodi morbo mederi ſtatuit. Sed uirtutes tales ſunt,ut cũ maxima difficultate cõparentur. Nam ſine labore uirtutẽ aſſequi non licet:ex quo appetentẽ uirtutis laborare neceſſe eſt:* & eam appetendo nõ occupat:quiã uirtutis finis nõ eſt,eam uidere. Quare qui Pythium amare dicunt, non deorum naturã damnant:ſed uirtutis calumniatorẽ oſtendunt.* petiti character in petente exprimitur. Fugientẽ puellam mater excepit. Cuncta mortalia huiuſce naturę ſunt, ut ẽ qbus prouenerint, in ea ipſa redeant. Itaque Daphne,quę ex terra proceſsit, in terram redacta eſt. Terra,excepta puella continuo plantam extulit. Ambo hęc opera in terra fiunt. In eam enim homines recidunt, & ex ea arbores eduntur. Cum hæc primum apparuit planta,Apollinis honori ſtatim dicata eſt. Dii extra prouidentiam plantas non relinquunt:ſed his coronari non uerentur. Primitiæ enim terræ diis ponuntur:& hoc accommodatum diuinationis ſignum fuiſſe puto:quando quidem uirginem temperatam, & modeſtam exiſtimant. Et temperantiæ eſt, oracula edere. Quibus igitur uirtutibus uoluptatem ignorauit,his deo puella dicata eſt:quia pernicioſam intemperantiam futura uidere nefas erat. Quare poetas admiror, & idcirco poemata uenerari non deſino.

A' poſsibili. De uirtute.

* ὅθεν ἐπόνει ποθῶν, καὶ ποθῶν οὐ κατέλαβε.

* χαρακτηρίζεται τὸ διῶκον τῷ διωκομένῳ: ideſt, perſequens cũ eo quod pſequebatur, exprimitur.

De amore. A' conſequẽti.

Ad mortem. A' decenti. A' cõmodo.

Loci communis definitio.

LOcus communis eſt exaggerans oratio,* præſentium bonorum uel malorum. Dicitur autem communis,eo quod omnibus communiter accõmodetur eiuſdem rei participantibus. Contra proditorẽ oratio communiter omnibus accommodatur huiuſcemodi

* προσόντων τινί, ideſt, quæ alicui inſunt.

actionis participantibus. Repetitioni quidem & epilogo ſimilis eſt. Prooemium igitur locus communis non habet. Generibus vero prooemiorum exercitationis cauſa ab adoleſcentia informamur. Poſt hæc primum caput è contrario pones: deinde expoſitionē facies, non ut docens (cognouit enim) ſed vt excitans auditorem: poſt hanc comparationem ex ſimilitudine facies, accuſato maius conferens: poſteà ſententiam primariam actoris ſententiá calumniantem: mox tranſgreſsionem coniecturalibus iniuriis ſuperiorem vitam afficientem: præterea miſericordiæ *adiectionem: poſtremo finiendum præexercitamentum his extremis capitibus, legitimo, iuſto, vtili, poſsibili, honeſtoq; futuro.

*ἐκβολὴν, quare ſuſpicor legendum aut abiectiõe, uel eiectiõe, uel reiectione.

Communis locus contra tyrannum.

SIc leges, ſic iudicia apud nos uerſantur? *nempe legibus abrogationem dedit, qui ut nuſquam ſint leges, efficit Si enim euitata iuſtitia popularior fu turus erat, fortaſſe quis ipſum iuſtitia liberaſſet. Poſtquàm autem à legibus liber violentior erit, vbi tyrannidem ab omni iudicio tutam iuſtè ſtatuere licebit? Cæteri oẽs quicunq; iudicia agitare cœperunt, omni ſtudio cauent, ne quid nocumēti ex cauſis iniquè iudicatis aſſequanť. Tyránus uero, ſi permittatur, æquis iudicibus nocumentum infert: neq; iudicia imperante tyranno vigebunt. Proinde de hac re diligentius decernẽdum arbitror. Si maiorum inſtituta repetatis, nil magis curarunt, ut de patria bene mererētur, quàm vt omni potentia rempublicam liberarent, & merito quidem. Nam cum aliquando variæ hominibus fortunæ accidant, eorumq; mentes immutent, fortunæ iniquitatem legum regula dirigentes, legesq; ſtatuentes, tanquam vnam omnibus ex his ſententiam effecerunt. Lex autem eſt ciuilis iniquorum directio, caſtiga

*νόμοις ὑπεχέτω τ̃ κόλασιν, legibus ſupplicium ſuſtineat.

Ex cõtrario.

Lex quid ſit.
Expoſitio.

tioq; malorum, quæ fortuna perpetrauit. Quorum quidem iſte nihil animaduertens, conſilium iniuit, ut omne ius protereret ciuitatis. Et hæc ita ſecum loquebatur: Quid iſta dii? * apud multos uiſus æquè vbiq; potens ab aliis tolerabor? Quid ſtultè, quid temere, fortunam, diuitias appetere permitto, ſi hæc à multis ſuſtinebo? pauperes, qui cõueniunt, quid iudicabunt, quid arbitrabuntur, *ſi lex mihi à multis dabitur? Quæ igitur erit liberatio? Occupabo arcē, & malè perditos, abſq; impedimento leges edam: hoc equidem pacto multis ipſa lex ero, neque plures mihi. Hæc igitur ſecum tyrannus agitat, neq; ſceleri finem facit, quando Deorum beneuolētia prouidet, ne pro quibus gratias diis debemus, ea hodierno die conſeruent. Grauis eſt homicida, ſed tyrannus multo magis. Hic enim quem offendit, interficit: ille vero omnes ciuitatis fortunas perturbat. Quanto igitur * infelicius eſt priuatæ, quàm publicæ cædis triſtitia affici, tanto grauior eſt tyrannus hominum trucidatore. Cæteris profectò hoc euenit hominibus, qui grauiſsima quæque perpetrarint, mentem malam exuere poſsint. Solus vero tyrannus inuitum non poteſt ſe dicere eam concepiſſe libidinem. Si enim inuitus tyrannidem iniuit, fortaſſe quis ipſum omni iudicio liberandũ cenſebit. Sed poſtquã conſulto rem perpetratuit, vbi non iudicium ſubibit, cũ ante opera crimen animo patrarit? Cęteri quidem homines quorũ res apud nos agitur, recentibus criminibus afficiũtur, * veteribus calumniis ſæpe abſoluuntur. Solus aũt tyrannus utriuſq; vitæ criminibus dānatur: ſuperioris quidem vitæ, quia nulla modeſtia eſt: præſentis vero, quia noua veteribus longè grauiora exiſtimantur. Quod non immerito, ut veterum, nouorumq; ſcelerum pœnas luat, & vtriuſq; vitę triſtitiam ſubeat. Qui igitur tyrannum deprecando liberabunt?

* παρὰ τοὺς πολλοὺς ὀφθεὰς ἴσον καθάπαξ τοῖς ἄλλοις ἔχων ἀνέξωμαι, ideſt ſupra omneis potēs, aliis ut æqualis habeat feram?

* ἐκ πολλῶν καὶ πασῶν σωμαλυόμους,

Cõparatio.

* καταδέστερον, inferius, leuius.

Sententia.

Trãſgreſsio cõiecturalis.

* διὰ τὸ φθάσαν, ideſt, propter ſuperiorē, ſiue antē peractã uitã.

Miſericordię

reiectio ex capitibus finalibus.

Per Iouem filii Quinetiam cum ingenti gemitu hi lamentantur, tunc leges ſtare exiſtimate, quibus multo iuſtius, quàm illis ſuffragia adhibentur. Per tyranni filios, tyrannis altius, validiusq́; firmatur Per leges vero iudicia muniuntur, ut æqui iudices effici poſsitis, & lõgè iuſtiores eritis, ſi legibus opem afferetis. Si enim lex eſt, patriæ liberatores omni honore proſequi, nefarios ſeruitutis autores prohibere, iuſtiſsimum ſit, concedi oportet. Aequũ eſt enim tam iuſtas eum dare pœnas, quãtũ iuſtitiæ aboleuit. Salutaris eſt tyrãni interitus, quo leges reſurgunt, & æqua iudicia agitantur. Facilè quidẽ præſens malũ inhiberi poteſt. Non enim vt ſatellitibus tyranno ad retinendam, ita ſociorum auxilio nobis ad diſſoluendam tyrannidem opus eſt. Pro inde ad deſtruendã tyranni potentiam iudicũ ſuffragia ſat eſſe uidentur.

Legitimum.

Iuſtum.
Vtile.
Poſsibile.
Honeſtũ futurum.

Definitio laudis.

LAudationis oratio eſt bonorum alicuius expoſitio. Huius tria genera. Primum encomion appellatum, quod olim in pagis cantari ſolebat, unde nomen ſortitur. Angiportus enim Athenienſes comas, ideſt, pagos appellabant. Alterum hymnus dicitur, Tertiũ epænon, ideſt laudatiuum. Hæc ita differunt: Encomion eſt, quo hominum laudes efferuntur: hymnu quidem Deorum: Epænon vero breui inſcriptione cõpletur: vnde epigrammata, tituli, epitaphiaq́; proueniunt. Ex arte igitur encomion effertur primum laudandi genus Laudantur enim perſonę & geſta: præterea tempora loci, animalia plantæ, & his ſimilia. Perſonæ, ut Thucidides, Demoſthenesq́;. Geſta ut iuſtitia, temperantia. Tempora ut uer, æſtas Loca, ut* lacus, pomaria. Animalia ut equus & bos. Planta, ut uitis & olea Laudamus etiam aut quid publicè, aut priuatim Publicè, ut omnes Atheniẽſes: Priuatim, ut Athe

*λιμένας, portus.

nienſium quendam. Hæc igitur eſt laudationis diui/ſio. His capitibus in laudando vteris: exordium opor/tet ad cauſam accommodari: deinde genus ponen/dum, quod in gentem, patriam, maiores, ac patres di/uidendum eſt: deinde educatio, quam in *exercitatio nem, artem, legemq́; diſtingues. Poſt hæc maximum laudandi genus ex geſtis conſtitues, quæ in bona ani mi, corporis, & fortunæ partieris. Animi, ut fortitudo, prudentia. Corporis, ut pulchritudo, uelocitas, robur. Fortunæ, ut potentatus, diuitiæ, amicitiæ, clientelæ. Ad hęc cõparationem ingeres, & in eo qui laudatur, quod ſit maius, induces. Poſtremo apto epilogo *pro arbitratu tuo claudes orationem.

* ἐπιτηδεύματα.

* εὐχῇ μᾶλλον προσήκοντα, precationi ac cõmodato.

Laus Thucydidis.

VTilium rerum inuentores, ex quibus quęq; opti/ma promanarunt, debito honore afficere, haud indignũ cenſeri debet, & quod ab illis in lucem pro/fectum eſt, iure ad primos eos autores referri. Thucy didem enim non ab oratione laudabo, quod propter eam tantum laudare decreuerim: ſed quando laudi/bus benemeritos ornare pulcherrimum eſt, tanto ma gis Thucydidem ante alios, quanto meliora præ cæ/teris omnibus adinuenit. Neq; enim in his, quę ad be ne dicendum pertinent, melius, neque Thucydide in dicendi arte ſapientius quicquã inueniri poteſt. Thu/cydides igitur ex eo ſolo productus eſt, quod uitam ſi bi contulit, & artem: neq; aliunde ortus eſt, niſi unde omnis eloquentia promanauit. Matrem vitæ Athenas inuenit, ac pro genitoribus regibus vſus eſt. Quod for tuna præſtare potuit, nobiliore genere natus magnam poteſtatem, rempublicamq́; popularẽ iniuit, ut utran/que dirigeret, optimumq́; genus ciuitatis induceret: quandoquidem ex utroq; nõ parum lucri cõparatur. Non enim iniuſtè locupletatus, cum mirã in dicendis

cauſis æquitatem ſeruaret:ſed ciuilem egeſtatē cum generis felicitate reſarciens,magnam ex his dignitatem,& famam ſibi comparauit. Politicis moribus ac legibus enutritus,quæ ſunt omnium maxima,domi militięq; præſtans fuit, doctus pro tempore & philoſophari,& ductare exercitum. Nec eloquentiam ſine armis,nec arma ſine eloquentia curans, miro utriuſque diſciplinæ ſtudio detinebatur: & quorum non unam habebat artem, quamuis natura diuerſa erant, cogebat in unum. His igitur artibus inſtitutus in uiros prodiit:captato tamen tempore,quo ea oſtenderet,in quibus eſſet optimè exercitatus. Repentè fortuna bellum obtulit Ex rebus quas cæteri Græci olim geſſerāt familiarem ſibi finxerat diſciplinam,quin etiam cuncta obſeruarat,quibus bellum geri ſolet quæ enim ſinguli geſſerant,temporis uetuſtate aboleri non permiſit:quoniam non ignoratur à quibus capta Platea, uaſtata Atticę loca, circumlecta ab Athenienſibus Peloponneſus,naualiſq; pugna à Naupacto uiſa.Hęc in obſcuro iacere Thucydides non permiſit,qui hęc omnia literarum tradidit monumentis Leſbos huc uſque prędicatur:bellum in Ambraciotas ubiq; noſcitur,nec temporis uetuſtate latet. Iniqua Lacedemonū iuſtitia,Sphacteria,& Pylus magnum Athenienſium opus non ignoratur. Ad hæc etiam unde Corcyræi ad Athenas conuenerunt, Corinthiiq; aduerſus eos exclamant: Aeginenſes uero accuſantes in Lacedęmona ueniunt. Prudentia uſus in conuentu Archidamus,Sthenelaidas uero ad bellum excitat. Cōntrà Pericles Laconicam legationem*parum honorans,laborantes Athenienſes iniquo animo ferebat Quam ob rem hæc omnia,ſcribente Thucydide uniuerſæ poſteritati mandantur.Quis igitur huic Herodotum cōparabit? ille quidem res cum uoluptate exponit: hic

* ἀτιμάζων, ſpernens.

uero omnia cum ueritate deſcribit. Quanto autem ueritas grata uoluptate maior, tanto Thucydides Herodoto præſtantior. Ad hæc multa alia de Thucydide dici poterant, niſi quamuis omnia diceremus, adhuc tamen magnus laudum cumulus ſupereſſet.

Sapientiæ laus.

FOrtunatiſſimi eſt ſapientia potiri, ſed eam pro dignitate laudare eſt penitus impoſſibile: quæ tantæ felicitatis eſt, ut communis deorũ poſſeſſio ſtatuatur. Varia ſunt deorum ſtudia. Iuno enim nuptiis, Mars cum Pallade bello, igni Vulcanus, mari Neptunus præſidet: alius alio ſtudio detinetur. Particeps autem quiſque deorum eſt ſapientiæ: ſed in primis Iuppiter qui quanto potentior, tanto eſt cæteris ſapientior. Sapientia autem Ioui ſummam poteſtatem credidit & hanc dii habuere communem. Mox deſcendit in terras, & tunc deorum filii in lucem retulerunt. Quare poetas admirari mihi cõuenit: quippe qui Palamedẽ & Neſtora, & ſi quis alius ſapientia ſumma præditus canitur, deorum fecere filios, non ſtatuentes aliam deorum naturã, quàm ipſi dii ſtatuere: ſed cõmunione generis uirtutem fecere communem. Quibus deorum uirtutem poſſidere licuit, deorum filii exiſtimati ſunt: & deorũ monumenta uidentur, è quibus omnis ſapientia prodiit. Sapientia igitur utroque tempore nimium ualet. Alia enim in bello, alia in pace proſunt Sola ſapientia æquè ac uni utriſque dominatur. Verſatur nanque in bello, perinde ac ſi pacem nunquàm cognouerit: in pace uero, non ſecus ac ſi arma nuſquã geſſerit Cui dominatur, eius tantum eſſe putatur: quãdoquidem in pace fert leges, & uario quietis genere utitur: in bello autem uictorias parit: armis uires adhibet: in ſenatu nihil*iniquè decerni patitur: domi foriſq; ſcit ęque dominari. Sola ſapientia quæ deorum

*ἄλλον οὐκ ἐᾷ κατορθοῦν.

ſunt iudicat: ſola enim tanquam deus futura praeuideet. Sola agricolis terram, nautis mare diſponit: ſine qua nec fructus legere, neq; nauem aſcendere conuenit. Quaecunq; igitur mare * occupauit, & terra hominibus protulit, hęc omnia ſapientia diſponit, & regit: quippe quae latere non patitur, quęcunq; recondita coeli moles in ſe cōplectitur. Item quęcunq; ſol circuit cunctaq́; aſtra, quae circunſidunt, ſola haec ſapientia mortalibus oſtendit. Quęcunq; etiam in terris ſapiens non ignorat, & quales moriendo futuri ſumus, ſola ſapientia docuit. Troia, quae multo tempore capi non potuit, ſapienti duntaxat conſilio occupata eſt: & uniuerſa Perſarum potentia unius conſilio diſsoluta: Cyclopis oculis Vlysſis aſtu effoſſus eſt. Quamobrem ſi quid dominatur, à ſapientia procedit Quis enim cum hac conferet fortitudinem? Nimirum quaecunq; uiribus fieri poſſunt, ſapientia perficiuntur: quam ſi à uiribus ſeiunxeris, iam uires improbandas ſtatueris. Multa quidem alia de ſapientia dici poſſent: ſed omnia dicere eſt penitus imposſibile.

*φιλοτιμῶται: ideſt, munificè, benignè, in commune profert.

Vituperationis d nitio.

VItuperatio eſt accidentium malorum expoſitio, Differt à loco communi: nam eo prohibitio inducitur: hac ſola tenuisq́; calumnia continetur. Diuiditur iiſdem capitibus, quibus laudatio conſummatur. Eadem enim in uituperationem ueniunt, quae in laudationem, perſonae, negotia, tempora, loca, *animalia arbores. Vituperandū igitur eſt aut communiter, aut priuatim. Inito exordio, genus aggredieris: quod diuides, ut in laudatione dictum eſt Educationem praeterea, & geſta, ac comparationem, epilogumq́; prout in laudatiuo genere dictum, pones.

*ἄλογα ζῷα, animalia rationis expertia.

In uituperatione Philippi exemplum & declamatio.

NEque uirtutem ſine laude, neq; uitium ſine uituperatione præterire par eſſe iud co. ſiquidem ex bonorum approbatione, & improbatione malorum non mediocre lucium comparatur. * Aequum eſt enim omnes eorum opprobria audiant, qui male geſſerunt, & Philippi maxime: quippe qui omnes malos omni ſcelerum genere ſuperauit. Eo nanq; genere natus eſt, quod barbarorum peſſimum eſſe cenſetur, dū locum ex loco per ignauiam mutare quærit Argiui primum è propriis finibus *exiuere: uagantes ad quā nunc occupant confugere ſedem, duplici implicati incommodo, dum bonis mali cedunt, ac peruerſi inferiores eiiciunt, cum propter eorum ignauiam & auaritiam * ſimul habitare non poſſent Hinc igitur genus trahens Philippus in peiori ciuitate natus eſt: quādo barbarorum omnium peſſimi ſunt Macedones: Pelleq; Macedonū longè peſſima, cuius ſubditi uerè miſeri reputari poſſunt: ex hac terra natus Philippus maioribus longè deterioribus uſus: cui Philippus progenitor fuit, qui prouinciꝫ ex genere dominari nequiuit: deinde Amyntas pater in regnum ſociorum ope collocatus, ab Athenienſibus captiuus reſtitutus eſt: apud quos diu obſes fuit, & in media Grꝫcia uerſatus non amores *licentia mutauit: ſed barbaricā intemperantiam in Grꝫcorum ſtudia intulit, & diuiſis horū moribus, Græcis ac barbaris, hic moribus permanſit iiſdem, paremq; malitiam in diſſimili genere prꝫſtitit. Primum quidem gentem ſuam in ſeruitutē redegit: & à quibus originem duxit, in eos primum ſuam perfidiam oſtendit. Hinc in finitimos profectus omnia uaſtauit, Peonas cepit, Illyrios occupauit, & Triballorum regionem in ſuam poteſtatem redegit: tot ac tanta cepit, quot ad capiendū prompta erant Barbarorū corpora bello cepit, aíos uero cū corporibus minimè

* ἅπαντας μὲν οὖν ἀκοῦσαι κακῶς δίκαιον τοὺς διακειμένους κακῶς.

* ἐξέωσαν.

* οἰκεῖν βεβαίως οὐ συγχωρούμενοι, tuto habitare datum non fuerit.

Pelle ciuitas Macedoniꝫ.

Amyntas.

* συνουσία, id eſt, conſuetudine.

Triballi.

quidem: quando die noctuq; omnes, qui armis ſeruiebant, defectionem animo agitabant: & libera mente erant, quamuis re ſeruitutem paterentur. Conſtitutis autem finitimorum barbarorum rebus, traiecta Gręcia primum in Thracia Græcorum ciuitate adortus Amphipolim cepit: mox in Pydnam, Potideamq; irruens neq; Pheras ſine Pagaſis, neq; Magneſſam ſine Phetis inuaſit: ſed omnes Theſſalorum ciuitates ipſe cepit & perinde ac monumentum generis ſeruitutem his omnibus intulit. Verumenimuero de Philippi morte aliqua dicere non erit iniquum, Hic enim inuadens multa ſubuertit. Fracto omni fœdere, induciiſq; parũ ſeruatis, ſocios in ſeruitutem redegit. Quod cum dii inique ferrent, ut uiolatam fidem ulciſcerentur, decentem huic mortẽ intulerunt. Non enim hunc in bello ſuſtulerunt, neq; *Ariſtea ſuæ mortis teſtem fecerunt: ſed in ipſis uoluptatibus hominem perdiderunt, rati eas Philippi ſceleribus honorificum fore monumentum, ut mortis & uitæ egregium intemperantiæ teſtimonium haberet At hæc, quis huic Echetum comparit? hic parua quędam extrema *coinquinauit, reliqua corporis dimiſit: ille uero tota cum totis corpora *fœdauit Quanto enim totum * coinquinatum parte grauius eſt, tanto Philippus Echeto pernicioſior. Si uixiſſet Philippus, malis finem, ut omnium eſt opinio nunquam feciſſet. Sed nunc quando neceſsitas cogit de Philippo dicere deſinamus.

*ἀριστέα, ideſt optimè i bello ſe gerentẽ.

Echetus.

*ἀποτεμών, pręcidens.

*διέφθειρε, interemit.

*διαφθειρόμενον.

Comparationis definitio.

Comparatio eſt *oratio uel ſimilia, uel maius cũ minore ex collatione conferens. Comparantur autem uel honeſta cum utilibus, uel mala cum malis, uel utilia cum inutilibus, uel parua cum maioribus. Comparatio autem in duplici laude, aut in uituperatione uerſatur, ex utroq; compoſita. Et omnis compa

*λόγος ἀντεξεταστικός.

rationis locus communiter grauis eſt, & maximè ubi parua cum maioribus comparantur. Tot enim comparare conuenit, quot laudare, & uituperare contingit: perſonas ſcilicet, & res, tempora, & loca, animalia, & plantas. Neque oportet in comparatione totum cum toto comparare: ſed *quoniam infimum in certamen non uenit: caput cum capite, quod quidem certare ſolet: & quia hoc diuidere: laudis, & non comparationis eſt, comparatio in hoc ipſo non conſiſtit: quoniã totum *præexercitamentum* eſt ipſa comparatio.

* ὕπτιον γὰρ καὶ οὐκ ἀγωνιστικόν, id eſt, ſocors, ſupinũq́: hoc foret, & minimè contẽtioſum, pugnaxue.

Comparatio Achillis & Hectoris.

DVm uirtutem cum uirtute conferre ſtudeo, Achillem cum Hectore comparabo. Suapte enim natura uenerabiles ſunt uirtutes: ſed comparatæ expetibiliores. Vterq; igitur quãdo mortalis eſt, & ex ciuitate natus, et ſi non una, è clara tamen patria ortum habuit. Alter enim Phthiæ natus, unde Græciæ prouenit qui nomen impoſuit. Alter Troiæ, quam primi deorum habitarunt. Cum autem non parum ad laudem conferat, ex pari ciuitate eſſe natos, ex Hectori Achilles anteponi non poteſt. Ex clara nanq; ciuitate ambo nati, par genus ſortiti ſunt: ambo ex Ioue genus ducunt: quando Achilles Pelei filius eſt, Pelei uero Aeacus pater fuit, Aeaciq́; Iuppiter: Hector quoq; è Priamo genitus, qui patrem habuit Laomedontem, Laomedon uero Dardanum, Dardanusq; Iouem. Ambo igitur ex progenitore Ioue ducti, conſimilibus parentibus uſi ſunt. Achilli Aeacus, Peleusq́; fuere: quorum alter ariditate Græciam liberauit: alter ſuperatis Lapithis, quod egregium uirtutis certamen fuit, deæ coniugium ſortitus eſt. Contrà uero Hectori progenitor Dardanus, diis quàm primum *adiudicatus: pater autem Priamus, eius profectò ciuitatis rex, cuius mœnia dii ædificarunt. Sicut enim cum diis cohabi

* συνδιαιτώμενος.

tare, melioribusq; adiudicari conſimile eſt: ita Achilles Hector omnino conſimilis. Ambo igitur ex iis nati progenitoribus ad fortitudinem educati ſunt. Achilles enim à Chirone, à Priamo Hector à natura quidē ad virtutem formatus. Par vtrique in virtute educatio, parem vtrique gloriam attulit. Poſtquàm inter homines ambo prodiere, in vno bello pares vires præſtitere. Primum enim Hector Troianorum dux, & Troiæ propugnator fuit, & à diis coadiutus ſtetit: corruens ſua ruina patriæ ruinam ſecum traxit. Contrà Achilles Græcis præfuit, & omnes præ timore in fugam uertens, Troas vicit: Palladaq; adiutricem habuit: qui poſtquàm cecidit, Achiuorum vires labefactauit. Alter à Pallade cæſus eſt, ab Apolline alter: & diis ambo nati deorum manibus occubuere: vnde genus, hinc uitæ finem ſortiti ſunt. Quàm uita morsq; conſimilis, tam conſimiles ambo cenſeri debent. Plura profectò alia erant, quæ de utriuſque virtute dici poterant, niſi parem geſtorum gloriam ambo habuiſſent.

Proſopopœiæ, & ethopœiæ, & Idolopœiæ definitio.

Ethopœia eſt moris ſubiectæ perſonæ imitatio. Tria eius genera: Idolopœia, proſopopœia, ethopœia. Ethopœia quidem notam perſonam habet: ſolumq; morem format, vnde nomen accepit: ut ſi Hercules imperante Euriſteo uerba referat: hic enim Hercules notus eſt: dicentis autē morem effingimus. Idolopœia eſt quæ perſonam notam habet, defuncti tamen, & loqui definentis: ut* in populo Eupolis effingit, & Ariſtides cum* de teſſaris agit: vnde eſt Idolopœia nuncupata. Proſopopœia eſt, quādo omnia finguntur, & mos, & perſona: ut Menandri argumenta, vbi res eſt, nedum perſona, vnde nomen accepit for-

*ἐν δήμοις, nomen eſt comœdiæ. Eupolis. Ariſtides. * ὑπὲρ τῶν τεσσάρων, ideſt, pro quatuor: & hæc inſcriptio eſt ora-

matur enim cum more perſona. Ethopœiarum item alia affectum, alia morem, alia vtrunq; continet. Quæ affectũ habet, in omnibus affectũ oſtendit: ut ſi qua iacente Troia Hecuba uerba dicat. Quę morem continet, ſolum morẽ affert: ut ſi qua primum *furente mari Epirotes uerba dicat. Quæ uero vtrunq; cõplexa eſt, hoc modo fit: ut ſi Achilles ſuper interfecto Patroclo pugnare decernens aliqua uerba dicat. Mos enim deliberatio: affectus uero, amicus iacens. Ethopœiam igitur cum facere uolueris, in ea ſtylo dilucido, conciſo, florido, diſſolutoq; vteris, & qui nec *ſchematibus aſperſus, nec inclinatus ſit. Capita diuides in tria tempora, præſens, præteritum, & futurum.

Si qua verba tacentibus filiis
Niobe dicat.

HEu quali pro priſtina fortuna *diſcrucior liberis nunc omnibus orbata, quę iandudũ tam pulchra prole gloriabar. Multitudo enim mihi ad inopiam redacta: & quæ paulo antè tanto liberorum ordine tam glorioſa incedebam, ne vnius quidem mater dici poſſum. Heu quanto melius erat hos non peperiſſe, quàm in has lachrymas incidiſſe? Orbata enim his, quæ nunquàm pepererunt, duriorem habet ſortem. Nam quod iucundum ac decens eſt, ſi experiẽtia probetur, id triſtitiam refert, ſi auferatur. Me miſeram, cõſimilis mihi fortuna cum patre intercedit. Tantalus mihi pater fuit, qui inter deos admiſſus, paulo poſt è deorum ſocietate decidit. Ego quidem à Tantalo nata genus meum ingenti miſeria confirmaui. Cum me Latona *uidiſſet, hinc omnia mihi hæc mala profluxere. Cũ in eius colloquiũ ueniſſem, hinc ſtatim filiorum mortes ortæ ſunt. Vtilitati tunc meę finem intulit deæ cõſuetudo. Priuſquàm in certamen ueniſſem, Latona expetibilior eram: poſtq̃ [illegible] facta ſum, uni-

tionis apud Ariſtidẽ, qua contra Platonẽ defendit Themiſtoclẽ Cimonẽ, Miltiadem, & Periclem.

Hecuba.

*θεωσάμενος θάλασσαν, cõſpiciẽs mare, Achilles.

*ἀπηλλαγμένῳ πάσης πλοκῆς τε καὶ σχήματος.

*ἀλλάσσομαι.

Tantalus.

*συνήθειν λυτοῖ, cõiunctionẽ, & familiaritatẽ habui cum Latona.

uerſa prole careo: cuius non parua mihi erat multitudo, unde ingens mihi luctus propoſitus eſt. Et eo maiore luctu quid idiget, quo maiore ueneratione dignũ eſt. Proinde quo uertar? quibus obuiam ferar infelix? quod mihi in tanta filiorũ clade ſepulchrum ſat eſſe poterit? Superſunt mihi præter hæc ʳ pœnæ. Quid lamenter hęc? Orandi ſunt dii, ut naturam mihi immutent, qua omnium miſeriarũ ſenſu liberari, & in ea quæ nihil ſentiant, mutari poſſim. Verum magis timui, ne dũ talis uideor, minus exiſtimer lachrymare.

ʳ γρ. ἐπιλέπουσι τιμαί, honores i tantis calamitatibus etiam mihi nulli ſunt.

Definitio deſcriptionis.

DEſcriptio eſt oratio colligens, & apertè oculis repræſentans quod demonſtratur. Sunt autem deſcriptiones perſonarum, rerum, temporum, locorum animalium, plantarum, & ſimilium. Perſonarum hoc modo in Odyſſea Homerus, Rotundus erat humeris & ipſe niger, ac criſpus. Rerum, ut belli naualis, pedeſtrisq́; deſcriptio, quemadmodum hiſtoricus. Temporum, ut ueris & æſtatis, & eorum quæ in eo prouenïũt, ut florum. Locorum, ut cum Thucydides Theſprotũ portum *hyemalem dixit tãquam figura exprimens. Cum autem perſonas deſcribimus, à primis ad ultima uſq; progredi opus eſt: hoc eſt, à capite ad pedes. Cũ res exponimus, ab his quę negotium antecedunt, incipiendum eſt, & quæ in negotio ſunt, & quæ negotium ſequũtur rite deſcribenda. Si tempora & loca, ab his quæ hæc cõplectantur, & quæ in his conſiſtant, initium ſumemus. Deſcriptionũ aliquæ ſimplices, aliquæ coniugatę. Simplices, ut pedeſtris uel naualis belli deſcriptiones. Coniugatę, ut hæ. In quibus res eſt, tempora coaptantur: quemadmodum Thucydides, cum nocturnũ in Sicilia bellum deſcribit, quomodo geſtum eſt, & nocte quomodo poterat, finitum eſt. Oportet autem in deſcriptione ſtylum * diſſolutum eſſe,

* χειμέριον, ὄνομα λιμένος ἐστὶ, inquit ſcholiaſtes.

* ἀνειμένον.

efferre, variiſq; ſchematibus diſtinguere, & ubiq; de-
ſcriptas perſonas, & negotia imitari.

Deſcriptio templi Alexandriæ cum arce.

Arces in vrbibus pro communi tutela ſtant. Ciuita
tum enim ſummitates ſunt: quæ non magis ædi-
bus muniuntur, quàm ciuitates ipſas muniunt. Athe-
nienſiũ arx medium ciuitatis locum occupauit. Arx,
quam Alexander in ſua ciuitate ſtatuit, *quibus edice * οἷς προσηγό-
bat, ab his cuſtodiebatur. In edito loco ſita decentius ζωσιν ἄρχουσι
hæc arx appellari poteſt, quàm ea in qua Athenien-
ſes ſapere cœperunt, quod pro viribus oratione proſe
quemur. Si quis eam in monte ciuitatis erigat, hæc in Acropolis.
magnam altitudinem elata, à ciuitatis vertice Acropo
lis appellatur, & quod ab aliquibus in altitudinem eri
gitur, & quod ab aliquibus in ipſa ciuitatis ſummitate
fundatur. In hanc viæ non æquæ, huic enim uia, huic
*cliuus erit. Et viæ aliquo modo nomina mutabunt: ἄνοδος.
hac pedibus itur, & communis uia eſt, qua currus agi
poteſt: hac gradibus aſcenditur, qua currus peruehi
non poteſt: gradus nanque gradu creſcit: uiaq; illa ita
gradatim in altum educta non deſinit, donec centum
gradibus terminatur. Numeri enim terminus cliui fi-
nis eſt. Mox ueſtibulum cliui gradus excipit, modicis
cratibus occluſum: & columnæ ſtãt quatuor altiſſimę,
quæ uias vndique in unum aditum ducunt. Regia
multis columnis ſuffulta, quæ uarium colorem emit-
tunt: nimioq; apparatu certantes mirum ornatum præ
ferunt. Domus faſtigium in orbem reducitur, ubi ma-
gna rerum omnium cõmemoratio depicta eſt. Adeun
ti vero arcem locus unus quatuor æquis lateribus diui * πλαίσιον,
ditur: cuius menſura *miro ſpatio excogitata. Mediam quadrata nẽ
aulam columnæ circunſtant: deinde porticus ſucce- pe lateris for
debant, quæ paribus columnis diſtinctę: quarum men ma.
ſura ſi quàm excedebat, intelligi non poterat: quæque

porticus alia conſimili terminatur: duplici columnarũ ordine utraq; porticus diuiditur: altera enim deſinente, iterum altera ſuccedebat: in his armaria cõſtructa. Hinc philoſophantes inter libros nati conſtiterant: ciuitatemq; uniuerſam ad philoſophiæ præſtantiam hortabantur. Hinc ueteres, qui deos colere docti erãt. Cuiusq; porticus teſtudo aurata. * Tecta columnis ſuſtentabantur, quæ ex ære conflata, auroq; illita. Itaq; aulæ non unus ornatus erat, aliud alia continebat. Hic enim Perſarum bella ſpectabantur. Mediaq; columna cuncta ſuſtinebat: & producta ſpatia locum illuſtrabant. Qui autem ingreſſus fuerit, quo introierit, conſimili columnarum ordine confuſus, nec facilè dinouerit, nec uias inuenerit. Et quod eo illuſtriorem facit, arx ad continentem & mare ſpectat. Principia rerum in uertice columnarum ſculpta ſunt. Et priuſquàm in mediam aulam accedatur, diuerticula ad portas miro ordine formata ducunt, quę ab antiquorum diis nomen accepere. In his obeliſci duo marmorei ſtabant. Item fons Piſiſtratidarum longè melior continebatur. Et quod incredibile miraculũ erat, operariorum numerus uidebatur: & quia non unus artifex operi ſat eſſe potuerat, totius arcis architecti ſpectabantur ſupra decem & duo præpoſiti. Accedenti autem ad arcem hanc locus ęqualis & planus eſt, & ad ſtadium accomodatus, unde locus appellationem accepit, hac uero alius ad ſimilia locus eſt, nõ in ęqualitatem ductus. Pulchritudo longè maior quã dici poſſit. Si quid prætermittitur, omni miraculo plenum eſt. Quare cum omnia abunde dici nequeãt, dimittamus.

* καὶ κορυφαὶ κίοσι χαλκῷ μὲν δημιουργημέναι.

Piſiſtratidæ.

Poſitionis definitio, & ſuppoſitionis.

Poſitio eſt alicuius contemplatiuæ,rei * deliberatio in quæſtione conſiſtens. Poſitionum aliquæ ciuiles,aliquæ contemplatiuæ Ciuiles ſunt, quæ ciuilem actionem habent:ut,utrum ducenda ſit uxor:utrum nauigandum:utrum * ædificandum ſit. Hæc autem omnia in ciuitate aguntur. Contemplatiuæ ſunt,quæ ſola mente contemplamur: ut utrum ſphæricum ſit cœlum,utrum plures mundi. Hæc autem in experientiam hominum non ueniunt:ſed ſolo animo contemplamur. Sed poſitio à ſuppoſitione differt. Suppoſitio circunſtantias habet:ſine circũſtantiis uero eſt poſitio. Circũſtantiæ ſunt,ut perſona,negotiũ, cauſa, & reliqua:hoc modo :ſi ædificandũ ſit,hęc deliberatio perſonã non habet:ſi inuadentibus Perſis Lacedæmonii Spartam munire deliberent,hæc ſuppoſitio perſonas habet Lacedæmonios decernentes Negotium autem eſt munire Spartam. Cauſa eſt Perſarum aduentus.In primis autem poſitio in præexercitamẽtis oppoſitionẽ,& ſolutionem,prout quęſtio poſtulat, recipere uidetur. Poſitionẽ igitur diuides:in primis epodo,quã prooemii loco cõſtitues:deinde legitimo, iuſto,utili,posſibili,quæ finalia capita nuncupantur.

Poſitio. Θέσις. ἐπίσκεψις πολιτική. *τειχιστέον, mœnia faciẽda.

Suppoſitio. Υπόθεσις.

Poſitio,Si ducenda eſt uxor.

SI quis eſt,qui omnia ſimul laudare quærat, matrimonium laudet:quippe quod è cœlo deſcendit, imo cœlum diis immortalibus repleuit,deorũq; pater conſtitutus eſt,unde patris nomen ortũ. Poſtquã deos tulit, eos genus cuſtodire permiſit: deinde in terras ueniens:reliquis omnibus generationẽ attulit:uidens quę dederat,durare non poſſe,ut perſiſterent,mutuas ſucceſsiones excogitauit. In primis quidem homines in fortitudinem extulit, per quos mares & fœmellas procreari ſtatuit,& per quos bellum geritur, his datũ ut ſacri cõiugii munere perdurent. Deinde iuſtos cum

fortibus fecit, ut ab his genus ſeruetur, ab illis timore coacti homines æqua operentur. Ad hæc ſapientes etiam produxit, ut optima prouidere, & eligere queat Et quod admirabile eſt, temperantiam inducit, & uoluptatum concupiſcentiæ modum affert, legemq́; omnibus uoluptatibus imponit. Modeſtia enim lege coercet uoluptates. Et quod per ſeipſum accuſabile eſt, accedente matrimonio comprobatur. Quare ſi matrimonium deos cęteraq́; produxit, forteſq; ſimul & iuſtos, prætereà ſapientes & modeſtos reddit, cur id nõ omni laude honoreq́; digniſsimum cenſeamus? Laudemus profectò, inquiet aliquis, * quando bonorum id cauſa eſt. Fortunam mihi, non matrimonium uideris accuſare. Quoniam mala, quę homines malè agendo patiuntur, fortuna, non matrimonium afferre uidetur: quæ uero hominibus * expetuntur, matrimonium affert in his quæ à fortuna dantur, commodũ nullum eſt. Magis igitur eſt matrimonium laudandum de his quæ habet commodis, quàm accuſandum de his malis, quæ præbet fortuna. Si magis matrimonii commodis indigemus, quàm fortunæ malis infeſtemur, cur matrimonio abſtinendum? Non enim quæ rebus grauia accidunt, hæc rerum recuſationem pariunt. Scrutemur artes ſecundum unumquodq;. Agricolas ſępe * fulmina deterrent, immiſſæq́; grãdines agros uaſtãt: nunquid agricolæ propter fulmina & grandines cultos agros deſerunt? imo remanent, & colendis agris inſtant, quamuis cœli tempeſtate triſtentur. Item nautæ inſaniente procella naufragium patiuntur: nunqd propter hoc nauigare deſinunt? nempe refectis repentè nauibus in diſcrimen reuocantur: tempus expectãt quo facilè, quo uelint, traiicere poſsint. Ad hæc, bella pugnatorum corpora conficiunt: nec iccirco militiam recuſant, quia in bello cadant: ſed quia cum acerrimi

Oppoſitio.
* ἀλλ᾽ ὁ γάμος συμφορῶν αἴτιος.
Solutio.
* φιλοτιμεῖται.
* σκηπτοί.

pugnatores magna laude & admiratione ſpectantur, in pugna mortem non reformidant. Omne enim bonum latentem ſecum habet aduerſitatem: neq; propter aduerſa, bona fugienda ſunt: ſed quęq; aduerſa bonorum gratia ſubeunda. Quamobrem cum haud abſurdum eſt, agricolas, nautas, militesq́; laudis gratia quæq; difficilia æquo animo ferre, nos coniugium damnabimus, quia triſtitiam aliquando ferat? Probè inquam, dicet aliquis: quia uiduas ſępe mulieres, pupillosq́; pueros facit. Hęc mortis grauia: ſed hunc affectum natura ſciuit. Tu mihi matrimonium accuſare uideris, quoniam nec homines facit immortales, nec diis mortales annumerauit. Quid igitur dices? Cōiugium accuſas eorum quę mors operatur. Cur hymeneorum dicis quecunq; natura ſciuit? Conuenit cadere quę orta ſunt. Si cadunt, iccirco cadunt, quia nati ſunt homines. Cadentibus uiris, uiduas fieri uxores neceſſe eſt: hincq́; miſeria oritur pupillaris. An matrimonium dices, quę à natura ſola nata ſunt, deſtruere? At ego contrà, matrimonium omnem orbitatem ſolū corrigere exiſtimo. Moritur pater, & hinc pupillus oritur. At alterum patrem coniugium inuenit. Hic autē affectus è matrimonio non procedit, ſed cum matrimonio contectus. Proinde matrimonium orbitatis interitus eſt, non fomentum. Orbitatem ex morte natura duxit: ex hymenęis matrimonium transfert, & quam mors uiduam eſſe iuſſit, matrimonium uiro alteri coniugauit: perinde ac utriuſq; amoris cuſtos inſtitutus. Quę à principio dedit, ablata rurſus reddit. Quare orbitatem auferre, non inducere ſcit matrimoniū. Pater morte filiis aufertur: Matrimonio alii in eius locum reparantur: ſecūdus nanque pater naſcitur. Quid igitur matrimonii commoda calumniaris? quando laudare potius, quàm accuſare uideris hymenęum.

Oppoſitio.

Solutio.

quibus enim matrimonii cõmoda diminuere ſtudes, his laudare, & non improbare uideris: & cum matrimonium accuſes, nos cogis admirari. Quinetiã dum accuſationem intendis rerum, benemerentis hymenæi catalogum facis. Probè quidem, dicet aliquis: Sed laborioſum eſt omnino matrimonium. At qui magis ſcit laborem ſoluere, quàm hymenęus, cum eo laborioſa omnia leuentur? Gratum eſt cuiq; cum muliere uerſari: & poſtquàm rei uenereę ſatisfactum eſt, cum quanta lætitia puer ſperatur? expectatus apparet, apparens patrem alloquitur, in artium exercitationẽ uenit, patri cooperatur, ſenatum frequentat concionatur, ſeniumq́; patris fouet, ac demum omnia agit, quibus quisq́; homo indigere uidetur. Quamobrem quæcunque nobis commoda hymenęus inuenit, nemo oratione proſequi poteſt. Proinde magnus eſt hymenęus, qui deos producit, & hominibus tribuit, ut dii eſſe uideantur. In quibus manere decreuit, iuſtitiam docet & temperantiam: uoluptates concupiſcit, quæ obeſſe nequeunt. Quare matrimonium quàm maximè omnibus exercendũ non immerito conſtitutũ eſt.

Oppoſitio. Solutio. Epilogus.

De legislatione.

ὑπόθεσις.

LAtionem legis aliqui exercitamentum eſſe uoluere, eſt enim ferè tota* ſuppoſitio: ſed non ſeruat omnia, quæ ſunt ſuppoſitionis introducitur enim in hac perſona non omnibus nota: quare poſitionis plus habebit, minus autem ſuppoſitionis. Quibus enim ſchematis perſona admittitur, poſitionem excedunt, Quæ uero dilucidæ ſunt, nec circunſtantias ſeruant, ſuppoſitioni relinquuntur. Legis igitur latio, quæ in exercitatione uerſatur, duplex eſt. Altera enim legem latam tuetur: altera uero accuſat. Eſt autem lex inuentum, donumq́; deorum, compoſitio ciuitatis, delictorumq́; correctio. In hac capitibus uteris quibus in ne-

Definitio legis.

gociali, hoc eſt, legitimo, iuſto, utili, & poſſibili. In primis procemia ſtatues, & poſt procemia quod contrarium appellatur: deinde ſupradicta capita, quibus hæc à poſitione differt, ordine collocabis.

Accuſatio legis iubentis mœchum in crimine deprehenſum impunè interfici.

Legem ipſam neq; in uniuerſum laudabo, neq; penitus accuſabo. Laudabo enim legem, qua adulterorum ſcelera auferuntur. Damnabo uero eorum opiniones, qui in puniendis adulteris, nullas iudicum ſententias expectari cenſent oportere. Nam ſi largitionibus iudicia corruppantur, ob id'q; iudicia ſuſtulerimus, iniquas iudicum ſententias arguimus. Si iuſta iudicauerint, cur iuſtum eſt iudices laudare, legem uero huiuſmodi periculo liberare? Cæteræ enim leges, quæ una congrediuntur, partim his ciuitatibus infeſtæ ſunt, partim cum aliis conſentiunt. Sola uero hæc omnibus legibus aduerſatur. Quare ſi omnia quæ in republica geruntur, ut præfecturę, ſacerdotia, decreta, iudicia patiuntur, eo magis legem ea pati oportere exiſtimo. Quæcunq; in bello bene geruntur, omnia hæc iudicia ſubeunt. Is imperator erit aut pontifex, quemcunq; iudicum ſententiæ conſtituerint. Id ſenatuſconſulti autoritatem aſſequetur, quod multorum ſententiis fuerit cõprobatum. Quin etiam uictores præmia conſequi non poſſunt, niſi his digni prius iudicati fuerint. Quo igitur pacto non abſurdum erit omnia in iudicii inquiſitionis'q; diſcrimen deſcendere: ſolam autem hanc legem iudicum recuſare ſententiam? Dicet profecto aliquis, Magna ſunt mœchorum ſcelera. Num homicidarum facinora maiora ſunt? Num prod tores grauiores? Num ſacrilegi proditoribus deteſtabiliores?

[Margin: Procemium. — Contrarium. — Oppoſitio. — Solutio.]

At hi omnes iudicia expectant. Neq; proditor pœnas dabit, donec iudex ſententiam tulerit. Neq; homicida cadet, donec fuerit homicidii accerſitus: neq; à ſuperioribus quicquam pati conuenit, niſi id prius iudices edocti fuerint. Num igitur abſurdum eſt, maiora maleficia ante iudicis ſententiam pœnas non ſubire: ſolū autem adulterum ſine quæſtione, ſine iudicio cadere,

*καταδεέστερον quem eo magis ante alios iudicare oportebat, quo

Oppoſitio ſecunda. aliis* deteſtabilior eſſe cenſetur? At quid refert, inquies, an mœchū interficias, an iudicibus interficiendū

Solutio. tradas, ſi utrinq; ſibi mors æqua imminet? Nimirum quantum inter tyrannum & legem, ac rēpublicam & regnum intereſt, tantum in his diſcrimen eſſe uidetur. Tyranni enim eſt interficere quem uoluerit: legis autem, eum qui iure capitis fuerit accerſitus. Populus quæcunq; in concione decernit, ea inquirenda eſſe ſtatuit: Rex autem punit, neq; ut populus lexq́; inquirit. Contrariæ igitur ſunt legis, & tyranni actiones. Quo igitur pacto mœchum interficere, uel iudicibus tradere nō differet? Ad hæc, qui ex ſe ipſo mœchum interficit, ſeipſe facti autorem facit: qui uero iudici tradit, autorem facti iudicem ſtatuit. Multo enim melius eſt iudicem, quam accuſatorem ſupplicii eſſe autorē. Nam qui ex ſeipſo mœchū interimit, alterius gratia

*μόνον ἔδοξε τῶ δικαίων ἀντιλαμβάνεσθαι. interemiſſe uidetur. Qui autem iudicio reum tradit, *de pœnis tātū reprehendi poteſt. Dicet hic aliquis,

Oppoſitio tertia. Difficiliores pœnas dabit mœchus, ſi ex improuiſo cædatur: quod ſi accuſetur antequā damnetur, tēpus id lucrabitur. Contrà uero ſeſe habebit, ſi accuſetur. Quoniam acerbiorem poſt hæc uitam ducet. Metus

Solutio. enim mortis eſt ipſa morte grauior: ſuppliciiq́; dilatio damni eſt exaggeratio. Sępe enim ante tempus cadit qui ſe caſurum exiſtimat: metumq́; patietur ipſa experientia longè grauiorem. Quare mors adulteri, quæ

prçter ſpem accidit, non ſentitur: Quando ſupplicii celeritas ſenſum celat. Proinde inopitata mors omni ferè dolore, & miſeria caret: quę uero prouiſa eſt, & iandudum imminet, cum ipſo metu ſæpius ac ſępius redintegratur. Hæc igitur conſideráda ſunt, quod ſi quis ex ſe ipſo mœchū interficiet, nullū ſupplicii teſtē facit. Si uero iudicibus tradiderit, multos pœnę ſpecta tores facit. Modus enim mortis in frequenti hominū ſpectaculo cōſtitutus, ipſa morte grauior eſt, maioréq; triſtitiā affert: quod ſi adulteri clandeſtina morte conficiantur, minore miſeria mulctantur. Suſpitionē enim multis relinquūt, qua inimicitię cauſa cecidiſſe uideātur. Accerſiti uero, & damnati, ſine cuiuſquā calūnia pœnas dabunt. Quare cū perniciosū quid ſit adulter, omnemq; iniuriam magnitudinem ſuperet, in primis accuſetur: deinde morte mulctetur, & i iudiciū potius accerſiatur, quàm pœnas det, antequā dānetur: ut ſub latis adulteriis, liberorū generatio dilucidius eniteſcat Extirpatis nanq; in poſterū adulteris, unde natus eſt puer, nemo dubitabit. Cōmunis enim naturę cōtume lia eſt adulteriū: ex quo fit ut communi iudicū ſenten tia auferatur. Proinde timeo, ne mœchus in occulto cæſus, his à quibus cæſus eſt, plures ſui conſimiles relinquat. Quinetiam alii, qui hos neſcient mœchorum interfectores imitabūtur. Vnde huiuſcemodi cædes non finis, ſed principium fiet affectus.

De morte inopinata.

FINIS.

QVOMODO

STATVS COGNOSCEMVS SECVNDVM HERMOGENEM.

Coniecturalis.

CVM dubia erit ſecundum eſſentiā iudicatio,ſtatum facit coniecturalem.

Finitio.

Cum aperta eſt in obſcuro nomine, facit finitionem.

Abſolutio.

Cum licentiam vel legis,vel artis,uel naturæ proponit,conſtituit antilepſim,ideſt abſolutā.

Cōparata.

Cum non inuitus quis futuri ſpe officii peccarit, antiſtaſim,ideſt,comparationem.

Recriminatio.

Cum accuſet,quod merito, qui paſſus ſit, patiatur, anteclima,ideſt,recriminationem.

Tranſlatio criminis.

Cū non fecerit quæ opus erat,lege uel perſona prohibitus,metaſtáſim,ideſt tranſlationem criminis.

Deprecatio.

Cū nō eorum quæ opus ſunt quid fecerit, uel timore, vel affectu quouis alio animi inuitus adductus, ſignomin,ideſt,deprecationem decernatur.

Negotialis.

Cum ſcriptum aliquod approbatur, & conſiderat de futuro,uel donatiōis ābigua datio negotialē facit.

Scriptum & ſententia.

Cum legis ſententiam oppones bene meriturus,ex ſcripto & ſententia ſtatus orietur.

Contrariæ leges.

Cum legem legi oppones,uel parti partem,antonomiam facit,ideſt,ex contrariis legibus.

Ratiocinatio

Cum ſcriptū cum ſcripto cōparabis,ratiocinationē

Amphibologia.

Cum de tono,uel diſtinctione ſyllabaꝝ homonomiæ,amphibologiam facit.

Remotio criminis.

Cum per circunſtantias quis accuſatur cum edicto concordans,metalepſim,ideſt,remotionem criminis, aut iubente lege paragraphen facit.

Coniectura.
Coniecturæ proprium eſt, inaccuſabile eſſe factum, ſigno tamen aliquo venire in iudicium.

Definitio.
Definitionis vero eſt relinquere aliquid, quo appoſito omnis facti controuerſia remouetur.

Antilepſis.
Antilepſeos eſt, factum ſuapte natura reprehendi non poſſe, ſed extrinſecus oſtendi.

Antiſtaſis.
Antiſtaſeos autẽ, nihil quæri, neq; benefactũ, neq; malefactum.

Antenclema
Antenclematis, ideſt, recriminationis eſt, accuſatores defendere, & defenſores accuſare.

Metaſtaſis.
Metaſtaſeos eſt, fateri maleficiũ, ſed culpam in aliũ reiicere, accuſationiq; obnoxium facere.

Deprecationis eſt, fateri ſe feciſſe maleficiũ, ſed dicere id caſu, aut fortuna accidiſſe.

Negotialis eſt, de futuris rebus conſultare.

Scripti & ſententiæ, ſcripto accuſatorem, ſententia uero defenſorem niti.

Ratiocinationis eſt, poſito ſcripto quod uetet, aliud quoq; uetans aliud oſtendere.

Antinomia.
Antimoniæ eſt, alicuius legem præuaricaſſe.

Amphibologia.
Amphibologiæ eſt, ſcripto plura ſignificare.

Metalepſis.
Metalepſeos eſt, circunſtantias plura quàm factum ipſum complecti.

Fabulæ uſus
Chria.
Cõparatio.
Ethopœia.
Locus communis.
Fabula igitur ĩ tribus uti poſſumus: in iudiciali, deliberatiuo, & demonſtratiuo: in quibus etiam narratione utemur. Chria uero, in iudiciali, & deliberatiuo, ſimili modo & confirmatione. Laudatiuum propriè cõtinebit genus, uitam & alia quæ in eo diximus. Vituperatio uero quæcunq; & laudatiuum. Comparatione in demonſtratiuo, & iudiciali: Ethopœia etiam moralium perſonarum in iudiciali & demonſtratiuo: Deſcriptione item in iudiciali & laudatiuo: Loco cõmuni in iudiciali uti conueniet.

FINIS.

BREVIS INDEX LIBRORVM OMNIVM, ac capitum necnon tomorū qui in Rhetorica Hermogenis reperiri poſſunt. Cuius numerus folium denotat.

DE Statibus Liber primus.
De perſonis fol. 6
De perſonis quæ nō admittunt quæſtionem 6
De rebus 7
De diuiſione & introductione ſtatuum, ſiue conſtitutionum 8
De coniectura 10
De argumentorum requiſitione 11
De voluntate & potētia 11
De his quæ ſunt à principio vſq; ad finem 12
De Antilepſi 12
De Metalepſi 12
De tranſpoſitione cauſæ 12
De veriſimili defenſione 13
De qualitate communi 13
De coniectura ſimplici & finita. 14
De coniectura dupla & infinita 14
De difinitione 15
De Antilepſi 17
De ſtatibus Antitheticis 19
De negotiali ſtatu 20
De Metalepſi 21
De ſcripto & ſententia 22
De ſtatu ex contrariis legibus 23
De ſyllogiſmo .i. ratiocinatione. 24
De ambiguo ſtatu 24

DE INVENTIONE Liber primus.
De procemiis, quæ ex opinione ſunt. fol. 25
De procemijs quæ ex ſubdiuiſione ſunt. 28
De procemijs ex abūdātia 29
De extēporalibus pœmijs 29
Ex quod rebus componitur prœmium. 29
Liber Secundus
De narratione, quæ ex prædinatione deducitur 31
De tranſmigrationibus & inuentione ſuper his 31
De legum promulgatione & abrogatione 32
De bello & pace 32
De impietate & morte 33
De publicis maleficijs 34
De narratione 36
Liber Tertius.
De præconfirmatione 37
De capitibus 39
De intētione & depulſiōe 40
De uiolento 41
De Epicherematibus 41
De efficatia epicherematū 44
De Enthymematibus 45
De his quæ ſunt à principio vſq; ad finem 46
De Epicherematum ordinatione 48
De finitione 49

De apparatu 49
Liber quartus.
De ſchematibus orationis 51
De Antitheto.i. contrario 52
De periodo 53
De ſpiritu & gn̄bus eius 55
De intentione orationis 58
De dilemmato 58
De adhibitione,ſiue agnominatione 58
De circulo 59
De Epiphonemate 59
De trope 60
De venuſtate 60
De cacozelia .i. mala imitatione 60
De figuratis pblematibus 61
De comparatiuis problematibus 63
De orat'one politica 63

DE FORMIS orationis Thomus primus.

De delucidita'e cui ſubiecta eſt puritas elegantia,ſiue immiſtio 69
De ſententijs puritatis. 69
De methodo puritatis 69
De dictionibus puritatis 70
De ſchemate puritatis 70
De membris puritatis 71
De cōpoſitione puritatis orationis 71
De clauſula puritatis 72
De recapitulati one puritatis & partium eius 72
De Elegantia orationibus, & partibus eius 72
De ſentētijs elegantiæ 73
De methodis puritatis 73
De dictione & ſchemate elegantiæ 74
De mēbris cōpoſitione clauſula,ac numeris elegētiæ 74
De dignitate & magnitudine orationis 74
De ſententijs venuſtatis 75
De methodis venuſtatis 77
De ſchematibus venuſtatis in oratione 78
De membris venuſtatis 78
De cōpoſitione venuſtatis 78
De clauſula venuſtatis 79
De aſperitate orationis 79
De ſententijs aſperitatis 79
De methodo aſperitatis 80
De dictionibus aſperis 80
De ſchematib. aſperitatis 80
De membris 81
De cōpoſitione aſperitatis 81
De clauſulis in aſperitate 81
De recapitulatione ſuperiorum 81
De vehemētia orationis 81
De methodo vehementiæ 82
De dictione vehementiæ 82
De ſchemate vehemētiæ 82
De membris uehementiæ 82
De compoſitione,clauſula,ac numeris 82
De recapitulatione ſuperiorum 83
De ſplendore orationis 83
De ſententiis ſplendoris 83
De methodo ſplendoris 83
De dictionibus, & ſchematibus ſplendoris 84
De membris ſplendidæ orationis 85

De compoſitione 85
De numeris 85
De ſentẽtijs recapitulatio 85
De uigore 85
De ſchemate vigoris 85
De comprehenſione 88
De ſentẽtiis cõprehenſiõis 88
De methodis comprehenſionis 90
De dictionibus comprehenſiõnis 91
De ſchemate cõprehẽſiõis 91
De partitione 93
De membris, compoſitione, deſinentia, ac numeris comprehenſionis 94
De diligentia & decore 95
De ſententijs & methodis 96
De dictionibus pulchris 96
De ſchematibus pulchris 96
De æquatione 97
De gradatione 98
De ijs quæ faciunt ad decorẽ orationis 98
De deſinentijs decoris 100

Thomus ſecundus.

De celeritate 101
De dictione 101
De methodo 101
De ſchematibus 101
De more 104
De ſimplicitate 104
De ſententijs ſuauitatis 107
De ſubtili, acuta, pulchra, delitioſa & ſuaui oratione 110
De æqualitate & humilitate 112
De vera oratione. 115
De dictione 117
De ſchematibus 117
De ſententijs atrocitatis 119
De grauitate orationis 120
De politica oratione 124
De oratione ſimpliciter politica 130

HERMOGENIS De Methodo grauitatis.

De epanalepſi, ſiue repetitione 139
De ſchemate interrogationis 139
De diſſoluto 140
De expoſitione & recapitulatione 140
De æqualib. ſchematibus 140
De hyperbato 141
De antitheton 141
De adæquato ſchemate 141
De fictione qua vtitur orator, vt rem inornate aggredi videatur 142
Quod quandoq; auxeſi in iuditio eſt in tẽpore vtẽdũ 142
Quod quandoq; mentitur orator 142
Quomodo iurabit, aut non iurabit orator 142
Quibus patronus eſt dandus 143
Quomodo quis per cõtraria dicit, quod recte faciendum eſt 143
Secunda methodus 143
Quod ſæpe ab oratore intenditur cõtrarij intento 143
Quomodo eadem latenter, & ſibi & aliis dicant 144
Quomodo orator ſeipſum ſi-

ne inuidia laudabit 144
De paleſtris iuditiorum, quas Demoſthenes inuenit 145
De ſecunda oratione, quibus cauſis patitur oratio, & quomodo fiat 145
De narratione 145
De cōmunibus ſententiis quo modo eas in dicendo accōmodamus. 146
De vſu verborum in oratione pedeſtri 146
De vehementibus in auditore affectibus 146
De confeſſis maleficijs 147
De tragica oratione 147
De comica oratione 147
De ambiguitate 148
De efficacia concionis, dialogi, tragœdiæ, comœdiæ, Socraticorū ſympoſiorū 148
De negatione & affirmatione 149

PRÆEXERCITAMENTA.

De fabula 149
De narratione 150
Exemplum narrationis fabulæ de roſa 150
De Chria, uel uſu 150
Chria in verbis ex laudatione
Exemplum morale 150
De ſententiæ diffinitiōis 151
Sententiæ perſuaſiue exēplū, & declamatio 151
De refutatiōis definitiōe 152
De ↄfirmatiōis definitiōe 153
Confirmatio quod decentia ſunt, quæ de Daphne dicuntur 153
De loci communis definitione 154
Communis locus contra tyrannum 154
De definitione laudis 155
De laude Thucydidis 155
Sapientiæ laus 157
De vituperationis definitione 157
In vituperatione Philippi exēplum & declamatio 157
De cōparatiōs definitiōe 158
Comparatio Achillis & Hectoris 159
Proſopopœiæ, & ethopœiæ, & idolopœiæ definitio 159
Si qua verba tacentibus filijs Niobe dicat 160
De definitiōe deſcriptiōis 160
De deſcriptione templi Alexādriæ cum arce 161
De poſitionis definitione, & ſuppoſitionis 161
De poſitione. Si ducenda eſt vxor 162
De legis legatione 163
De accuſatione legis iubentis Mœchū in crimine depræhenſum īpunè interfici 164
QVOMODO Status cognoſcemus ſecundum Hermogenem. 165

Venetiis per Ioan. Anto de Nicolinis de Sabio. Sumptu vero & requiſitione D. Melchioris Seſſæ. Anno Dñi. M.D XXXIX.


DISSIMILIVM·INFIDA·SOCIETAS